




# **Omnia quotquot extant D. Ambrosij Episcopi Mediolanensis opera**

<https://hdl.handle.net/1874/428932>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

G. fo.  
220



Handwritten text, possibly a title or reference, in a cursive script.

17.

9.







~~N. 17. C.~~

N. 66. L.



OMNIA QUOTQUOT EXTANT

# D. AMBROSII EPISCO

PI MEDIOLANENSIS OPERA, PRI-

MVM PER DES. ERASMV M ROTERODAMVM, MOX PER

Sig. Gelenium, deinde per alios eruditos uiros diligenter castigata: nunc ue-

ro postremum per Ioannem Costerium, ad plurium antiquorum codicum

collatione, plus bis mille erroribus sublatis, praeter integros uersus pluribus

locis desideratos, quos nunc adiecit: ita emendata, ut superioribus editioni-

bus, ubicunq; gentium euulgatis, longè praestare aequus lector,

si uel unicum tantum librum cum superioribus im-

pressionibus contulerit, facile diiudicet.

Quae singulis tomis contineantur, cum catalogus eorum post uitam D. Ambrosii succedens, tum epistolae Erasmi cuiuslibet sectioni seorsum praemissae docebunt.

Index geminus sub finem operis adiectus est foecundissimus.

*Johannis Drolshagen Procho. Apheri*



BASILEAE M. D. LV.



*Ex donatione Buebell.*

DR. AMBROGIO TRIVULZIO

PIEMONTE, ITALIA

LAUREA IN MEDICINA

ANNO 1800

IN VIRTU' DELLA

DECRETO DEL

MINISTRO

DELL' ISTRUZIONE

PUBBLICA

NUMERO

1234

DEL

15

GIUGNO

1800

IN

MEMORIA

DELLA

COMMISSIONE

DELLA

SCIENTIA

DELLA

LETTERE

DELLA

SCIENZE

UMANE

DELLA

REPUBLICA

ITALIANA

DELLA

CIVILTÀ

DELLA

ITALIA

DELLA



# NOBILISSIMO AC ERV- DITISSIMO VIRO, D. CLAUDIO CA

RONDELETO, INSIGNIS ECCLESIAE D. DONATIANI

Brugis Præposito, totius Flandriæ Cancellario, ecclesiæ metropo-  
litanae Bisuntia in Burgundia supremo Decano, ac  
consiliario Cæsareæ Maiestatis, Ioan-  
nes Costerius S. P. D.



VOTIENS mecum reputo, uir ornatissime ac nobi-  
lissime, quæ fuerit ueterum scriptorum insignis atq;  
incomparabilis eruditio, toties non possum nõ de-  
plorare superiorum temporum infelicitatem: in qui-  
bus præclarissima illa mudi lumina per quorundam  
imperitiam ac temeritatem tanquam crassiori nebu-  
la caliginèq; ita obducta sunt, ut rari, imò ferè nulli  
sint, nõ solum mediocriter, sed insigniter quoq; eru-  
diti, qui non in eorum lectione cæcutiant, & suspen-  
so penduloq; gradu, uelint, nolint, incedere compellantur. Ea uerò res quàm  
sit grauis & odiosa, sciunt ij, qui in illis non ociose neq; oscitãter uersati sunt:  
cum subinde in densas & Cimmerias ( ut aiunt ) tenebras, unde explicare se  
nequeant, immergantur: sentiuntq; pro auro obrizo plumbum, pro lectissimis  
gemmis non nisi uitrum esse suppositum. Ita enim natura comparatum  
uidemus, ut optima quæq; facilius frequentiusq; corrumpantur, quàm ut ea  
quæ deprauata sunt, corrigantur: nihilq; præterea esse, quod nõ temporum  
uetustate, si industria desit, exole scat. Quid enim est in rebus humanis tam  
pulum ac integrum, quod non situ, squalore, corruptela, ærugine consuma-  
tur, si non repurgandi studium adhibitum fuerit: Syluescunt agri, si cultoris  
cessauerint manus: uitis facile reddetur effœta, nisi luxuriantes pampini uini  
toris falce putentur: quin & homo ipse illuue ac situ periturus est, si emun-  
dandi sui industria desit. Id quod etiam in libris usu uenire necesse est, imò ne-  
scio an hic frequentius quàm in cæteris rebus: propterea quòd hi tanquã pu-  
blice prostituti, doctorum simul & indoctorum iudicio ac uoluntati expo-  
siti sint, à quibus, potissimum uerò ab imperitis, quorum est sæpenumero  
magna & intoleranda temeritas atq; audacia, multorũ clarissima monumen-  
ta indignissimè sunt corrupta: auulsæ à se inuicem sententiæ, tanquam à cor-  
pore membra, & in eum locum ubi non debent, reiectæ, uersus nonnunquã  
multi omisi, mutata sæpius uerba, & sublatis bonis pessima substituta: dũq;  
inscitiam suam confiteri nolunt, imperitiæ suæ multos faciunt esse hæredes.  
Id porrò uno atq; altero exemplo oculis hic subiicere uolo. Libro De Helia  
& ieiunio, capite decimo, ita legunt libri excusi, Non nos uelut quadam im-  
pietate operiamus: uerum antiqui codices longè aliter, Non nos uelut quo-  
dam peripetasmate operiamus. Habet eandem uocem libro tertio Hexaeme-  
ron, primo capite. In cõmentario Psalmi centesimi decimioctauo, cõcione des-  
cima

cimanona, Concluditur foemina, cum fit periculum matricis: ueteres hoc mo-  
 do, Concluditur foemina, cum fit peridrome matricis. Denique libro De ui-  
 duis, Docet Anna quales deceat esse uiduas, quae immaturo mariti obitu de-  
 stituta, maturae tamen a deo remunerationem laudis inuenit. In antiquis ue-  
 ro exemplaribus ita reperi, maturae tamen ad oriam laudis inuenit. Ita nimi-  
 rum sciolus quispiam, reiectis Graecis uocibus, Latinas quas uolebat, subie-  
 cit. Longum foret, fortassis etiam superuacaneum, si hic & alia quoque adfer-  
 re uelim, quae non solum uoces perperam immutatas esse ostendant, sed etiam  
 autoris sententiam prorsus obscuram & inexplicabilem comonstrent, quae  
 studiosus & candidus lector facile deprehendet. Igitur cum ad ea quae uel scri-  
 ptorum errore, uel quorundam improbitate corrupta sunt, non debeamus  
 coniuere, multo uero minus stulta contentione defendere: nemo non uidet,  
 quam egregiam, utilem, sanctamque operam nauent, quamque pulchre de re lite-  
 raria mereantur ij, qui huic morbo remedium adferre conantur: praesertim  
 hoc seculo, ut erudito, ita sane contentioso factiosoque, quando ueterum do-  
 ctorum scripta summo studio excutienda sunt: quod ab his tanquam ab for-  
 tissimis & exercitissimis ducibus tela petenda sint, quibus nos contra eos  
 defendamus, qui diro scelestoque consilio Christianae religioni ceu bellum de-  
 nunciassent, *καὶ θεομαχέειν* uelle uidentur. Magnum igitur, ut dicere coeperam,  
 operae precium adferunt, qui ueterum doctorum elucubrationibus repurgan-  
 dis operam impendunt: quod hi fontes lympidissimi sint, e quibus aquam  
 caelestis sapientiae haurimus, ac plenis crateribus bibimus, & e quorum le-  
 ctione consequi possumus, ut contra malorum omnium impressiones, firmio-  
 res simus. Et sane ut uerum hic dicere liceat, incomparabiles etiamnum habe-  
 mus librorum diuitias, nec habet hic humanum ingenium, quantumuis cu-  
 riosum & auarum, quod queri possit: danda tantum opera ut ij sint, quoad fieri  
 potest, quam purgatissimi. Quod tamen nemo tametsi eruditus, suo dunta-  
 xat ingenio iudicioque fretus, plene perfecteque praestare potest, nisi antiquo-  
 rum codicum accedat praesidium, quorum in uetustioribus monachorum colle-  
 gijs quidam adhuc supersunt, & ab illa interuentione, qua aliquot seculis in do-  
 ctiores & puriores literas atrociter defauitum est, facti & detecti sunt conser-  
 uati. Et profecto uel hoc nomine candidissimi quique musarum mystae monaste-  
 rijs plurimum debent: quod in his praestantissimae illae opes ab illa temporum  
 iniuria integre atque incolumes reseruatae sint, quarum subsidio cum eruditio-  
 res tum meliores euadimus. Magnis preconijs ab omnibus laudati sunt, qui  
 olim ingenti studio ac infinitis sumptibus doctissimorum hominum scripta un-  
 dice conquisita uno in loco condiderunt: qualis apud Athenienses fuit Pisistra-  
 tus, apud Pergamenes Eumenes Attali filius, apud Aegyptios Ptolemæi re-  
 ges, quorum nominatissimus Philadelphus ille fuit, apud Caesarienses Pam-  
 philus presbyter, cuius multae sunt apud D. Hieronymum laudes: quales de-  
 nique apud Romanos complures fuere, qui bibliothecas libris selectissimis, om-  
 nique genere disciplinarum refertis, incredibili liberalitate ac magnificentia ex-  
 truxerunt: e quibus nominis sui famam & splendidius & diutius apud posteros  
 uicturam credebant, quam si excelsae magnitudinis pyramides, colossos, labyrin-  
 thos, porticus, atque id genus alia magnifice extruxissent: cum in his nihil sit  
 praeter

## DEDICATORIA

præter barbaricæ opulentia stultâ ac ociosam ostentationē, in illis uerò præ clara ingeniorū & uirtutū sint ornāmēta. In finitis, ut dixi, laudibus multorū monumētis istorū studium posteritati consecratū est, uerū quota nunc pars illorū librorū usquam inueniri potest. Quid nobis nō perijt per bellorū frequentes ac ferè perpetuos tumultus? Barbarorū enim incursionibus, expugnationibus atq; incendijs urbium, excellentissimi illi thesauri ita absumpti sunt, ut ex tot librorum milibus, ne unus quidem quandoq; supersit. Certe Aulus Gellius in priore Alexandrino bello milia librorum septingenta, qui à Ptolomæis regibus incomparabili studio Alexandrinæ bibliothecæ illati fuerant, incendio conflagrasse scribit. Tanta enim erat barbarorum hominum rabies, ut non minus in eos, quàm in homines defauirent. Eapropter, ut dicere cœperam, cum tanta clade libri semper fuerint affecti, non postremam gratiam studiosi monachorum collegijs referre debent, in quibus licet non adeo multi, optimi tamen libri ab interitu & ab omni sæuientis fortunæ improbitate sunt uindicati. Cum ego igitur ante bienniū D. Ambrosii Epistolae antiquis & elegantioribus characteribus conscriptas, ex bibliotheca cœnobij D. Laurentij, quod Leodiensis oppidi muris adhæret, nactus essem, cœpissēq; meo more cum excusis libris eas conferre, mirum dictu, quantum hic erat dissidij, quantumq; uarietatis: ut statim non potuerim non destomachari in eos, qui editis libris, speciosis quidem, sed inanibus ac mendacibus titulis, omnia castigatissima, & tanquam felice *παλιγγενεσία* renata pollicentur: quum nihil plerunque sit deprauatius, & antiquis sordibus omnia sint conuoluta: quemadmodum sanè in Gallicana editione postrema uidere licet. Illi enim dum hac in re ingenio duntaxat suo iudicioq; plusquam debeant, fidunt, neque præsidium omne in antiquorum exemplarium collatione constituūt, fieri quidē potest, ut quandoq; nōnulla, quæ contra Grammaticorum canones depugnent, restituant: at uoces male commutatas, sententias aut omnino omissas, aut in alienum locum reiectas, eo modo persanare ne utiquam possunt. Antiqua enim & cariosa sunt illa uulnera, & quæ nō nisi uetustorum, & (ut sic loquar) cariosorum librorum fide atq; integritate curari queunt. Quos tamen si ut uiles, exesos ac reiectitios plerisque contemnerem sciam, ego tamen deauratis ac purpuratis quorundam libris eos præferre non dubitem, quum sciam inter omnes *βασίλειον τὰς πολυχρύσους τύχας* nihil esse, quod cum his opibus conferri queat. Hisce igitur ego rebus adductus, tum etiam publica utilitate permotus, quum mihi temperare nequirem, quin quod in Ambrosianis Epistolis facere cœperam, id quoq; in uniuersa eius uiri scripta pertentarem, nihil prius mihi curandum duxi, quàm ut undecunque conquisitis ueteribus & castigatis libris, antiqua cum nouis, scripta cum impressis, summo studio conferrem, & tanquam in libra appenderem. Et nescio planè quem bonum genium hic mihi adesse persensi: quum ij ferè omnes, à quibus eos codices mutuū dari efflagitauī, eam humanitatē ac liberalitatem ostenderint, ut maiorem præstare non possent. Horum uerò fuere præcipui Hassliginienses, Parcenses, Laurentiani, & Iacobiniani, quorum duo posteriores sunt Leodij, priorum alteri haud ita procul Bruxella distant, alteri Louanio sunt uicini. Apud hos omnes sanè uisere licet li-

bros cum uenerandæ antiquitatis, tum quod potissimum est, perpulchrè ca-  
 stigateq; depictos. Interim tamen unicum exemplar in Angliâ olim conscri-  
 ptum mihi attulit Ricardus Brandisbæus, uir quo nihil est humanius, cuius  
 subsidio plurimâ à nobis restituta sunt, in quibus priora exemplaria aut ni-  
 hil, aut certe parum contulerant: præsertim in ijs libris, quos Ambrosius  
 De fide & spiritu sancto ad Gratianum Augustum conscripsit: ut ex hoc fa-  
 cile diuinare liceat, quàm olim fuerit Angliâ literis exulta, & eruditorum ac  
 insignium uirorum ferax. Porro quid hic à nobis præstitum sit, nolim ambi-  
 tiosius prædicare, quum neminem tam iniquum iudicem huius operis no-  
 stri fore confidâ, quin ubi Ambrosium accuratius lectitare cœperit, & hanc  
 nostram editionem cum prioribus conferre, fateri cogetur, nos nequaquam  
 & olèum & operam perdidisse: quum & ego non ita difficulter, si necesse es-  
 set, ostentare possim, plus bis mille errores nostra qualicunq; opera ex Am-  
 brosio esse sublatis: ut interim nihil dicam de uiginti uersibus aut pluribus,  
 quos suo loco, quia excusis deerant, adscripsimus. Itaque dum hoc in pistri-  
 no, in quod me sciens prudensq; ac ultro conieceram, desudo, & singula ex-  
 emplaria accurate, omnique qua potui fide excutio, plus minus biennium ab-  
 sumptum est: quod ideo dico, ne quis in hoc negotio præcipites fuisse nos  
 putet, & hunc fœtum abortu effudisse, non iusto ac maturo partu edidisse ca-  
 uilletur. Neque enim satis esse existimaui, semel iterumq; cuncta euoluisse,  
 uerum quodocunq; nouum exemplar alicunde ad nos perlatum fuit, tunc  
 rursus relegendi nō defugi laborem: quum nullus liber tam malus sit, quod  
 dici solet, quin semper aliquam utilitatem secum ferat. Interim uerò ubi in eas  
 difficultates atq; angustias incidimus, è quibus nos incolumes euadere pos-  
 se diffidebamus, doctissimorum uirorum, & quorum in literis magnum at-  
 que acre scire esse iudicium, auxilium expetendum mihi esse putauim: è qua-  
 bus præcipuus, ac in ea re promptissimus fuit D. Petrus NANNIUS, La-  
 tinæ linguæ apud Louanienses professor, cuius insignis ac rara eruditio  
 tam est orbis nota, ut me præcone non egeat, qui incomparabili sua humani-  
 tate egregiam mihi nauauit operam, & quem ego quoque ad hoc impulsi, ut  
 Ambrosianas epistolas, in quibus permulta sunt, quæ non omnibus sunt ob-  
 uia, suis scholijs illustraret. Quod sanè ab eo factum est tanta diligentia, tan-  
 taq; doctrina, ut si non aliâs, uel hoc saltem nomine, Ambrosii hanc nouam  
 editionem plausibiliorem gratioremq; futuram sperem. Neutiquam uerò  
 opus esse opinor, ut hic de sanctissimi antistitis præclaris uirtutibus multa  
 dicam, cuius *ἑνωμιότα* tam Græci quàm Latini scriptores complures fue-  
 runt, & cuius sanctitas, autoritas, eruditio, eloquentia omnibus nota est, &  
 nos quoque notiora ea facere in ipsius uita tentauimus: quæ ideo à me per-  
 scripta non est, ut antiquam illam abolitam atq; è manibus excussam uelim,  
 sed quòd & puriore nonnihil sermone eam scriptâ esse optabamus, & spera-  
 bamus uerius absolutiusq; imaginem ex ipsius scriptis posse ostendi. Præ-  
 fert illa Paulini titulum, uerum quòd is non fuerit Nolanus ille episcopus,  
 qui abiecta senatoria dignitate Christum est sequutus, & cuius eloquentiam  
 Diuus Hieronymus tantopere prædicat, nemo nō facile perspiciet, qui hanc  
 Ambrosii uitam cum illius carmine ac epistolis conferre uelit: quum hic ni-  
 hil

DEDICATORIA

hil sit elegantius, nihil purius, nihil doctius: illic uerò (ut unico uerbo dicam) nihil infantius. Certè Honorius Augustudunensis libro De ecclesiasticis scriptoribus, alium Paulinum fuisse scribit, eruditione longe inferiorè: quem quum Trithemius aliàs semper sit secutus, hic eum cæcutientibus oculis prætergressus, pudendo errore è duobus Paulinis unum nobis conflauit. Sua perest igitur, uir nobilissime, ut hunc nostrum laborem tibi cum primis ascribam, qui incredibili tua humanitate desudanti ac defatigato in hoc opere magnum solatium tam amicè præbueris, & currenti, quod aiunt, frigidam suffuderis: ut ex ea re clarissimum dederis documentum, quo sis erga honesta studia, maxime uerò erga Christianam religionem, animo, quam non solum uitæ integritate, sed & rebus tuis omnibus, quæ sunt amplissima, augere atq; ornare uelis. Id quantumuis eximium ac rarum sit, eius tamen rei non adeo magna me tenet admiratio, quum uideam hanc indolem Carondeleticæ nobilitati gentilitiam, ac ueluti esse innatam: quod hic ostendere non uanis argumentis essem paratus, ni uererer, ne tuo modestissimo ingenio essem futurus molestus, qui huiusmodi præconijs, tametsi optimo iure possis, demulceri non uelis. Deus te diu nobis seruet incolumem,

uir nobilissime. Louanij è monasterio nostro Mar-

tiniano, Anno M. D. LV. quar-

to Nonas Martias,

A 4



REVERENDISSIMO  
DOMINO D. IOANNI A LASCO,

ARCHIEPISCOPO GNESNENSI, AC TOTIVS

Poloniae primati, Des. Erasmus Ro-  
terodamus S. D.



RISCI mortales, ornatissime praesul, quod aeternum, cum  
etisq; uenerandum esse uolebant, numini cuiusdam dedica-  
bant, ut uel religio petulantiam hominum deterreret ab in-  
iuria. Exemplum hoc a lucis ac templis paulatim demigra-  
uit ad studia, ut si quid noui operis pararetur editioni, cele-  
bri cuiusdam gratiosoq; nomini consecraretur. Id tot iam se-  
culis adeo receptum est, ut aduersus rationis exactores uel  
sola sufficiat praescriptio. Illud tamen ineptum uideri potest, quod quidam a-  
liena dicant uiris primatibus, nec aliena modo, uerum etiam ea quibus ipso-  
rum opera nihil prorsus accessit, nisi forte quod eadem deprauatiora reddi-  
derunt. Alioqui quum nunc nouorum librorum γάργαρα, ut habet uetus co-  
mmedia, penè nos obruant: mihi praeclearius esse facinus uidetur, ueterum au-  
torum monumenta temporum iniuria scribarumq; temeritate collapsa resti-  
tuituere, quam noua cudere uolumina, praesertim quum quod sua aetate uere  
dixit Ecclesiastes, nihil esse nouum sub sole, & scribendi plures libros nullum  
esse finem, in hoc seculum multo uerius dici possit. Inter priscos autem eccle-  
siae doctores Latinos uix alium arbitror esse digniorem, cuius extet integrae  
lucubrationes, quam diuini Ambrosium. Hoc & ex animo dictum uideri ue-  
lim, & citra cuiusquam contumeliam. Sit linguarum ac scripturarum peritior  
Hieronymus, sit elaboratoris φηάσεως Hilarius, sit in quaestionum nodis ex-  
plicandis argutior Augustinus, alijs item dotibus excelluerint alij: sed quem  
mihi dabis qui pari synceritate tractet sacras literas: qui cautius uitarit sus-  
pecta dogmata: qui sic ubiq; gerat Christianum episcopum: qui sic spiret pater  
na uiscera: qui summam praesulis autoritate cum summa mansuetudine con-  
iunxerit: Vbiq; sentias illum hoc affici quod loquitur, Et adest dictioni mo-  
desta quaedam ac pia iucunditas, grataq; ciuilitas. Est quem non omnino sine  
causa doctorem mellifluum uocant, at hic iuxta nomen suum uere celesti ma-  
nat ambrosia, dignus qui sit quod dicitur, Ambrosius, hoc est immortalis,  
non solum apud Christum, uerum etiam apud homines. Quantum autem su-  
doris exhaustum sit in hoc restituendo, dum collatione ueterum codicum es-  
mendantur deprauata, restituuntur amputata, refecantur assuta, reponuntur  
Graeca, quae uel aberant prorsus, uel figuris nihil significantibus fuerant ad-  
dita, tuae prudentiae fuerit aestimare. Vt autem tam insignem ecclesiae docto-  
rem tui nominis auspicio potissimum ueluti renatum in lucem prodire uel-  
lem, cum primis in causa fuit Ioannes a Lasco, te patrum non minus morum  
ornamentis, quam nomine referens. Nam iuuenis senem sic exprimit, ut in  
eo ueluti renatus uideri queas. Is tui simulacrum quoties mihi depingebat ora-  
tione, toties agnoscebam in narrante imaginis expressae antitypon. Adeo dum  
patrum

## DEDICATORIA

patruum depingit, seipsum depingebat imprudēs. Hunc mihi conuictorem pauculos licet menses contigisse, non in postrema felicitatis parte pono. Vt nam mihi liceret per adulationis inuidiam predicare dei dotes quas in illo & amavi & ueneratus sum. Illud non possum non fateri, senex iuuenis conuictu factus sum melior: ac sobrietatem, temperantiam, uerecundiam, linguæ moderationem, modestiam, pudicitiam, integritatē, quam iuuenis à sene discere debuerat, à iuvene senex didici. O gentem pietati natam. Nec alio nomine mihi uidetur felicior Polonia, quàm quòd talem regem, talem sortita sit archiepiscopum, quorum insignis pietas pari studio cerrat hos fatales bellorum & opinionū tumultus componere, prolapsosq; Christiani populi mores instaurare. Quumq; eò processerit tua ueneranda senectus, ut merito possit à negocijs impetrare dimissionem, tamen ad ecclesiæ patriæq; commoda procuranda iuuenis es. Hic igitur ueteris prouerbij uenit in mentem, *ὡς ἂν ἔρ ὁμοίου ἀγαθὸς ὡς ἔρ ὁμοίου*. Itaq; uisum est pulchrè congruere ut proficisceretur Ambrosius præsul ad præsulem, claris natalibus insignis ad nobilissimum, pius ad pietatis antistitem, eruditus ad eruditionis eximium patronū, uirgo & uirginitatis præco facundissimus ad omnis pudicitie exemplar incomparabile, denique pacificator ad episcopum pacis ac tranquillitatis publicæ studiosissimum: cui rei dicas Ambrosium diuinitus fuisse datum. Hoc agebat illa facunda lingua quum Liguriæ consularem ageret præsidem, sedabat tumultus, sarciebat concordiam non minus accuratè quàm dextrè ac feliciter: nec id solum in his regionibus ubi fungebatur magistratu, uerum etiam quoties res apud alios spectabant ad seditionem, Ambrosius ueluti peritus ac felix nauclerus ad sedandam tempestatem accersebatur. Ac ne multa commemorans, plus æquo præfationem extendam: quum extincto Auxentio, qui fouerat Arrianos, Mediolani per episcopos ageretur de præsule subrogando, tantaq; studiorum uariantium contētionē flagrarent comitia, dum pars Arrianæ factionis, pars orthodoxum flagitat episcopum, ut res ad extremos tumultus tendere uideretur, Theodosius Cæsarum pijsimus eò legat Ambrosium, ut rerum exitiales motus componeret. Is dum pro delegato munere templum ingressus, singulari facundia suadet concordiam, subito cuncta populi modò dissidentis studia in unum conuersa sunt, iamq; iunctis uocibus suffragijsq; concordibus Ambrosium episcopum flagitāt. Multa causatur ille, se prophanæ functionis hominem esse, sacrarum rerum imperitum, nondum sacro lauacro renatum, quum Paulus uetet etiam neophytum ad ecclesiæ gubernacula admoueri. Sed hic frustra facundus erat. Quò uehementius ille detrectat, hoc magis accenduntur populi studia. Quid multis? Imperator perspicuus diuinitus geri negocium, populi constantem approbat uoluntatem. Ambrosius frustra reluctans, pro præsede consulari fit præsul infulatus, pro fascibus sumit pedum, antè præfectus gregi dominico, quàm in gregem dominicum cooptatus. Exitiabile dissidium extinguitur, & ecclesiæ sua redditur concordia. Sed quod Insubrium uni gratulamur ecclesiæ, hoc iam dudum optamus ecclesiæ catholicæ, uidelicet ut exoriatu alius quis Ambrosio similis, qui paribus auspicijs hunc miserandum orbis tumultum, quo nulla ætas uidit quicquam perniciosius, redigat in tranquillitatem.

Saltem

Saltem talis quispiam nobis exoriatur ex pontificum, theologorum, aut monachorum ordine, qualis tunc prodijt Ambrosius è classe catechumenorum, eque prophano magistratu. Magnum pondus habet morum integritas, magnam habet auctoritatem coniuncta mansuetudini constantia. Denique plurimum ualet eloquentiae copulata prudentia. Sed hoc malum non simplex, hæc lues quæ non solum ecclesiam tot opinionibus discidit, uerum etiam principum animos implacabili dissidio committit, hominem requirit datum caelitus, cuius auctoritatem reueretur populus, cuius constantiae cedat & principum sublimitas. Nulla ex uictoria armis parta plus laudis tulit Theodosius, quam quod ab Ambrosio se uinci passus est. Babylæ parum feliciter cessit quod imperatorem impia caede funestatum templo prohibuit, imò feliciter cessit ipsi, qui praesulis auctoritatem sua morte confirmauit. At Ambrosio cessit feliciter, qui summa constantia suam tuens auctoritatē, ipsum etiam Caesarem Christo lucrificat, ac pulcherrimum exemplum omnibus monarchis edidit, quanta sit episcoporum dignitas, si modo uerè sint quod audiunt. Nec dubito quin tales simus habituri principes aliquot, qualis fuit Theodosius, si tales haberemus episcopos, qualis erat Ambrosius: & haberemus, opinor, nisi populi mores alienaret benigni numinis fauorem. Quocumque magis liqueat quod dicimus, primum rem, deinde personas expendamus. Theffalonicae quidam è comitatu Caesaris per populi tumultum fuerat interfectus. Caesar ira dissimulata plebem ad ludos Circenses euocat. Ibi repetè circumfusa militibus inermi multitudine, promiscue saeuitum est in noxios iuxta & innoxios, poenaeque non meritis est data, sed furori. Id factum hodie iustum uideri posset. Quoties enim in bello trucidantur quibus ex pacto deditiois erat promissa incolumitas? Quoties oppido capto saeuitur propemodum atrocius in immerentes, quam in nocentes? & saeuitiam excusat odium criminis. Hæc de re. Iam mihi cogita Ambrosium unius ciuitatis episcopum, quæ tum, ut opinor, minus erat ampla minusque frequens quam nunc est, nullis alijs armatum praesidijs, quam quæ decent episcopum, lingua, precibus, & uitæ sanctimonia. Ex aduerso considera Caesarum illius temporis potentiam: cui si conferas horum temporum ditionem, eam duntaxat quam Caesaris titulus addit electis (nam Carolus & sine Caesaris titulo principum maximus est) rem uix seriam esse dicas: & tamen talis episcopus talem Caesarem ob praecipitatum uindictæ ius ab ecclesiae foribus submouit, exprobrans crudelitatis immanitatem, docensque illum à consortio Christiani gregis alienum esse. Reuersus est in regiam Caesar, agnoscens æquissimum esse ut Christi legibus cedat humanæ potentiae fastigium. Ibi post sex menses mœrore lachrymisque transactos, per Ruffinum aulae praefectum agit ut anathematis uinculo absolueretur, quod saltem ferijs Natalitijs, nam instabant, liceret interesse. Nihil agit Ruffinus: ipse Caesar impatiens non iræ, sed mœroris, adit Ambrosium, non in templum, ne iterum repelleretur, sed in locum quem Græci domum saluatoriam appellant. Nam ibi forte tum sedebat episcopus omnibus expositus, si quis quid uellet consulere. Patienter fert obiurgatē, nec prius absoluitur, quam præter solennem poenitentibus satisfactionem, etiam legem aduersus edictorum imperialium saeuitiam polliceretur. Illico prodita lex, ut si qui per edictum

## DEDICATORIA

etum Cæsaris iuberentur occidi, in tricesimum usque diem proferretur executione, quo spatium esset cognoscendi, locusque daretur uel Christianæ clementiæ, uel necessariæ seueritati. Mox posito regis diademate, Cæsaris personam exiit, poenitentis suscepit, humi prostratus, ac lachrymis ubertim effusis rigans solum, supplici uoce precatus est domini misericordiam. Cui hæc non uiderentur in Cæsare plus quam satis? Sed mane, dum auditurus quod & inuictam episcopi constantiam, & Cæsaris non fucam pietatem magis illustret, cum ex more munus detulisset ad altare, rediens constitit intra cancellos. Id uidens Ambrosius, per diaconum percontatur cur ibi moraretur. Respondenti ut uideam peragi mysteria: rursus misso diacono renunciauit ut agnosceret suum locum: nam eum in quo consisteret, esse sacerdotibus designatum. Purpura, inquit, imperatorem facit, sacerdotem nequaquam. Quid expectas? ut Cæsaris uicta lenitas, tandem excadescat? Nequaquam, uerum excusat se, quod non in contemptum loci restiterit illic, sed quod quoniam Constantinopoli reperisset hunc morem, ut Cæsar intra cancellos uideret peragi mysteria, credidisset idem esse receptum Mediolani. His placide dictis abiit in locum præscriptum. Nec eo contentus, ubi reuersus est Constantinopolim, etiam cum inuitaretur ut intra cancellos ex more consisteret dum peraguntur mysteria, negauit se facturum, addens se neminem nosse qui uerè sciret episcopum gerere, præter unum Ambrosium. O nostri seculi prolapsos mores. Si nunc dignetur princeps quilibet templum adire, extruit illi tabernaculum altari sublimius: & intra cancellos non modo consistunt proceres aulae, uerum etiam sordida negotiatores (quos Cicero uix recipit inter honestos ciues) decanos & ecclesiæ primores è sellis suis deturbat. Quanto minus fastus addebat Theodosio sceptrum ac diadema, quam istis addit sordido quaestu, nec semper iusto paucillum partum pecuniæ. Simili constantia restitit Iustinæ Augustæ minitanti ut aut Arrianos reciperet, aut iret in exilium. Ille uerò nihil pauefactus, Non prodam, inquit, lupis gregem mihi commissum. Hic occide si libet. Sed nemo potest Ambrosium agere, nisi qui pro pietate mori paratus est. Imò difficillimum est cuiquam uerè sacerdotem agere, qui libenter aliud est quam sacerdos. Onera sunt uerius quam ornamenta, quæ libertatem adimunt cum dignitate: fitque nonnunquam, ut dum utrumque uolunt esse, nec principes sint, nec sacerdotes. Sed desino, ne uitæ Ambrosianæ uidear historiam texere. In hoc diuerticulum me deduxit horum temporum miseranda calamitas. Nunc ad institutum reuertimur. Quemadmodum singularis quedam huius uiri integritas cum summa constantia parique mansuetudine coniuncta fecit, ut nec regali fastigio cederet, nec malorum improbitati succumberet, gratus autem esset ac uenerandus etiam alienis, ac parum amicis: ita nullius unquam scripta laetius inclaruerunt, aut minus obnoxia fuerunt inuidiæ, quam huius. Quibusdam serò contigit sua gloria, nonnullis diu luctamen fuit cum æmulis, complurium labores penitus interciderunt. Ne quid horum accideret Ambrosio, causam ego præcipuam arbitror, perpetuam quandam in scriptis omnibus moderationem, quæ nec in redarguendis hominum uitijs obliuiscitur Christianæ mansuetudinis. Dicas eum dolere, non irasci: nec usquam excurrit in leuitatis aut ostentationis speciem: ut ubique pectus uerè Romanum, imò Christianum

ftianum agnoscas. Erant qui Cyprianum uerterēt in Caprianum, Origenes ne mortuus quidem hydram inuidiæ potuit effugere, Hieronymo ad extremum usq; uitæ diem amarulenta cum æmulis rixa fuit, Tertullianus bis perierat, primū de prauatione, deinde situ, nisi nuper Beatus Rhenanus eum luci reddidisset. Idem euenerat propemodum Irenæo, tam indigno qui periret. Ambrosius à nemine non honorificè citatur, etiam ab hæreticis. Tanta erat nominis autoritas uiuo, quæ uix alijs à rogo contigit. Alius fortasse disertius laudauit uirginitatem, sed huius mellita facundia uirgines ex ultimis mundi regionibus, hoc est, è Mauritania Mediolanum pellexit, ambientes illic sacro uelo decorari. Alius fortasse uehementius disputauit, sed hic grandem illum cetum in ecclesiæ sagemam pertraxit, Augustinum. Vnus Hieronymus, quanquam illum aliquot locis multa cum honoris præfatione citat, tamen alicubi minus candidè de libris eius sentire uidetur. Siquidem in præfatione in Didymi librum De spiritu sancto ab ipso uersum, taxat libellos cuiusdam De spiritu, ex Græcis bonis Latinos non bonos, in quibus nulla uis sit argumētorum, sed tantum orationis facies exquisitis hinc inde coloribus pigmentata. Rursus in præfatione qua præfatur in Homilias in Lucam, recitante Ruffino (nam opus hoc intercidit) taxat illum in Commentarijs in Lucam, ut uerbis ludentem, sententijs dormitantem, deniq; Græcorum plumis sese uenditantē. Verū siue hoc uerè scripsit in Ambrosium, ut inimicus exprobrat Ruffinus: siue in alium, certe à nomine temperauit: quod ipsum uenerandæ cuiusdam autoritatis est argumentum. In Catalogo scriptorum nec laudat eum, nec uituperat. Ne in alterutrā, inquit, partem aut adulatio in me reprehendatur, aut ueritas. Ac ne lucubrations quidem illius recēset, quod tamen in alijs solet. Ex quo diuinare licet, Hieronymo quædam in Ambrosii libris displicuisse, quæ ob singularem hominis autoritatem suppressere maluerit, quàm euulgare. Nec ea res quicq; officit gloriæ sacri doctoris. Nam & Hieronymus erat homo, & nihil est humanū ex omni parte beatum, nec eadem placent omnibus. Illud confitendum, at nō improbandum, quod pleraq; quæ scripsit Ambrosius, hausit è Græcorum commentarijs, præsertim Origenis, sed ita, ut quod sanum esset, exciperet: quod à synceritate doctrinæ catholicæ alienum, aut contentiosum, dissimularet: nec errorē proferens, nec autorem prodens, quorum alterum nō erat tutum, alterum inuidiosum. Quod in illo comprobatur etiam diuus Hieronymus epistola ad Pammachiū & Oceanū: Nuper, inquit, sanctus Ambrosius sic Hexaemeron illius compilauit, ut magis Hippolyti sententijs Basilijq; sequeretur. Rursus ad Pammachium & Marcellam: Habuit, inquit, Ambrosium, cuius penè omnes libri Origenis sermonibus pleni sunt. Nec Ciceroni quisquam uitio uertit, q̄ in philosophicis argumentis Græcos sequeretur, nō ut interpretes, sed ut imitator. Nec erat corniculæ furtum, quod Græcorū nomina, quæ pleraq; tum apud Latinos magna laborabant dogmatū improbatorum inuidia, pressit, sed cauti pastoris, omnem offendiculi dissidiq; materiam excludentis. Porro dicendi character nec flaccidus est, nec humilis: quo nomine taxare uidetur libellos De spiritu sancto Hieronymus, excusante Augustino, quod relicet grandem, tamen subtilem docēti non laudanti conueniret oratio demissior

DEDICATORIA

fior, sed habet interim suos aculeos, ubi res postulat, propius tamē accedens ad argutam iucunditatem, quā ad *δεινωσις* illam, & affectus penē tragicos, in quos interdum exardescit Hieronymus & Hilarius. Ac plerunq; totus ferē sermo ex uarijs sententiarū generibus uelut ex tessellis contextus est, quo dicendi genere supra modum delectatus uidetur Seneca. Hoc nō minus creber est Ambrosius, sed tamen mollior, ut frustra reclamante Fabio, qui uult orationem esse ueluti luminib. distinctam, non uelut emblematis compactam, frequenter & diuisionem, & argumentum, & transitum, & conclusionem siue clausulam argumentationis per sententiam efferat. Interdum totus apparatus collectionis, hoc est propositio, assumptio, ratio, confirmatio, expositio meris constat sententijs. Passim accinuntur epiphonemata, uixq; alius crebrius aut frequentius utitur sententiarum genere, quas appellant *νοήματα*, in quibus latet aliquid arguti sensus, quod cum non exprimitur, intelligitur: ob hoc ipsum gratius, quia dictum obscurius. Porro densitatis satietatem ac tædium excludit uarietas tam felix, ut naturæ rem esse dicas, non affectationis, quod hoc dicendi genus à puero imbiberat. Nonnunquam eandem sententiam aliter atq; aliter uariatam repetens, uelut infigit animis, quod elabi non uult. Interim plurimum addit iucunditatis illa paucis uerbis modulata breuitas. Nusquam enim sermo longis ambagibus uix tandem absoluens periodum, obscuritate molestus est, quod in Augustini scriptis offendit Hieronymum, sed cōmatibus, & colis, concentu nōnunquam, numero plerunq; iucundus, tinnulus & compositus incedit. Horum omnium non pigeret ex ipsius libris exempla proferre, nisi non solum perlongum uideretur, uerū etiam hic intempestiuum. Augustinus in libris De doctrina Christiana quædam huius generis cōmonstrauit. In summa, hæc rhetorices imperitis frustra dicerentur, peritis in procliui fuerit animaduertere, præsertim si legāt huius libros De uirginibus & uiduis. Nam hic uelut in argumento plausibili magis expromit, ne dicā ostētat, dictionis ornāmēta. Igitur Ambrosiū si minus omni ex parte restitutum, certe multo minus deprauatū dedimus. Superest ut huic conatui faueat Roma, quæ genuit Ambrosium: faueat Liguria, quæ præsidem meruit: faueat Insubria, quæ præsulem asciuit: deniq; faueat quacuncq; patet orbis Christianus, insigni Christianæ pietatis doctori. Vixit Insubribus, sed scripsit omnibus. Proinde hoc quicquid est studiij nostri, præsulum sanctissime, si tua celsitudo comiter approbarit, alios, qui plus quàm ego præstare ualent, ad similem industriam extimulabit.

Bene uale. Datum Basileæ. Idib. August.

Anno M. D. XXVII.

B DES.

# DESIDERII ERASMI RO

TERODAMI CENSURA.



**N** I H I L ex ijs quæ prius fuerant excusa, detraxi. Quæ uidebantur esse notha, suis tomis indicaui. Primus nihil habet in quod cadat ulla suspicio. Nam libros De uocatione gentium, in aliud semouimus uolumen, de quo nostram opinionem & illud confirmat, quod Augustinus libris ad Bonifacium, cum ex Ambrosianis lucubrationibus recenseat aliquot testimonia aduersus Pelagianam hæresim multo post exortam quæ illa scriberet Ambrosius, tamen ex ijs libris, qui uelut ex professo pugnant aduersus illorum dogmata, nullum adfert: ut alterutrum fuerit necesse, aut Ambrosium extrema senectute congressum cum Pelagianis, aut opus alterius esse: quod mihi sit probabilius. Extra controuersiam est, Ambrosium iam uita defunctum, cum Augustinus scriberet aduersus Iulianum. lege primū librum. Creditur Hegesippum De excidio urbis Hierosolymitanæ uertisse e Græco, quod opus non addidimus, uel quia uix credibile est esse Ambrosii, uel quia iam toties excusum nusquam non est ad manū. Sanctus Augustinus libro ad Bonifacium quarto, capite undecimo, non semel profert testimonium ex Ambrosii cōmentarijs, quibus exposuit Esaiam, quod opus sanè dolemus hæctenus inueniri non potuisse. Rursus contra Iulianum Pelagianæ hæreseos instauratorem refert eius uerba ex cōmentarijs in psalmū quadagesimum octauū: nec hos hæctenus inuenire licuit. Idē aduersus eundē libro secūdo crebrò refert Ambrosii testimoniū ex libro De sacramento regenerationis, uel de philosophia. Ioannes Tritemhemius abbas in Catalogo refert illius in Psalmos libros undecim, quos tamen negat sibi conspectos esse. Idem recenset librum De iudicijs, De quadragintaduabus mansionibus, nec hos repertos. Addit librum Hymnorum, & Præfationum, quem intercidisse doleo. Declarant enim hæc fragmenta quæ nunc in templis canūtur deprauatissima, illum in modulandis lyricis haudquaquam infelici fuisse uena. Et tamen his submotis quidam maluerunt nugaces naniās, fortassē deliri cuiuspiam, in quibus nec sensus est sanus, nec latinitas pura, nec ulla metri ratio. Hoc tantum præferuntur Ambrosianis, quod ab eiusdem ordinis sodali uenerint. Ex Angliā quidam docti miserunt ad me speciminis loco paginam descriptam ex cōmentarijs in Epistolam ad Hebræos, quibus præfixum erat Ambrosii nomen, sed tota phrasis magis referebat Remigium, aut Anselmū, aut alium eius notæ scriptorem, quàm Ambrosium. Qui uitam Ambrosii descripsit titulo S. Paulini, meminīt cuiusdam libri, quem Ambrosius scripserit infanti quem excitarat à mortuis, de quo sentiēs nescio. Porro si quis me roget quid de hoc historico sentiam, dicam paucis, hac lege, ut nihilo secius suo quisque fruatur iudicio. Idem est artifex, qui tam multa contaminauit in scriptis Hieronymianis, & Augustinianis, natus ad hunc ludū. Habebat historiam Ambrosianæ uitæ, ei attexuit præfationē, ut uides lepidam, intertexuit interlocutiones, addidit coronidem, & affinxit aliquot prodigia. Adiungerem causas cur ita sentiam, sed apud imperitos id frustra fecero, peritos monuisse satis fuerit. Conserat qui uolet Paulini stylum cum huius assutis pannis, deinde perpendat quanta sit orationis inæqualitas: postremò quot locis sic frigeat, ut facile appareat illum fingere. Bene uale lector, & fruiere quod damus, bonis auspicijs.

# VITA SANCTISSIMI

AC PRAESTANTISSIMI VIRI D. AM

BROSII MEDIOLANENSIS ANTIQVITATIS, EX IPSIVS

potissimum scriptis contexta, per Ioannem Costerium,

ordinis D. Augustini Canonicum.



OSTEA QVAM magnis ac infinitis sudoribus sanctissimi ac grauiissimi uiri Ambrosii scripta à crassis ac prodigiosis erroribus, quibus praclarissimum illud ecclesiae lumē obductū erat, ueterum ac castigatiorū codicum subsidio repurgare conati sumus, ac antiquo, quoad licuit, restituere candori, rem neq; ingratam plerisq; neq; inutilem facturus uidebar, si eiusdem quoq; uiri sanctissimam ac laudatissimam uitam pro nostri mediocritate ingenij, scribendiq; tenuitate persequi tenta rem: praesertim quòd longo iam usu, & tanquā domestica consuetudine Ambrosio familiarior factus, quæ sint eius dotes,

me utcunq; ostendere, & tanquam rudiori peniculo depingere posse non planè diffidebam. Quicquid enim hic scripturus sum, nequaquam id è cōmentitijs ac fictis rebus, sed cum ex historijs antiquioribus ac fide dignis, tum uerò ex ipsius uiri praclaris ac diuinis libris desumere statui: certò sciens, neminem uerius absolutiusq; exprimere posse quis quantusq; fuerit Ambrosius, quàm ipse Ambrosius: quum omnium sententia, nemo sit ulli notior, q̄ quisq; sibi: & ipsa quoq; hominis oratio, uera absolutaq; sit mentis imago. Non quidem, quòd omnia quæ ad huius uiri laudes pertinet, hic complecti aut uelim, aut etiam possim: id enim ab humano ingenio fieri posse nō puto, quum ea sit uitæ ipsius claritas, ea dignitas ac magnitudo, ut omnia quæ ab eo gesta uidemus, excellentissima sint, & uelut miracula quædam summarum laudum in eo posita esse uideamus. Equidem ita censeo, nullam esse tam paratam ac instructam dicendi uim, nullum tam fecundum orationis genus, quod cum eius infinitis ac diuinis laudibus comparari possit. Neq; uerò propterea encomium eius instituiimus, tanquā ipsum nostra laudatione ac cōmendatione egere existimemus, id enim fuerit per absurdum & plenum stultitiæ ac uanitatis: sed quòd id nobis conducibile, nostræq; salutis cōmodum ac salutare futurum putem, qui propositis sanctissimorū uirorum exemplis, & nostram damnare ignauiam, & ad uirtutis pietatisq; studium excitari soleamus.

Igitur uir insignis Ambrosius Romæ natus est, sub Cæsaris Constantij imperio, filio Constantini principis, qui tunc res Romanas gubernabat. Nobiles ac claros habuisse parentes, uel id unum satis ostendit, quòd patrem Gallicanæ prouinciæ praefectum fuisse legimus, quæ tunc summa dignitas non nisi in summos ac praclarissimos uiros conferebatur. Ipse nusquam (ni fallor) in scriptis suis aut parentum, aut familie suæ meminuit: quòd sciret ueram nobilitatem non in antiquitate generis, uel parentū splendore ac dignitate sitam, sed in uirtutis cultu & morum integritate ac ornamento consistere. Alienis enim & tanquam emendicatis laudibus niti, humilis & abiecti animi est: & parentibus nasci praclaris, & illorum non imitari uirtutes, dedecore est maiores afficere, non gloria illustrare. Patri nomen fuit Ambrosius, mater quæ fuerit, nusquam inuenio. Pium utrumq; fuisse parentem uerisimile est: è quibus tanquam ex sancto & incorrupto semine adeo insignes ac praclari fructus pullularint. Fratrem habuit Satyrū nomine, sororem Marcellinam uocatam. Porrò de Satyri excellenti ac rara pietate copiose ac eloquenter in illis duabus orationibus agit, quibus mortuū ueterū more commendauit. Mortem eius molestissimè tulit: quòd eo in rebus humanis nihil habere se diceret preciosius, nil amabilius, nihil charius. Pio, inquit, semper affectu sollicitus, latus meum tuo latere sepiebas: charitate ut frater, cura ut pater, sollicitudine ut senior, reuerentia ut iunior. Marcellinam sororem uirginitatem professam fuisse constat: cuius exi-



mias sanctasq; uirtutes tum in his orationibus, de quibus nunc dixi, tum in ijs libris quos ad eam De uirginitate conscripsit, strictim obiterq; recenset. Liberalibus artibus Roma institutus fuit, ubi tum temporis & religionis & eloquentiae fastigiū erat. Erat Ambrosio uiuidus, erectus, & excelsus animus, & qui à primis annis contempta fortunae temeritate ac uanitate nihil humile, nihil abiectum meditaretur. Itaq; quicquid tunc eruditionis uel apud Graecos, uel apud Latinos erat, summo tunc studio euoluit, excussit: assiduo ac pertinaci labore animum cunctis artibus ac disciplinis excolens, & tunc ex Aegyptijs opibus incomparabilem thesaurū sibi corradens, quem postea ad dei templi dignitatē maiestatemq; ampliandā esset exprompturus. Quantū uerò isthic promouerit felix illud ac praclarū ingenium, coniecturā sumere licet tum ex laudatissimis ac eloquentissimis libris, quos ad posteritatē transmisit, tum uerò ex eo, quod simul ac maturiorem attigisset aetate, & in declamatoria palaestra summa cum omnium admiratione luculenter grauiterq; oraret, uir illustris Probus, praefectus praetorij, ob eximiam prudentiae ciuilibis opinionē eum ad se uocat: ut in cōsilijs ac grauissimarū rerum disceptationibus operam sibi nauaret: ratus nihil tam egregiū ac magnificū in eum conferri posse, quod non ipsius uirtus ac praclara merita superarent. Hic est Probus, qui postea Valentiniani iunioris post mortuū patrem, pueritiā rexit, fidamq; operā principi suo nauauit: constanter se ijs obiectās, qui imperiū tanquam rectore destitutū per tyrānidem inuadere conabantur. In ea administratione rerum publicarū, cum Ambrosius fidei ac prudentiae suae multa ac praclara documenta cum summa iustitiae ac aequitatis laude dedisset, uoluntate Christianissimi principis Valentiniani maioris, qui in Iouiniani demortui locum successus erat, Liguriam Aemiliamq; provincias gubernandas accepit. Ita enim se comparabat, ut nunquā dignitatem aliquā uideretur consecutus, etiam amplissimam, quin maiore semper & ampliore dignus haberetur. Sita est Liguria inter Apenninos montes & Padum fluuiū, ab altero latere Gallia, ab altero Hetruria habens. Caput eius Genua est: urbs florentissima, & omni genere diuitiarū differta. Erat porro ea conditio id temporis ardua in primis ac perdifficilis: quod populus ille nouis rebus subinde studens, frequentes motus eieret, nec nisi grauissimarū legum seueritate, ac maxima cum difficultate in officio contineri posset. Quare opus hic erat uiro insigni, qui & prudentia & usu rerum praestans, turbata componeret, nutantia sustineret, pacata in quiete ac tranquillitate conseruaret. Erat hic Ambrosius futuri muneris cui destinatus erat, ueluti tyrocinū quoddam facturus: qui sermone, sententia, expeditoq; consilio supra q̄ dici possit admirabilis, singulis rebus salutaria remedia celeriter adferebat. Itaq; fieri non potuit, ut tam singularis uirtus ac praclarū lumen diu terrenis ac forensibus rebus tanquam sub modio esset absconditū: ponendū erat super candelabrū, in summo atq; eminenti ecclesiasticae dignitatis fastigio, ut eius claritate atq; splendore errorū caligo longelateq; profligaretur. Ea igitur tempestate tota ferè Insubria, magnaq; Italiae pars Arianā peste corrupta erat: maximas ad eam rem faces suggerente Auxentio quodā, homine & sceleratissimo & crudelissimo, qui nefandi dogmatis uenenū longe lateq; diffuderat. Hic postquam sanctum uirū Dionysium, qui tum Mediolanensis ecclesiae gubernacula tenebat, fraude ac scelere suo in exilium exturbasset, nefario ausu in Christi ouile saeuus ac sanguinarius lupus irrupit: nihil prius habens, q̄ ut innoxium gregē Christi rabido ore discerperet. Fur enim qui non per ianuam, sed aliunde in ouile ascendit, non uenit, nisi ut furetur, ut mactet, & perdat. Is est Auxentius, cuius maleficio D. Martinus postea Turonensis archipraeful, Mediolano non sine acerbissimis iniurijs fuit eiectus. Huius Auxentij meminit Ambrosius tertio De spiritu sancto libro, quem Mediolanensem ecclesiā armis exercituq; occupasse scribit. Hac igitur peste extincta, in comitali contentione populus penes quem tunc ius erat deligendi antistitis, in duas partes dissectus, in diuersam sententiā rapiēbatur: cum ij qui Arianō dogmate imbuti essent, quempiā e sua factione: contra catholici episcopum orthodoxū habere uellent. Porro cum hic summa utrinq; contentione diu multumq; tumultuatū esset, & res iam ad manū festam periculosamq; spectaret seditionē, ac ciuitatis perniciem, Probus praefectus rei periculo permotus, Ambrosium, cuius efficacē linguae facundiā, animumq; magno rerum usu & exactae prudentiae praesidijs instructum sciebat, eō mittit, turbulentos comi-

tiorum fluctus, & excitatū intestinae seditionis incendiū uirtute atq; autoritate repressu-  
rum. Is postquam templum ingressus est, & facundissimo illo suo ore tumultuantē po-  
pulum componere studet, nihilq; non agit, quod ad tollendas simultates, ad faciendam  
concordiam faceret, repente omnes depositis priuatis odijs, contētionibusq; reiectis,  
in eum mirificè cōuersi sunt: & qui prius atrocibus odijs, ac periculosissime inter se dis-  
siderent, nunc cōmunibus uotis, summoq; animorum consensu, Ambrosium efflagita-  
runt. Miratus ille pertinacissimo conatu obstitit: hominem prophanum, rerum ecclesia-  
sticarum rudem, & cui adhuc emerenda essent baptismatis sacramenta, sacris rebus ad-  
moueri nequaquam debere: rem esse supra uires suas, supra meritum, supra fortunam.  
Non esse tam effœtam ac orbatam Umbriam, imò ne Insubriam quidem, ut nō habeat  
uiros maximarum uirtutum ornamentis clarissimos, qui huic functioni maxime essent  
idonei. Aliud esse præfectum agere, aliud episcopum: alia esse tribunalia mundi, alia tri-  
bunalia Christi. Et quid hic, inquit, uixdum tyro facturus sum, quum hic satis habeat e-  
tiam ueteranus quod agat? Sed hic homo eloquentissimus erat elinguis. Nam quo ille  
obstinatius repugnat, hoc populi studia acrius inflammantur: & quo ille se uociferatur  
indigniore, eo omnibus dignior uidebatur. Porro Valentinianus Augustus ubi au-  
diuit quod gestum erat, mirum in modum gauisus est, (eximiam quippe uiri uirtutem  
multis è rebus exploratam habebat) statimq; & suo suffragio addito populi approbat  
uoluntatem: simul etiam & deo gratias agens, quod eum sibi delegisset in sacerdotem,  
quem ipse olim moderandæ genti suæ præfecisset. Proinde imperat, ut quæ statuerant,  
perficere maturarent. Impendio quoq; lætabatur Probus præfectus, qui hic non falsum  
uatem se fuisse uidebat. Ambrosio enim Mediolanum proficiscenti dixerat: Vade, agē  
non ut iudex, sed ut episcopus. Ipse tamen nihilo segnus omnem quærit modum, quo  
obstaret: quærit latebras, quærit patronos, quærit procrastinationē: sed frustra id à se rei-  
cere conatur, ad quod olim diuina prouidentia delectus erat: quum Salomone testante  
non sit sapientia, non sit prudentia, non sit consilium contra dominū. Quam aut̄ inuito  
& obluētanti illi hoc onus impositū sit, ipse in secundo De pœnitētia libro breuiter do-  
cet. Igitur quum nusquam uideret elabendi uiam, nusquam esse neq; fuge, neq; consilijs  
suis locum, multisq; iam argumentis dominī erga se intelligeret uoluntatem, populi ta-  
men precibus cessit: omnibus mirū in modum lætantibus, maximè uerò catholicis, qui  
hunc tanquam præclarissimum ac felicissimū sidus post turbulentissimas tempestates  
illuxisse sibi putabant, datumq; sibi tanquam alterum Moysen, qui pro ipsis contra fi-  
dei hostes ueluti contra Amalechitas pugnaret, datum tanquam fortissimū Dauid, qui  
egrederetur & ingrederetur ad imperiū regis, datum eum, qui staret ex aduerso in die  
prælij, & murum se opponeret pro domo Israhel, datum deniq; eum, qui tueri ecclesiæ  
libertatē & autoritate posset, consilio sciret, animo uellet. Nondum sacra unda in Chri-  
sto regeneratus erat, sed in catechumenorum erat ordine, hoc est, eorum qui fidei my-  
steria docebantur, & studio ac sedulitate ueluti quendam fidei candidatum agebant.  
Cum ergo sancto lauacro baptizandus esset, à nullo id nisi à catholico episcopo factum  
uolebat: iam tunc Arrianorum perfidiam suspectam atq; exosam habens: & haud ali-  
ter tunc ipsis affectus, quam olim inuictissimus Sampson Philistæis erat, quorū ipse per-  
niciem atq; excidium primis ab annis meditabatur. Volebat enim deus fortissimum &  
inexpugnabile propugnaculum erigi contra faciem Damasci, contra hæreticorū præ-  
duram & peracerbam sæuitiam, uolebat talem uirum in eum locum substitui, qui affli-  
ctæ tunc pietati, & cadenti religionis ruinae quasi manum dorsumq; apponeret. Defor-  
mis ac miseranda enim tunc erat ecclesiæ facies, quum intestinīs discordijs omnia essent  
discissa, quumq; distracta atq; diuulsa à se membra, non solum uires atq; robur omne,  
sed speciem quoq; & uitam ipsam amiserant. Quare opus erat eximio & insigni artifi-  
ce, qui prostrata erigeret, disiuncta coniungeret, expoliret deformia, & mortuis spiritū  
uitamq; conferret. Quis hic explicare queat infinitos illos ac planè Herculanos labo-  
res, quos uir sanctissimus in tam arduo ac difficili negotio pertulit? Nō ita difficile est,  
pacatam ac quietam rempublicam in officio cōtinere, conseruare in sua firmitate, quæ  
recte firmiterq; constituta sunt: cæterum quæ collapsa, quæ discissa sunt, in antiquam so-  
liditatem integritatemq; restituere, quanti sit laboris ac difficultatis, non alijs persuase-

ris, quam ijs qui in eam arenam quandoq; descenderint, & in eo stadio exerciti fuerint. Prouincia sane multis nominibus perdifficilis erat, cum ob ciuitate opibus luxuq; diffluentem, ob plurimos Arriana peste corruptos, tum uero ob Caesaris aulam, qua malorum agme secum semper adferre solet: nimirum quod ea diuersarum ac barbararum gentium homines haberet permixtos, qui morum petulantia omnia corrumpebant. Delectus est autem Ambrosius Mediolanensium antistes, anno post Christum natum trecentesimo septuagesimoseptimo, Gratiano & Equitio Consulibus, imperante Valentiniano Christianissimo ac pientissimo principe. Velim hic cum primis insignem scribendi adesse artificem, qui rem pro sui merito ac dignitate tractaret, & qua ab eo in hac potestica dignitate multa cum laude summaq; omnium admiratione gesta sunt, ueluti in tabula coloribus suis depingeret: putarem tantam rerum omnium maiestatem magnitudinemq; futuram, ut non nisi praecleara summaq; ingenia ea capere ac intelligere possent. Inculpatam honestamq; ac omni ciuili uirtute perpolitam uitam hactenus duxerat, praefecturam ac consulatum ita gesserat, ut neminem maioris fide atq; integritate gessisse opiner: uerum postquam reiectis ueteris hominis exuuijs, iam in Christi uerba iurasset, & in eum praeterea se locum elatum uideret, ubi eum tanquam in amplissimo theatro constitutum omnes intuerentur, in eum omnium undiq; intenderent oculi, tanquam in suum pastorem, in suum antistitem, & in eum qui personam summi principis in terra sustineat, alius tunc illi animus, alia uiuendi ratio: talis certe, qualem tunc ea functio flagitabat. Quae enim tunc uitae puritas? quae grauitas? quae modestia? quae laborum patientia? quae orandi legendiq; frequentia? Ea sane tanta fuit, ut miraculum sit, hominem a tribunalibus ac rerum forensium strepitu ad ecclesiasticum munus abreptum, illa statim in docendo potuisse praestare, quae ipsum tunc effecisse miramur. Nam docendi munus, quae primae sunt episcopi partes, statim ab pontificatus sui initio diligenter grauiterq; impleuit: quanquam id ab eo non nisi incredibili labore, summisq; uigilijs effectum putem. Tamen enim humanioribus literis & singulari quadam dicendi scribendiq; arte probe esset excultus, diuinarum tamen literarum scientiam nondum attigerat, quae illi in primis tunc necessaria erat. Quapropter summo tunc studio Graecorum commentaria, maxime uero Origenis, cui tunc eruditionis primas dabant, euoluit: quorum subsidio fretus, multa de scripturis & publice disseruit, & priuatim conscripsit. Quod tamen an quisquam iure calumniari possit, non uideo: cum & aetate iam maturiori, & sacrarum literarum rudis ad episcopalem dignitatem (ut dixi) ascitus sit, quae tunc non discendi, sed docendi munus poscebat. Maxime uero quod multae tum essent haereticorum etiam eruditorum turme, quibus refellendis, reuincendis, opprimendis Christi antistes opponere se debebat. Qua de re ipse in principio eius operis quod De officijs conscripsit, ita ait: Homines discunt prius, quod doceant: & ab alio accipiunt, quod alijs tradant. Quod ne ipsum quidem mihi accidit. Ego enim raptus de tribunalibus atq; administrationis infulis ad sacerdotium, docere uos coepi, quod ipse non didici. Itaque factum est, ut prius docere inciperem, quam discere. Discendum igitur mihi simul & docendum est, quoniam non uacauit antea discere. Et quantumlibet quisq; profecerit, nemo est qui doceri non egeat, dum uiuit. Hac ille. Quos quidem De officijs libros in clericorum suorum gratiam statim ab imposito sibi pontificatu contexit: Ciceronis & ordinem & argumenta secutus, qui De officijs ad Marcum filium Athenis Graecae philosophiae operam dantem magna tum eloquentia tum eruditione scripsit. Nunc autem his omissis, de ipsius sacerdotali ac plane apostolica autoritate dicendum est, quam in asserenda ecclesiae libertate, in uindicanda aequitate egregie ostendebat: maxime apud eos, quorum potentia populo esset formidabilis, & qui per imperij licentiam multa facerent, quae optimus quisq; non improbare non posset. Paucis igitur ab inito pontificatu excursis diebus, dum ipse & Valentinianus Augustus de rebus imperij, de belli pacisque negocijs, deque ecclesiae statu, amice ac familiariter inter se tractant, opportunitate hic nactus Ambrosius, grauissima ac liberrima oratione de immodica principum potentia ac libertate conqueritur: qui multa praeter aequitatem, plurima pro suo affectu agerent, quibus subiectum populum opprimerent uerius quam iuuarent. Non esse memores legis diuinae, non ueri ecclesiae dignitatem, non defendere innocentium causas, non publicam patriae libertatem

tem priuatis suis cupiditatibus anteferre: multa proferendo ac dilatando imperio, pauca pro amplificanda Christi facere gloria. Magnam aulicorum, magnam magistratuū, itemq; foeneratorum ac mensariorum esse licentiam, qui pauperum fortunas acerbissimis iniurijs emungerent, & annonā iniquissimis artibus impudentissime flagellarent. Plurimos deniq; esse, qui recti atq; honesti obliti, cuncta sibi tanquam in summa uitaē libertate licere uellent. Cæsar laudata episcopi fiducia: Noueram, inquit, prius hanc tuam Ambrosii libertatem: qua tantum abest ut offendar, ut etiam cum te episcopum designatum audissem, mirū in modum fuerim gauisus, & approbata populi uoluntate, meum quoq; calculum cæterorum suffragijs addendum putauerim. Macie igitur uirtute, age quod tui muneris est, cura ut res Christiana consistat incolumis, ut ueteris religionis disciplina incorrupta perseveret: doce quæ amare, doce quæ fugere debeamus. Habes animas nostras fidei tuæ concreditas: his consule, his Christianæ medicinæ appone præsidia, ut cuiusq; morbus atq; ægritudo exposcit. Talis tunc erat recentis adhuc sacerdotis apud potentissimū principem autoritas, talis libertas, talis etiam gratia: ut quod pleriq; toto uitaē suæ tempore multis ac profusissimis largitionibus impetrare nequeunt, id Ambrosius solius uitaē merito sit consequutus. Postquam uerò domum domini summo studio repurgare cœpit, quam uerisimile est Auxentij antistitis sceleratissima impietate grauiter prophanatā fuisse, & reuellere pestiferas Arriani seminis radices, quod illius maleficio isthic profeminatum erat, Arriana factio totis uiribus omniq; armorum genere in Christi sacerdotem impetum facit, omnia agens, omnia tentās, ut lacerata ac conuulsa eius dignitate, pontificatu deiectum in exilium pellerent. Ferociores erant, q; Iustinam Valentiniani senioris Imperatoris uxorem huius nefandi sui erroris propugnatricem haberent, quæ cum uiuo adhuc marito, quem Arrianae perfidiæ seuerissimū uindictam sciebat, uirus hoc longum iam tempus suis confouisset inclusum uisceribus, eo demortuo secunda euomuit: multa interim & clam & palam faciens, quibus illum inexpugnabilem ecclesiae murum Ambrosium deijcere atque euertere tentabat. Hunc enim solum suis conatibus obsistere, hunc Arrianum dogma palam quotidie oppugnare uidebat: & qui neq; consilio, neq; opera, neq; dictis, neq; factis quicquam præmitteret, quod ad impugnandam atq; euertendam horum sententiā pertineret. Fremebat illa, & muliebri impotētia acta, funesto ac diro animo certū exitiū uiro sanctissimo apparabat. Coegerat dudum Constantius Cæsar Arimini concilium, non alia uoluntate, quam ut ea quæ in Christianissima Nicena synodo, aduersus Arrij uesaniā de homouilio decreta ac confirmata essent rescinderentur: in quo multi (ut Augustini uerbis dicam) paucorum fraude circumuenti, grauem ac miserandā fidei suæ iacturam fecerunt. Quæ de re agit Ambrosius in Epistola ad Valentinianum Augustum, quæ numero est trigesima secunda. Cum ijs, inquit, bene conuenit Arriano, qui creaturam Christum dicunt, quod etiam Gentiles ac Iudæi promptissime confitentur. Hoc scriptū est in Ariminensi synodo. Meritoq; concilium illud exhorreo, sequens tractatum Niceni concilij: à quo me nec mors, nec gladius poterit separare. Igitur quæ Arimini paucorum hominum nefaria temeritate decreta erant, Iustina ab omnibus seruari uolebat. Hic cum Ambrosius constanter sese opponeret, & Iesabelis illius tanquam alter Helias maliciā nihil faceret, illa tanquam peracerbam cōtumeliam ab ipso perpeffa, Valentinianum filium atrocissimis criminationib. in episcopi odiū impellit. Qui ulciscendæ matris studio adeo concitatus fuit, ut statim militarem manum ad ecclesiam miserit, matris iniuriam grauius atq; acerbius uindicare uolens. Miles effractis templi foribus Christi sacerdotem ad Cæsarem pertrahere uolens, populi adcurrentis ac obsistentis audacia est impeditus: paratior enim erat mortem oppetere, quam ut episcopū suum hostium permitteret uoluntati. Iustina ubi intellexisset populi erga pontificem studium, neq; interim dira illa flamma quam animo conceperat, restingui posset, Meniuolo, qui tum scribarum erat præfectus, legem ferrē imperat, qua ea quæ in Ariminensi concilio constituta essent, confirmarentur: capitale autem fore, si ea quisquam conuellere ac impugnare tentaret. Meniuolus uir Christianæ pietatis parere noluit: sed statim detractum baltheum quo cingebatur, ad pedes reginæ abiecit, omnem contumeliam dicens se pati malle, quam ut crudelem illam ac sanguinariam legem ipse sanciret. Reginæ imperiū

hoc ferebat molestius, quod sciret Ambrosii nomē magna apud eam flagrare inuidia, omneq; eius consilium in episcopi necem esse propensum, quem ipse pro uitae suae merito omni ueneratione ac defensione dignum existimabat. Magnis tamen ac splendidis promissis quorundam animos expugnatos ad haec audenda regina incitauit. Dum haec ista molitur, mors Gratiani principis fraude ac scelere Andragathij nunciatur: quae res Iustinae impetum ac furorem repressit, quae alio qui conquietura non uidebatur, nisi Ambrosio e medio sublato. Venerat id temporis e Syriae partibus Mediolanum alius quidam Auxentius, homo crudeli prorsus ingenio, qui non minus ferro quam lingua passim defauiet, impuro scelestoq; ore multa profundens, quibus Christianae fidei purissimam ueritatem labefactare ac subuertere contendebat. Is ut commodius noceret, quum sciret illius Auxentij, qui apud Insuabres graues motus excitarat, nomē esse odiosum, emērito uocabulo Mercurinum se appellabat. Hic ergo pessimis artibus in Caesaris aulam irrepens, tempusq; nouandis ac turbandis rebus opportunum conspicatus, ob impotentissimū reginae in pontificem odium, sursum ac deorsum omnia miscet: ut aut fraude aut potentia Arriani dogmatis impugnatores opprimerentur. Deniq; cum uideret Ambrosium uigilantissimo atq; acerrimo studio suam sententiam oppugnare, detestari mores, fauitiam insectari, eius auctoritatem apud principē summo studio conuellere contendebat, egitq; apud eum, ut cum Ambrosio, non quidem in ecclesia, ut fieri solet, sed in principis aula de rebus fidei certamē subiret. Hoc tentare audebat homo uersutus ac uaser: non quod doctissimum & eloquentissimum uirum superare se posse speraret, sed quod huius certaminis eos arbitros delegisset, qui ut in suam sententiam erant propensi, ita pontificis libertatē auctoritatemq; ferre nequibant. Mittit Caesar Dalmatium Praetorianae cohortis praefectum ad Ambrosium, imperans ut ad palatium ueniat. Renuit ille: dicens in causa fidei eos iudicare debere, qui nec munere impares essent, nec iure dissimiles, hoc est, de sacerdotibus sacerdotes. Sed cur non audimus eum haec suis uerbis tonantem? Quando audisti, inquit, clementissime Imperator, in causa fidei laicos de episcopo iudicasse? Ita ergo quadam adulatione curuamur, ut sacerdotalis iuris simus immemores, & quod deus donauit mihi, hoc ipse alijs putem esse cedendum? Si docendus est episcopus a laico, quid sequatur, laicus ergo disputet, & episcopus audiat, episcopus discat a laico. At certe si uel scripturae seriem diuinarum, uel uetera tempora retractemus, quis est qui abnuat in causa fidei episcopus solere de Imperatoribus Christianis, non Imperatores de episcopis iudicare? Eris deo fauente etiam senectutis maturitate prouectior, & tunc de hoc censebis, qualis ille episcopus sit, qui laicis ius sacerdotale substernit. Pater tuus deo fauente uir maturioris aui dicebat: Non est meum iudicare inter episcopos: tua nunc dicit clementia, Ego debeo iudicare? Et ille baptizatus in Christo, inhabilem se ponderi putabat tanti iudicij, clementia tua, cui adhuc emerenda baptismatis sacramenta seruantur, arrogat de fide iudicium, cum fidei ipsius sacramenta non nouerit? Et postea: Si ad synodum prouocat Auxentius, ut de fide disputet, licet non sit necesse propter unum tot episcopos fatigari, qui etiam si angelus de caelo esset, paci ecclesiarum non deberet praeferrī, cum audiero synodum congregari, & ipse non deero. Tolle igitur legem, si uis esse certamen. Et paulo post: Dignanter igitur Imperator accipe, quod ad consistorium tuum uenire non potui. Ego in consistorio nisi pro te stare nō didici: & intra palatium certare non possum, qui palatij secreta, nec quero, nec noui. Haec ille in epistola ad Valentinianum conscripta, quae in ordine est trigesima secunda. Prolixius autem haec intexenda putauī, quod ad huius rei cognitionem, de qua nunc agimus, plurimum facerent. Caeterum Auxentius postquam hic se nihil fecisse uidebat, diro scelestoq; consilio nouas rursus insidias episcopo parat. Duae erant Mediolani basilicae, altera in urbe, quae Portiana dicebatur, altera haud ita procul extra muros sita. Vtramq; catholici tenebant. Auxentius iniquū esse apud Caesarem querebatur, duo simul templa ab Ambrosianis occupari: interim uerò neque se, neq; ipsum Caesarem habere orandi locum. Facile iunioris principis animum superiore pontificis libertate exasperatum, in suam sententiam trahit, maxime accedentibus persuasionibus matris, quae episcopi odio nihil non tentatū uolebat, quod huic obesset. Hic uiro sanctissimo acerrima denuo pugna incumbit. Et sanē tanta erat

id temporis rerum turbatio, tam graues motus, ut tanquam perrupto aggere, claustris repagulisq; discussis malorum flumina exundarent. Verum in sancto antistite tanta animi fortitudo, ea uis consilij exactaq; prudentiae confederat, ut in tanta malorum acerbitate, cum alij maxime diffidendum, neque malorum impressiones ferendas putaret, tunc ipse alacrior, robustior ac laetior redderetur. Mandat ergo illi Augustus, ut aut basilicam tradat, aut in exilium eat. Sed quid agit? Fieri sane non poterat, ut apud constantem uirum plus praeponderaret poenae formido, quam amor Christi: hominis timor magis quam dei: denique ut perfidia uinceret, quem fides armabat. Quid quaerit, inquit, Imperator? quid expectat? An ut ego maiorum haereditatem regiae cedam potestati? ut dilectam domini uineam porcorum sordibus conspurcandam tradam? ut domini arcam in Allophylorum ac incircumcisorum hominum non usus sed abusus transferri permittam? Non est Ambrosius tam stultus, ut hoc putet: tam timidus, ut uelit: tam potens, ut possit. Haereditas maiorum fides est: haereditas maiorum, templum est Christi: sed propitius, inquit, mihi sit dominus, ne haereditatem patrum meorum Caesari tradam. Data est mihi uinea domini, ut seruem, non ut perdam: ut colam, non ut euertam: ut aedificem, non ut demoliar: ut plantem, non ut reuellam. Non patiar, ut eam porcorum rictus evertant. Porci sunt, qui in eam irumpere gestiunt: magistri luxuriae, pudicitiae obores, incensores petulantiae, obrectatores pudoris. Pudica & casta est ecclesia Christi: iniquum fuerit, si quis membra Christi tollens, membra faciat meretricis. Melius mihi est mori, quam ut gloriam meam quis euacuet. Templum quod haecenus seruaui in pace, in bello non deseram: depositum quod seruandum accepi, neque uiuus, neq; occisus dimittam. Caesaris nec gratiam quaero, nec offensam metuo. Quid quaerit Imperator? Quid ambit Auxentius? Quid crueto ore ac sanguinolentis manibus basilicam quaerit? Non tradam. Vultis in uincula rapere? uultis in mortem? Non recuso. Non ego me uallabo circumfusione populorum, nec altaria tenebo, uitam obsecrans: sed pro altaribus gratius immolabor. Principis furorem non timeo. Facio ego quod sacerdotis est: quod Imperatoris est, faciat Imperator. Domum priuati nullo iure temerare potest, domum dei existimat auferendam? Nec mihi fas est eam tradere, nec Imperatori accipere. Ad Imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem ecclesiae. Publicorum moenium ius illi concessum est, non sacrorum. Hac episcopi libertate ad maiorem adductus insaniam Caesar, missis aliquot militum centurijs, imperat ut abreptum e templo statim ad se perducant. Verum nequicquam humana temeritas ei nocere uolebat, quem diuina bonitas custodia sua communitum seruabat. Obseperant illi Portianam basilicam, & tanquam rabidi canes discursantes, aditus latebrasq; omnes explorant: uerum dei iudicio caecitate perfusi, etiam quod apertum erat, uidere nequibant. Quid miramur? Cum altero Helisiae erat illis negocium. Illum angelorum uallatum praesidio Syrorum agmina frustra quaerebant ad necem: in hunc Gotthorum militum crudelis catexua insiliit, & nemine pugnante se oppugnari conspiciunt, nullo resistente se sentiunt superari. Retundebantur barbarica tela, pugnacium uirorum manus rigebant, & truces oculi flammam ignemq; euibantes, subita sunt caecitate percussi. Habebat episcopus arma quibus ferocem hostem feriebat: non gladios, sed preces: non tela, sed merita. Inter arma, inter acies, inter tela securus erat, non armatorum militum manu defensus, sed diuina protectione munitus. Hic mihi rursus considera intrepidum atq; inuictum Ambrosii pectus, neque ullo instantis periculi metu consternatum. Tantum enim abfuit, ut circumfusorum militum atq; armorum strepitus ipsum turbaret, ut etiam in tantis turbis, in tanto asperrimarum rerum concursu, in tanto aduersariorum fremitu & furore, diuinos hymnos piam plebem quae cum amantissimo pastore mori parata in templo excubabat, edocuerit: nimium modulatione ac suauitate diuini carminis, luctuosi carminis acerbiter temperare ac mitigare uolens. Qua de re in ea oratione quam ad populum de Auxentio habuit ita scribit: Hymnorum, inquit, meorum carminibus deceptum populum ferunt. Plane nec hoc abnuo. Grande carmen istud est, & quo nihil potentius. Quid enim potentius, quam confessio trinitatis, quae quotidie totius populi ore celebratur? Certatim omnes student fidem fateri, patrem & filium & spiritum sanctum norunt uersibus praedicare. Facti sunt igitur omnes magistri, qui uix poterant esse discipuli. Hec ille. Eodem quoque tempore

tempore, & in eodem loco caelesti oraculo commonitus, sanctissimorum martyrum Geruasii & Prothasii corpora reperit, quae longa temporis uetustate neglecta iacebant. Donati erant martyrii triumphali corona Neronis Imperatoris tempore, decisis capitibus per Rauennatem praefectum: orti uero ex praclarissimis parentibus, patre Vitale, excellentissimo martyre, matre Valeria, insigni pietate foemina. Multa & praclara miracula tunc per sanctorum martyrum merita edita sunt: quibus & catholica plebs admodum in fide Christi confirmata, & aduersariorum contumacia grauius repressa fuit. Scribit ea de re Ambrosius in Epistola ad Marcellinam sororem, ubi obiter ea perstringit, quae tunc ad populum est loquutus: Gratias, inquit, tibi domine Iesu, qui hoc tempore tales nobis sanctorum martyrum spiritus excitasti, quo ecclesia tua praesidia maiora desiderat. Cognoscant omnes, quales ego propugnatores requiram, qui propugnare possint, impugnare non solent. Hos ego adquisiui tibi plebs sancta, qui prosint omnibus, nemini noceant. Tales ego ambio defensores, tales milites habeo: quorum quo maiora, eò tutiora patrocinia sunt. Horum etiam illis ipsis qui mihi inuidet, opto praesidia. Veniant ergo, & uideant stipatores meos, talibus me armis ambiri non nego. Haecenus ille. Istarum ergo rerum inusitata & admiranda magnitudo effecit, ut & Iustinae Imperatricis funesta & pernicioosa consilia, & militum rabies conquiesceret. Nam qui pro templi foribus excubabant, rerum nouitate & maiestate percussi, abiectis armis, positaque nocendi uoluntate, templum ingressi sunt, non quidem perdendi animo, uti prius, sed orandi: ut iam haberet episcopus defensores, quos hostes putabat: iam essent socii, qui aduersarii fuerant. Quae tunc fidelis populi exultatio? quod tripudium? quae tunc deum laudantium uoces? Verum Arrianorum deplorata insania nullis interim remedijs ad sanitatem reduci potuit. Quae enim pijs praebant gloriae & latitiae causam, ea impijs & factiosis hominibus erant incitamentum furoris: & quae diuina uirtute gerebantur, ea ipsi quorundam incantamentis, ea demonum praestigijs, ea Ambrosii furore ac fraudi tribuebant: haec apud Caesarem, haec apud reginam, haec apud factiosos homines clamitabant. Proinde Calligonus eunuchorum praefectus, quorum tunc maxima apud principes potentia erat, sanctum uirum rursus adortus: Me, inquit, uiuo tu contemnis Valentinianum? Caput tibi tollam. Ambrosius nihil territus, Deus, ait, permittat tibi facere, quod minaris. Ego enim patiar, quod episcopi est: tu facies, quod est spadonis. Minas tuas non timeo. Carnem enim occidere potes, animam autem non potes. Vitam istam corporis potes eripere, meritum non potes extinguere. Anima enim quae deo subdita est, humanae potestati non est subiecta. An nocere te putas? Imò magnum commodum praestas. Vitam adimis temporalem, ut succedat perpetua: mors quippe peccati & miseriarum est fuga, non damnum morientis. Quis non miretur in homine tam excelsum animum, tam inuictum & insuperabile pectoris robur? Meminit ipse huius spadonis in eo libro, quem De Ioseph patriarcha conscripsit, ubi locum de eunuchis Pharaonis enarrat. Quoniam uero de spadonibus mentio incidit, uolo & aliud hic attexere, quo id genus hominum improbitas ostendatur. Duo erant Gratiano Imperatori cubicularij, non minus arrogantia quam perfidia celebres: uterque Arrianae uesaniae morbo laborabat. Hi cum humanae naturae plenitudinem in Christo, animamque ab eo susceptam negarent, propositis quaestiuiculis petulantius Ambrosio insultabant, uolebantque eas publice ab eo si posset, refelli. Itaque uir pius qui nihil non facere paratus erat, quo & alienae salutis prodesset, & fidei Christianae integritatem ab improborum calumnijs uindicaret, postridie in templum uenit, & illorum uoto, & populi expectationi facturis satis. Aderat hominum infinita multitudo. Verum isti qui insultandi magis quam discendi gratia, hanc quaestionem uiro sancto proposuerant, dicto concionis die, expectante episcopo ac populo horum aduentum, conscensu equis urbe egressi, sacerdotem cum populo in templo operientem proteruiter eluserunt. Cuius sceleris diuino nutu confestim poenas dedere: quum ex equo uterque collapsus, fracta ceruice infelices animas efflauerint. Diuus Ambrosius quum diutius expectasset, suggestum ascendens de proposita quaestione pulchre proluxitque differuit, ita orsus: Debitum fratres curo soluendum, sed hesternos meos non inuenio creditores: nisi forte improviso conuentu putauerint nos esse turbandos: sed nunquam fides uera turbatur.

Hic tractatus titulum nunc habet De incarnationis dominicæ sacramento: cuius frequens est apud antiquos scriptores mentio. Leo Papa in epistola quadam ad Leonem Augustum contra Apollinaristas librum hunc conscriptum dicit. Interea Maximus tyrannus, qui Gratiano Cæsare fraude sua interempto, Occidentis imperium inuaserat, ubi audiuit quæ à Valentiniano aduersus Ambrosium antistitem gerebantur, eum per literas monuit, ne quid in sanctum uirum nouum moliretur: alioquin se daturum operam, ne impietas maneret inulta. Et sanè quod fuerat comminatus, perfecit. Cum enim Cæsarem in sententia persistere uideret, coactis copijs Mediolanum infestis signis contendit, ingentem forte cladem imperio illaturus, ni Cæsar explorato hostis aduentu fuga sese in Illyricum contulisset. Quia uerò nunc Maximi memoria incidit, opportunè uidebor & hic commemorare, qua fiducia Ambrosius & cum eo egerit. Valentinianus Augustus Gratiani fratris crudelem & iniquam necem molestissimè ferens, legatum ad Maximum mittere uolebat, qui interempti fratris exuias ad se deferret. Res ardua ac perdifficilis uidebatur, quod cum homine feritate ac truculentia terribili, cum usurpatore imperij, & recentis uictoriæ triumpho elato, & cuius barbaricam feritatem omnes extimesceret, transigendū esset negociū. Cæsar & ij quorū consilio maximis in rebus utebatur, antistiti Ambrosio, cuius clarissimam eloquentiam, in rebus gerendis diligentiam ac fidem, maxime uerò magnitudinem animi, ac constantiam perspectam habebant, legationis huius pondus imponendum censebant. Hunc esse solum, qui effectum & indomitum regis animum aut oratione flectere, aut autoritate premere posset: & qui in ea re & pro sua dignitate, & pro suorum salute cuncta esset facturus. Ipse quia & Gratianū unicè dum uiueret, complexus esset, & Valentiniani pupilli patrem se debere esse existimaret, hominis immanitate nequaquam deterritus, rem quamuis difficillimam ac odiosam in se recepit. Primo aduentu, regis contumelijs exceptus fuit, secundo quod uolebat extorsit. At qua libertate? qua prudentia? qua autoritate? Nequaquam foeda adulatione blandiebatur tyrāno, non agebat, non dicebat quicquam, per quod sacerdotali dignitati quicquam decederet: sed maiestatis ac reuerentiæ plenus, quod erat muneris sui, summa cum omnium admiratione implebat. Regi offerenti osculum (ut tum moris erat) agrè dare uoluit. Quid, inquit, oscularis eum, quem non agnoueris? Si me agnosceres, non hoc loco uideres. Episcopus inter consistorianos stare non debet. Commotus es, ait, episcopè? Non, inquit, iniuria, sed uerecundia, quod in alieno loco consisto. Huius contentionis ac tragœdiæ summam, quæ tunc illi cum rege fuit, habes in ea epistola quam ad Valentinianū scripsit, in qua legationis suæ euentum exponit. Ut autem ad superiora redeam, postquam pientissimus princeps Theodosius, cui Gratianus, extincto Valente patruo suo, cum ob multa præclare summaq; cum laude ab eo gesta, tum ob singularem spectatissimamq; ipsius erga se fidem Orientis imperium dederat, postquam, inquam, is intellexit, quæ uel à Valentiniano aduersus Ambrosium, uel à Maximo erga Valentinianum gesta essent, Cæsarem literis monuit, ne contra pietatem, quam in primis tueri deberet, bellum susciperet, neue patriam autamq; fidem impietate aliqua contemeret: deniq; mirum sibi nequaquam uideri scribit, quod foeda ac principe parum digna fuga elapsus, tyranni non ausus fuisset expectare aduentum, qui contra deum, in quo solum principum fiducia esse debet, arma sumpsisset. Resumeret tamen animum, atque in primis episcopum sibi pacatum redderet, se daturum operam, ne id tyrannus efficeret, quod tentabat. Statim itaque coactis quantis maxime potuit ex omni Oriente copijs, tanto silentio, tantaq; celeritate remegit, ut prius quam Byzantio mouisse putaretur, in hostium conspectum sese effunderet. Maximum igitur exiguo tempore arridentis fortunæ felicitate usum intra Aquileiæ muros captum ferro obruncat: simul & Gratiani Cæsaris innocentissimā eadem ultus, & Valentiniano incruentum reddens imperium. Ad hunc ergo modum finem habuit acerbissima atque grauissima contentio, quæ Diuo Ambrosio cum Valentiniano Cæsare fuit. Et sanè haud minor postea fuit illi cum Cæsare animorum coniunctio, maxime uerò iustina extincta, quam antea disunctio fuerat: ut liqueat, Cæsarem non tam sua uoluntate, quam matris perfidia ad eam stultitiam fuisse protractum. Denique quam acerbè eius mortem tulerit, tum in ea præclarissima atq; eloquentissima oratio-



ne, qua mortuum laudauit, tum in epistola quam ad Theodosium post ipsius mortem scripsit, satis ostendit. Doleo, inquit, fateor dolore acerbo, non solum quod immatura aetate Valentinianus Augustus decesserit: sed etiam informatus fide. Tuis institutis tantam erga deum nostrum deuotionem nostram induerat, atque tanto in me incubuerat affectu, ut quem antea persequebatur, nunc diligeret: quem antea ut aduersarium repellebat, nunc ut parentem putaret. Quod ego non pro recordatione ueteris iniuriae exprompsi, sed pro testimonio conuersionis. Illud enim alienum, hoc suum. Quod a te infusum sibi ita tenuit, ut matris persuasionem excluderet. Ille se a me nutritum praeferebat, ille ut sedulum patrem desiderabat. Ille simulato a quibusdam aduentus mei nuncio, impatienter praestolabatur. Quin etiam illis ipsis publici doloris diebus cum sanctos & summos domini sacerdotes intra Gallias haberet, ut a me tamen sacramentis baptismatis initiaretur, scribendum arbitratus est. Quod & si non rationabiliter, amabiliter tamen erga me suum studium testificatus est. Haec tamen ille. Verum post Valentiniani necem cum Eugenius occupato imperio, Victoriae aram Romae instaurari iussisset, ac paulo post Mediolanum ueniret, Ambrosius sacrilegi tyranni deuitans conspectum, relicta urbe Bononiam concessit. Hic cum diutius haereret, sumptibus sanctissimae uirginis Iulianae basilicam extruxit, in qua sacratissimorum martyrum Agricolae ac Vitalis corpora, quae longo tempore neglectim inter Iudaeorum cadauera iacuerant recondidit. Multa ibi tunc sanctae plebis exultatio, magna laetitia: praesertim cum daemones martyrum uirtutem palam confiterentur, neque sacris altaribus sub quibus conditi erant, sese admoueri paterentur. Denique sanctus episcopus crucis lignum & clauos, quibus praclarissimus martyr Agricola ligno affixus fuerat, magna religione Mediolanum detulit, quemadmodum ipse quarto De uirginitate libro aperte testatur. Theodosius uero uir Christianissimus, & praestantis animi ac spectatae uirtutis Imperator post Valentiniani mortem totius Orientis ac Occidentis potitus imperio, sanctum Christi sacerdotem Ambrosium unico amplectebatur ac uenerabatur affectu, atque in eius admirabili uirtute summum praesidium collocabat: quod huius diuina ope potentissimorum hostium fregisset potentiam, atque perpetuo uictoriarum cursu usum esse se sciret. Itaque hunc patris loco habere, sine huius consilio nihil facere, omnem regni ac bellorum curam in ipsius uoluntate ac consilio ponere, ipsius denique sententiam tanquam diuinum oraculum expectare se debere existimabat. Quiddam uero accidit, per quod & episcopi infracta inuictaque auctoritas, & Imperatoris incomparabilis modestia ostenderet. Thessalonice ciuitas in Macedonia sita est, populosa admodum, & eius regionis primaria. Coorta in ea seditione, quidam e Caesaris familia a furere populo est interemptus. Ita quidem Rufinus: Theodoretus uero uiros aliquot insignes, & qui summum in republica magistratum gerebant saxi oppressos, & contumeliose per urbem distractos fuisse scribit. Porro Sozomenus rem accuratius describens: Bothericum tunc Thessalonicensem praesidem, furentis populi impetum praecipue sustinuisse dicit: quod aurigam qui praerat equis Illyricorum militum, & in currulibus certaminibus primas tenebat, ob flagitia coniectum in uincula, populo petente, eximere nollet. Caesar igitur postquam rei atrocitatem intellexisset, acriter incanduit: interim tamen repressa ac dissimulata ira, ad Circenses ludos populum euocat. Ibi confestim Caesaris iussu circumfusi milites, nulla habita neque aetatis neque innocentiae ratione, in omnes promiscue tanta rabie atque saeuitia grassati sunt, ut Theodoretus septem hominum milia in ea mactatione occubuisse dicat. Eo uero durius atque funestius hoc facinus omnibus uidebatur, quod postquam nonnulli qui sceleris autores fuerant, a magistratu supplicio essent affecti, ad insontes tamen ac miseros summam calamitatis poena recidisset. Elapsis inde aliquot diebus, cum Imperator ab Eugenii tyranni caede reuersus Mediolanum uenisset, more solito templum ingredi uolenti Ambrosius constanter sese opponens: Quid, inquit, tentas Caesar? quid moliris? Tu ne domini templum post tam crudelem innocentium hominum stragem intrare audes? Qua fronte manus ad domini aram protendes, quae adhuc insontium sanguine stillant? Noli Caesar, noli priorum iniquitatem hac temeritate augere: noli hoc tuum tam graue uulnus noua plaga exasperare. Exhorresco hoc tam immane facinus Caesar, exhorresco saeuitiam: & hunc tuum gladium multorum tam iniqua morte cruentum uidere non possum. Datus est tibi Caesar gladius

dius. Sed quare? An ut in innocentiū sanguinem defæuias, & singulorū incumbas crucibus? Nihil minus. Datus est tibi, ut fontes punias, defendas infontes: ut libertatē defendas, non ut inferas seruitutem: ut serues uitam, non ut mortem intentes: breuiter, ad laudem tibi datus est bonorum, ad uindictam malorū. Sed quæ fuit hæc tua crudelitas? quæ immanitas? quis uel barbaricus furor tantum ausit? Et hæc tu nō uides? pro his nō doles, non ingemiscis? Clamat tibi dico Cæsar horum sanguis de terra, clamat innocentia, clamat æquitas: & mihi crede, non erit hic surdus, non cōniuebit, non dissimulabit, qui innocentium causam defendere ac uindicare solet. Cæsar quum neq; sacerdotis libertatem, neq; uim doloris, quem ipsi sua oratione incusserat, ferre posset, cum gemitu ac lachrymis in palatiū se recepit: ubi totos sex menses mœrori intabescens, nullum solatiū recipere neq; uoluit, neq; potuit, adeo durū hoc uinculum, quo sacerdos ipsum ligauerat, hominē torisit. O incomparabilē pontificis dignitatē, o Imperatoris pietatem insignem. Non tulit iniquo animo episcopi iurgia, adeo quoq; regali potentia uir sanctissimus uenerandus erat. Venerant natalitię ferię Christi saluatoris. Cæsar Ruffinum aulae præfectū ad Ambrosiū mittit, obsecrās, ut ipsi anathematis uinculū soluat, liceatq; interesse rebus diuinis. Quum is nihil egisset, Cæsar acerbiter doloris sui non ferens, ipse Ambrosium adit, nō quidem templum ingressus, ne rursus repelleretur, sed in uestibulo consistens, ubi tum fortē episcopus confidebat. Gemit hic, plorat, obsecrat, ut nexus illi dissoluatur. Quid, inquit ille, agis Cæsar? quid poscis? Num tam immani sceleris tuo dignam pœnitentiam ostendisti? Tuum est, ait ille, remedium dare, meum accipere. Impera quid fieri uelis: non obsistam, non reluctabor, nō querar de acerbitate remedij, id unum specto, hoc solum ambio, ut cum deo meo in gratiā redire possim. Post longum igitur mœrorem, post multorum contemptas preces, cessit tandem præsul Cæsar lachrymis: uerū non prius anathemate absoluit, quā in locum pœnitentibus destinatū sese conferret, ubi posito diademate, abiecta purpura, humi prostratus, uberrimo lachrymarum imbre effuso, dei misericordiam efflagitabat. Voluit præterea Ambrosius legem ab eo condi, ut si qui ob maleficium per Cæsaris edictum iuberentur occidi, id nō nisi post trigessimū diem fieret: ut interea temporis maturo sedatoq; animo ac rebus omnibus rationis libra perpensis, aut parcendum esse uideretur, aut uindictandum. Opera precium fuerit, opinor, si eam legem hic subiiciamus. Est autem huiusmodi: Imperatores Gratianus, Valentinianus, Theodosius, Augusti, Fabiano præfecto prætorio Illyrici. Si uindictari in aliquos seuerius contra nostram consuetudinem iusserimus, pro causæ intuitu, noluimus statim eos aut subire pœnam, aut excipere sententiam, sed per dies triginta super statu eorum fors & fortuna suspensa sit. Reos sanè excipiat uinciatq; custodia, & excubijs solertibus uigilanter obseruet. Datum undecimo Cal. Septemb. Veronæ, Antonio & Syagriō Consulibus. Hoc imperiale decretū multis postea salutare fuit, atq; in primis ipsi Theodosio Cæsari, qui illud condiderat. Nam quum Antiocheni imperatam pecuniam, quam belli assiduitate exhaustus exigere cogebatur, dare nolentes, concitato tumultu statuā Placillæ reginæ uxoris suæ essent demoliti, eamq; incredibili & intoleranda petulantia magnam per urbis partem non sine acerbis contumelijs pertraxissent, eam iniuriam uxori laudatissimæ foeminae illatam, quam ipse & uiuam incredibili amore prosecutus fuerat, & mortuā omni affecerat honore, molestissime ferens Cæsar, primū quidem ciuitati priuilegia uniuersa ademit, deinde principatum (erat enim Antiochia ciuitas eius regionis primaria) in Laodiceos, qui tum proximi erant, transtulit: interminatus quoq; se statim aduolaturum, & rebellem ciuitatem incendio consumpturum. Et sanè quod fuerat cōminatus perfecisset, nisi hac lege impeditus, ratione ac tempore animum refrenasset. Erat Theodosio acre ac concitatum ingenium: quod ut facile ac leuiter admittebat iram, ita non ita difficulter ponebat. Sed nunc ad superiora reuertamur. Postquam igitur Cæsar Ambrosii uoluntati obtemperasset, dum postea interest rei diuinæ, ac pro more ad altare munus obtulisset, intra cancellos restitit. Id quum episcopus uidisset, per diaconum suum rogatum quid uellet, quod isthinc hareret. Dicenti se nihil aliud uelle, quā ut diuina mysteria peragi uideret. Ea, inquit ille, isthinc tibi uidere non licet. Habent in dei templo sacerdotes, habent & laici suum locum. Neq; enim quia Cæsar es, idcirco diuinis rebus te

ingerere debes: purpura quippe Imperatorem, non sacerdotem facit. Statim ergo loco excessit, nihil proteruius locutus, nullamque offensi animi significationem prabens, sed incomparabilem modestiam ac pietatem præ se ferens. A deo uero hæc sancti episcopi libertas Cæsari placuit, ut quum postea in Constantinopolitana urbe templum ipsum ingressum Nectarius eius ecclesiæ præsul ut intra cancellos ueniret, inuitasset: Si hic, inquit, Ambrosius esset, neuiquam id mihi facere liceret: per hunc enim quid inter sacerdotem & Imperatorem intersit, meo rubore perdidici. Cuius ego auctoritatem tantum facio, ut is solus sit, quem ego episcopi nomine dignum censeam. Sed de his satis. Subsiste uero hic paulisper lector, & rei magnitudinem, de qua nunc diximus, penitius atque exactius mecum expende. Episcopus erat Ambrosius. At qualis? Non quidem unius provinciae, aut multarum ciuitatum, sed unius duntaxat urbis gubernacula tenens: rebus non in immensum extensis, non satellitio aut clientelis stipatus, neque potentie magnitudine formidabilis, sed rebus ac censu pauper: contra uero, Theodosii Imperatoris incomparabilis potentia, infinitæ opes, amplissimum ac sine fine imperium: cui regna, cui provinciae, urbes, castella, duces, tribuni, milites, mortales omnes, cui maria, cui terra omnis parebat: hunc inquam licitoribus, apparitoribus, ac militibus septum, purpuraque ac diademate conspicuum, unus Ambrosius templum intrare uolentem exclusit, huic sacris interdixit, hunc multos menses domi mœrori intabescere fecit, hunc denique non alia ratione in gratiam recipere uoluit, nisi posito regio ornatu, poenitentis personam induisset. Quis hæc non miretur? quis similem unquam audiuit in sacerdote fuisse constantiam? At quo philtro, quibus incantamentis, quibus armis, quibus munitus præsidis hæc tenuit, effecit? Non alijs sanè, quam incomparabili uitæ integritate, quam sanctissimis moribus, quam feruidis ac efficacibus precibus, quæ eam illi auctoritatem conciliabāt, quam & Cæsaris potentia reformidaret, & quam nulla unquam dignitas, nullus terror, nullæ minæ, nulla tyrannis, nullaque barbarica immanitas euincere potuit. Fundatus erat fortissima fide super fortissimum lapidem Christum: ideo nullo neque uentorum turbine, neque fluminum ac tempestatum impulsu à sua stabilitate dimoueri potuit. Nequaquam oculos eius radiantis purpuræ fulgor perstringebat, non diadema auro gemmisque intertextum mouebat, non armatorum militum deterebat strepitus: nimirum qui sciret hæc umbræ fumoque esse similia: qui simulac comparuerit, statim euanescit ac perit. Non erat ex ijs pastoribus, qui iuxta propheticam parœmiam liniunt parietem absque temperamento, qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite uniuersæ ætatis ad capiendas animas: sed in spiritu & uirtute Heliae, regis peccatum constantissime arguit, illius nec fauorem expetens, nec timens offensam. Verum ad alia nunc mihi properandum uideo, si unum adhuc Ambrosianæ libertatis exemplum subiecero. In Orientis partibus Christiani quodam in loco iussu episcopi ignem in Iudæorum synagogam iniecerant, simul & in phanum Valentinianorum hæreticorum, qui portentosa superstitione trigintaduos æonas colebant, quos ipsi uocabant deos. Sceleratissimum uero erat hoc hominum genus, tantaque erat istorum petulantia, passimque debacchantium ac insultantium rabies, ut Christiani, præsertim uero eius loci episcopus, qui id in ecclesie contumeliam contemptumque fieri uidebat, ferre nequiret. Comes tunc Orientis, homo barbarico ac feroci ingenio, relationem ad Theodosium tunc Mediolani agentem mittit, dari sibi facultatem deprecans, qua in huius rei autores atrocius uindicaret. Iussit Cæsar, ut de cæteris supplicium sumeretur, episcopus uero exusta delubra suis sumptibus restauraret. Diuus Ambrosius, qui id temporis Aquileiæ erat, ubi rem intellexit, incredibili dolore affectus, literis Cæsarem monet, ne quid hæc in re faciat, quod uel gratum Christiani nominis hostibus, uel sua pietate clementiaque foret indignum. Sed præstat ipsius uerba audire. Exercitus, inquit, semper iugibus ferè curis sum, Imperator beatissime, sed nunquam in tanto æstu fui, quanto nunc: cum uideo cauendum, ne quid sit, quod adscribatur mihi etiam de sacrilegij periculo. Itaque peto, ut patienter sermonem meum audias. Nam si indignus sum qui à te audiar, indignus sum qui pro te offeram, cui tua uota, cui tuas preces committas. Ipse ergo non audies eum, quem pro te audiri uelis? Non audies pro se agentem, quem pro alijs audisti? Nec uereris iudicium tuum, ne cum indignum putaris quem audias, indignum feceris qui pro te audiatur? Sed neque imperiale est, liber-

tatem dicendi denegare: neque sacerdotale, quod sentiat, non dicere. Relatum est à comite Orientis militarium partium incensam esse synagogam, idque autore factum episcopo. Iussisti vindicari in ceteros, synagogam ab ipso exaedificari episcopo. Erit igitur locus Iudæorum perfidiæ factus de exuvijs ecclesiæ: & patrimonium quod favore Christi acquisitum est Christianis, hoc transferetur ad donaria perfidorum. Legimus templa idolis antiquitus condita de manubijs Cymbrorum, de spolijs reliquorum hostium. Hunc titulum Iudæi in fronte synagogæ suæ scribebant, Templum impietatis factum de manubijs Christianorum. Hunc tu dabis triumphum Iudæis de ecclesiâ dei: Hoc trophæum de populo Christi: Hæc gaudia imperator perfidis: Hanc celebritatē synagogæ: Hos luctus ecclesiæ: Graue est fidem tuam pro Iudæis periclitari. Consule tibi Imperator, aut patere me consulere mihi. Ego certe quod honorificentius fieri potuit, feci: ut magis audires in regia, ne si necesse esset, audires in ecclesiâ. Hæc ille. Quæ ego ex proluxa illa epistola ad Theodosium scripta uellicatim sparsimque sublegi, ut historiæ fidem quam possem breuiter ob oculos ponerem. Ita nihil à sanctissimo uiro neglectum est, nihil non summa cum diligentia curatum, quod ad defensionē ecclesiæ dei, quod ad eius profendam atque amplificandam gloriā pertineret: in summo rerum discrimine, in ipsius uitæ periculo inuictum semper animū retinens, neque ullis rerum humanarum calibus succumbentem. Hæc erat illius constantia, hæc autoritas: quam illi cum primis conciliabat insignis uitæ sanctimonia, & pectus nulla auaritiæ labe imbutū: quæ alioqui magnos interdum uiros corrumpere, retūdereque uirtutis aciem solet, & facere, ut nulla habita neque dignitatis suæ neque honestatis ratione, in fœdam ac dedecorofam assentationē sese prosternant. Verūm is ab hac peste adeo liber fuit, ut postquā omnibus in pios usus distractis, nihil iam domi haberet, quod aut in subsidiū pauperum, aut in redemptionē captiuorum conferre posset, templi uasa in eos usus confregerit. Quæ res quanquā magnam illi apud Arrianos conflasset inuidiam, qui nihil non quod à uiro sancto fieri uidebant, in calumniam rapiabant: habebat tamē & firmas uerasque rationes, & multorum quoque exempla, quibus hoc defendebat. Scribit de ea re in ea Oratione quam ad populū cōtra Auxentium dixit: Inuidiam, inquit, faciūt, quia aurū erogatur. Nec ego hanc inuidiam perhorresco. Habeo ærarios. Ærarij mei, pauperes Christi sunt. Hunc noui congregare thesaurū. Utinam hoc mihi semper crimen adscribant, quia aurū pauperibus erogatur. Quod si obijciunt, quod defensionē ab ijs requirā, non nego, sed etiam ambio. Habeo defensionē, sed in orationibus pauperū. Cæci illi & claudī, debiles & senes, robustis bellatoribus fortiores sunt. Denique munera pauperū deum obligant, quia scriptū est: Qui largitur pauperi, deo fœnerat. Præsidia bellatorū diuinā sæpe gratiā non merentur. Meminit quoque istius rei Officiorū libro secundo, uicesimo octauo capite: quod studiosum lectorem remittimus, ne huiusmodi recensendis plus æquo prolixiores uideamur. Denique & rem fecerim difficillimā, & uiribus nostris longē superiorē, si cunctas uiri sanctissimi uirtutes hic referre uelim: cum eæ tam multæ sint atque præclaræ, ut in eo nihil quod reprehendī, quod uerò laudari, quod celebrari atque efferri, inueniri ubique possit. Durissimas atque acerbissimas aduersariorū impressiones frequenter sensit: quas non armorum strepitu, ac bellico certamine, sed pietate & cōstantissima in deum fide euicit. Arma illi erant assidua preces, arma illi erant ieiunia, lachrymæ atque suspiria: quorum præsidio & principū furorem, & ferociā militum, & hæreticorū insidias maliciamque contempsit. Constantia uerò erat in eo uirilī, & talis quæ ecclesiæ præsulē deceret: non immanis seueritas, non barbarus atque agrestis rigor: ut seueritatis atque clementiæ in eo pulchrum esset temperamentū: quorum alterū ad malorū tolerantiam, & improborū repressiōem, alterū ad domesticā consuetudinē & Christianā faceret pietatē. Nimirū ut omnes uenerentur maiestati, amarent mansuetudinē, æquitatē ac iudiciū pertimescerēt. Quibus rebus tantam consecutus est famā ac gloriā, ut nō solum in Insurbria, Æthruia, tota denique Italia primus, sed apud exterarum ac barbararum nationes summus etiā ac uenerandus haberet. Ferunt Arbogastem comitē, hominē sæuo & immiti ingenio, cuius scelere Valentinianum principē laqueo strangulatū dicunt, cum subactis Francis, quibuscum aliquandiu bellum gesserat, in conuiuio ab eius gentis regulis rogaret, num Ambrosiū nosset, atque is probe eum se nosse diceret, frequenterque adfuisse praudenti, non mirū est, inquit illi,

si hac uictoria sis potitus, qui ab illo uiro amaris, qui imperat soli, ut cursum sistat, & paret. Deniq; & Marcomannorū regina per quendā qui ex Italia partibus ad eam uenerat, cognita uiri fama, literis ad eum missis doceri postulabat, quæ ad Christianam fidem pertinebant. Scribit Paulinus Ambrosium epistolam in modū catechismi ad eam scripsisse: uerū eam temporis iniuria, sicuti alia pleraq; intercidisse dolemus. Erāt uerò eo tempore Marcomāni, qui nunc sunt Bohemi, gens ferox & bellicosa: qui postea traiecto Danubio, in Croatia sedes fixerunt. Sic igitur sancti uiri laudatissima fama & estimationis amplitudo Italiam, Germaniam, Galliam, Græciam deniq; omnem peruaserat, ut nullus ferè locus esset, in quo non Ambrosii nomē celebre ac sacrosanctū haberetur. Extat & Magni Basilij honorifica & plena laudis epistola, quam è media Græcia ad eum transmisit. Hoc agebat eius erga Christum studiū, hoc illius in fide constantia, hoc augusta illa dignitas atq; autoritas, hoc alienæ salutis sitis, & rara erga peccatores clementia. Habebat sanctissimus pastor, quemadmodū ille euangelicus Samaritanus, uinū & oleum: alterū quod morderet, alterū quod leniret. Acerbiori remedio utebatur apud eos, qui Christi gloriæ, qui ecclesiæ dignitati incōmodare uolebant, hic iustissimā eius seueritatē nemo non pertimescebat: ceterū erga eos qui per humanā imbecillitatē in peccatū prolapsi erant, incredibilē ostendebat mansuetudinē ac lenitatem. Quæ est usquam in scriptis eius acerbitas: quæ durities: imò quæ non suauitas: quæ nō moderatio: quæ non benignitas: Docēt hæc præclarissimi ac Christianissimi libri, quos De penitentia aduersus crudeles Nouatianos cōscripsit, qui in peccatū prolapsi ueniā denegandam esse blaterabant. Quantū porrò in ijs est pietatis: quantū clementiæ: quantum solatiij: Qua non arte uerborū erigit iacentes: quam nō spem ac fiduciā diffidentib. præbet: lacere putes cum iacentibus, lachrymari cum lachrymantibus, gemere cū gementibus, ita uir clementissimus in omnē sese formā transmutat, ut homines diaboli faucibus ereptos lucrifaceret Christo. Eam sanè lenitatis ac moderationis laudē longè lateq; ferebat, ut & hæreticis quoq; hoc nomine amandus ac uenerandus esset, eiusq; nominis ubi opus erat non sine honoris præfatione meminisse non possent. Certè Pelagius hæreticus in eo opere quod in defensionē liberi arbitrij contra dei gratiā conscripsit, Augustino affirmāte, hisce laudibus uirū sanctum exornat: Beatus, inquit, Ambrosius, in cuius libris præcipuè Romana elucet fides, qui scriptorū inter Latinos flos quidā speciosus enituit, cuius fidem & purissimū in scripturis sensum ne inimicus quidem ausus est reprehendere. Luculentū sanè præconiū, & hoc splēdidius, quod ab aduersario prolatum. Corruptissimū tunc erat seculū, & propter opinionū diuersitatē pugna admodum ac factiosum, ut quisquis excellentiori doctrina cæteris præstare uideret, uix hæreseos suspicionē euaderet: & tamen inter tantas tempestates atq; opinionū fluctus adeò feliciter ac tranquillè Ambrosius enauigauit, ut neminē unquā fuisse legamus, qui illi hæreseos notā inuissit. Nam quod pleriq; Petri negationē exagitāt, quam Ambrosiū secus intellexisse uolunt, q̄ historiae fides contineat, id uiri sancti pietati potius q̄ peruicaciae tribuendū. Nunc uerò ut & cætera persequamur, de excellentissima ipsius eruditione aliquid dicendū nobis est: quanq̄ sanè non uideā, quid etiā ab eloquentissimis uiris, nedum à me, hic quicq; pro rei dignitate dici possit, cum ea citra controuersia in eo absolutissima fuerit. Nam quantū ad philosophiæ cognitionē attinet, eam penitus imbiberat, maximè uerò Platoniciā: quam etiā quia procul esset ab odiosis contentionibus, & ad rem nihil facientibus, proximeq; purissimæ accederet ueritati, diuus quoq; Aurelius Augustinus, cum incredibili inuestigandæ ueritatis studio, prius q̄ in Christo regeneratus esset, tenere, impense amauit. Quod enim Ambrosius ea instructissimus fuit, cum alia multa, tum illud cum primis euidentissimè docet, quod cū ipsi pontificale munus importunè ac pertinaciter à populo obtruderet, eam tūc profiteri uoluerit. Deniq; in ijs libris quos De patriarchis, potissimū uerò de Abraham inscripsit, nemo nō dispiciet, quantā eius scientiæ cognitionē sit assecutus. Porrò historiarū tum Græcarū, tum Latinarū callentissimus erat: quod cum alijs multis ex locis, tum uerò ex ipsius in Psalmum 45. cōmentario agnoscere licet: ubi ciuiliū bellorū seriem, quibus Romanum subinde concussum fuit imperiū, tanta luce ac eloquentia breuiter & ueluti leuiori brachio perstringit, ut in eo studio duntaxat uersatus fuisse uideat. De Græcarū literarū cognitione

gnitione nō est quod hic multa & nō necessaria dicā, cum earū fuerit exactissimè & plenissime doctus: quod in primis libri De opere sex dierū cōclamāt: in quib. (quēadmodum Hieronymus dicit) diuī Basilij, & Hippolyti sententiā est secutus. Sed qua facilitate ac orationis nitore hic Græca expressit: quid hic nō est insignis artificij? Dixerint alij esse furtū, dixerint corniculā alienis pennis uestitā, utinā pium hoc sanctissimi uiri futurum in multis alijs deprehēdere dare: utinā ē Latinis scriptoribus huiusmodi corniculā complures fuissent, multorū sanè Græcorū eloquentissimos libros Romana saltem lingua loquentes haberemus, quorū nunc ne uestigiū quidem superesse studiosi deplorant. Nam quis nunc uel fragmentū Hippolyti proferat, ē cuius libris Ambrosiū multa sublegisse Hieronymus scribit, & cuius ipse doctrinā ac eloquentiā tā opere prædicatē Scripsit Basilius in Esaiam prophetā, scripsit & Ambrosius: at cum ego in eo opere D. Basilium eum secutū fuisse putē, quem thesaurū, quas haberemus opes, si hoc Ambrosianū opus prodiret in lucē? Quod aut eorū nomē suppressit, quorū opera in scribēdo est usus, id laudatissimo cōsilio factū est, quod nullā aut offendiculi aut dissidiij causam simplicioribus dare uellet, qui eorū audito nomine qui ob praua dogmata improbatī ac suspecti essent, statim ceu conspecto basilisco resilientes, nullū ex lectione perciperent fructū. Quod ergo eorū subsidio usus est, diligentia fuit: quod nomina preffit, prudentia. Quanquā sanè quicquid uel suū, uel alienū est, nō potest nō placere, non potest non summa laude dignū iudicari: tantū est in ipsius sermone eloquentia, tantū amoenitatis, tantū nitore, etiā in ijs quæ obscura sunt, & nō ita facile splendescunt, nec sermonis lenocinia pigmētāq; admittūt. Neq; enim ita magnæ est difficultatis, in festiuo ac plausibili ac ueluti theatro argumēto eruditionis ac eloquentia diuitias ostentare: ceterū res per se incultas ac retrusas expolire ac proferre posse in lucem, hominis est & eximie docti, & maxime ingeniosi, & qui in dicēdo scribendoq; probè sit exercitatus. Eius rei ipse clarissimū specimen dedit, in ijs libris quos De fide & spiritu sancto ad Gratianum Augustū conscripsit. Deum immortalē quanta luce, quanta eloquentia, quanta pietate? Putes eum in medijs campis solutis habenis excurrissē, nō inter prærupta & aspera loca defudasse: ita nusquā hæret, nusquā se torquet, nusquā à coepta uia ceu fessus uiator declinat. Ceterū quando eiusmodi argumentū tractabat, quod nō solū admitteret, sed ultro quoq; & tanquā iure suo elaboratiorē ac floridiorē dictionē efflagitaret, hic pia quadā ambitione opes suas mira arte ostentat, hic congestū olim ex Ægyptijs atq; exoticis opibus thesaurū in ecclesiæ gloriā atq; ornamentū depromit. Quibus nō eloquentia uiribus sententiarū ac uerborum pondere, Symmachi Romanæ urbis præfecti, eloquentissimi quidē, sed superstitiosi hominis conatū repressit: Volebat ille Victoria aram iam pridē deiectā restaurari, & ueterē idololatriā iam sepultā tanq; reuocare ad uitam: sed tantā hic sensit Ambrosianæ orationis uim, tantā potentiā, ut quod moliebat, perficere se posse diffideret. Deniq; in eo opere quod ad Marcellinā sororē De uirginitate perscripsit, quid est non limatū, non expolitū, non excultū? In quibus, inquit Hieronymus, tāto se effudit eloquio, ut quicquid ad laudes uirginū pertineret, exquisierit, expresserit, ordinarit. Sanè Aurelius Augustinus in eo opere cui De doctrina Christiana titulū dedit, horū librorū honorificè meminit: re ipsa ostendēs, q̄ clarè in his eluceat temperatū illud ac ornatū orationis genus, cuius est apud oratores tā frequens plenaq; laudatio. Ornatus enim cum primis hic studiosissimus est: perinde ac si cerussa ac purpurisso uirginitatis ora depingat, quo spectatoribus speciosior gratiorq; haberi posset. Nactus hic erat campū, in quo ingenij sui frena laxaret: quin & alibi quoq; data opportunitate uirginitatis est facundissimus & locupletissimus præco: ut uerissimile sit, pudicitia decus incolume illi conseruatū fuisse, quam & tantopere amauit, & tam facundo orē ab eo laudatā fuisse uidemus. Deniq; tantū potuit sanctissimi præsulis suauis ac melita oratio, ut ex ipsa Mauritania, & remotissimis mūdi partibus uirgines complures Mediolanū pelliceret, quæ abdicatis mundi istius pompis ac uoluptatibus, nihil prius habebant in uotis, q̄ ut à sancto uiro sacro uelamine ornarent, & quæ deinde Christi amore intra pudicitia septa nemine cogēte sese continerēt. Hac quidē de ipsius De uirginitate libris, ceterū in ijs quos in fratris Satyri morte descripsit, quos ipse in enarratione primi Psalmi libros consolationis & resurrectionis nominat, quæ nō uariarū ac insignium

rerum fecunditas: quæ non uerborum lauticies: Preterea quid dicendum de commentarijs, quibus Dauidicos psalmos enarrat: Quid in his est non eruditum, non uariū, non ornatū: Dauidicam lyram suauissimo linguæ plectro atrectat, & psalteriū quod demulcendis priorum mentibus regius propheta cantauit, ea ipse quoque sermonis suauitate ac modulatione decantat: ut si uiueret Dauid, non posset non felicem ac beatum sese existimare, qui carminis sui tam præclarum atque insignem nactus esset interpretem. Quæ hic non mysteria profert in lucem: quæ hic excutit omnia: quæ nihil negligit: quæ pie docet: quætos excitat ignes: quætos relinquit aculeos: Rapit, trahit, impellit hominem quod uelit: tanta est & in dicendo suauitas, & efficacia in persuadendo. Sic delectat, ut id solum affectasse uideat: sic docet, ut meliorem te fieri sentias: sic monet, ut sequi etiam cogaris inuitus: sic obiurgat, ut tamen non possis irasci. Artificiose plane apud fauos construens omni suauitate deliciasque differtos, quorum uitali pastu animæ sanctæ mirum in modum saginant. Nam & id quoque olim calidius ostensum fuisse opinor: cum eius etiam nuntius infantis & in cunis iacentis apum examina ora uultumque repleuit, posteaque sine noxa in aera conuolauit. His ergo rebus, hæc artibus uir sanctus effecit, ut ob incomparabilem uitæ sanctitatem & doctrinæ præstantiam, principibus uiris, magnatibusque esset admodum uenerandus ac metuendus, populo autem ob docendi admirandam felicitatem longè gratissimus, quem quasi reuinctum de lingua quod uellet trahebat. Efficacissimam eius oris facundiam persensit Aurelius Augustinus, qui dum ipsius docendi modum, dum amicitiam dictionis miratur, sensit animo insigere aculeos, sensit se rapit atque impelli quod ferè nolebat: denique sic hominem traxit, sic uellicauit, sic reuinxit: ut inciperet amare, quod prius odisset: odisse, quod antea amasset. Hæc Ambrosii lingua excussit illi Manichæum, excussit illi mundi amorem, quibus ceu duobus capistris miser ad omnem miseriam trahebat. Hinc ipse eum salutis suæ prædicabat auctorem, patris uenerabat ac colebat affectu: hinc denique tam frequens ac honorifica in scriptis suis Ambrosii mentio: cuius pectus, sanctum dei oraculum, cuius os spiritus sancti fistulam, fontemque salientis aquæ in uitam æternam, cuius denique eloquia ministrare adipem frumenti diuini, & lætitiæ olei, & sobriam uini ebrietatem populo dei scribit. Hæc ergo erant uiri sanctissima merita, hæc fama, hæc apud omnes gratia: ut nemo esset qui hunc non amaret, non suspiceret, non unice amplecteretur. Senectutem duxit mœstitia plenam, cum ob crebras Barbarorum irruptiones, qui Italiam, Umbriam ferro ignique deuastantes, Christianæ religioni incredibilem calamitatem adferebant: tum uerò etiam, quod auaritiæ pestem longius indies liberiusque serpentem nullo remedio sanari posse conspiceret, maxime apud eos, qui potentia cæteris præstabant, qui attritis populi fortunis omnia ferè pro suo arbitrio actabant. Itaque cum dominus famulum suum ex his turbulentissimis rebus ad se uocare uolebat, febre correptus, longaque ac lenta infirmitate consumptus, integerrimis sensibus et uita decessit, summo cum omnium luctu, qui sanctissimum ac uigilantissimum animarum medicum, parentem omnium longè amantissimum, & publicam libertatis patronum ac conservatorem extinctum esse clamabant: adeo ut Stilico Comes, homo aliam non ita æquus, per Ambrosii mortem Italiæ ruinam imminere diceret: quod hunc sua uirtute tanquam firmissimam ac constantissimam basim imperium sustinere crederet. Dum lectulo decumberet, nobilibus uiris & amicis ad eum uenientibus, & persuadere uolentibus, ut diuturniorem sibi uitam à domino impetraret, præclarissimam illam & apostolico uiro dignam sententiam dixit: Non ita inter uos uixi, ut uixisse me pudeat: nec mori timeo, quia bonum dominum habemus. Decessit autem quarto die mensis Aprilis, eius anni, qui fuit à partu deiparæ uirginis nonagesimus annus supra trecentos,

Cæsario Atticoque Consulibus, peractis in episcopatibus annis plus minus uiginti.

# DIVI AMBROSII ME- DIOLANENSIS EPISCOPI VITA,

A PAVLINO PRESBYTERO AD BEA-  
tum Augustinum conscripta.



**H**ORTARIS, venerabilis pater Augustine, ut sicut beati uiri, Athanasius episcopus, & Hieronymus presbyter, stylo persecuti sunt uitas sanctorum Pauli & Antonij in eremo positorum, sicut etiam Martini uenerabilis episcopi Turonensis ecclesie Seuerus seruus dei sermone contexuit, sic etiam ego beati Ambrosii episcopi Mediolanensium ecclesie, meo prosequar stylo. Sed ego ut meritis tantorum uirorum, qui uiri ecclesiarum sunt, & eloquentie fontes, ita etiam sermone me imparem noui. Tamen quia absurdum esse opinor quod precipis, declinare: ea quae a probatissimis uiris, qui illi ante me astiterunt & maxime ab sorore ipsius uenerabili Marcellina didici, uel quae ipse uidi cum illi astarem, uel quae ab ijs agnouit qui illum in diuersis prouincijs post obitum ipsius se uidisse narrarunt, uel quae ad illum scripta sunt cum adhuc obijisse nesciretur, adiutus orationibus tuis, & meritis tanti uiri, licet inculto sermone, breuiter strictimque describam: ut lectoris animum etsi sermo offendat, tamen breuitas ad legendum prouocet. Nec uerborum fucis ueritatem obducam: ne dum scriptor elegantiae pompam requirit, lector tantarum uirtutum amittat scientiam: quem non magis uerborum phaleras, pompasque sermonum, quam uirtutes rerum, gratiamque spiritus sancti spectare conuenit. Siquidem nouimus uiatores gratiorem habere aquam, breui uena stillantem forte cum sitiunt, quam profluentis fontis riuos, quorum copiam sitis tempore reperire non possunt. Et hordeaceus panis dulcis solet esse etiam ijs qui centenis uicibus ferculorum quotidiani conuiuij copias ructare consuerunt. Sed & hortorum amoena mirantibus, herbae agrestes placere consuerunt. Quamobrem obsecro uos omnes, in quorum manibus liber iste uersabitur, ut credatis uera esse quae dicimus: nec putet me quisquam studio amoris aliquid quod fide careat posuisse: quando quidem melius sit penitus nihil dicere, quam aliquid falsi proferre: cum sciamus, nos omnium sermonum nostrorum reddituros esse rationem. Nec dubitem, etsi non ab omnibus omnia, tamen a diuersis diuersa sciri, & ea cognita nonnullis esse, quae etiam minus ipse aut audire aut uidere potui. Unde a die natiuitatis eius initium sumam, ut gratia uiri ab incunabulis quae fuerit agnoscat. Igitur posito in administratione praefecturae Galliarum, patre eius Ambrosio, natus est Ambrosius. Qui infans in area praetorij in cuna positus, cum dormiret aperto ore, subito examen apum adueniens, faciem eius atque ora compleuit, ita ut ingrediendi in os egrediendi que frequentarent uices. Quae pater qui prope cum matre uel filia deambulabat, ne abigerentur ab ancilla quae curam nutriendi infantis susceperat, prohibens (solicita enim erat ne infanti nocerent) expectabat patrio affectu quo sine illud miraculum clauderetur. At illae post aliquandiu euolantes, in tantam aeris altitudinem subleuatae sunt, ut humanis oculis minime uiderentur. Quo facto territus pater ait: Si uixerit infantulus iste, aliquid magni erit. Operabatur enim iam tunc dominus in serui sui infantia, ut impleretur quod dictum est: Fauum mellis, sermones boni. Illud enim examen apum, scriptorum ipsius nobis generabat fauos, qui caelestia dona annuntiarent, & mentes hominum de terrenis ad caelum erigerent. Postea uero cum adoleuisset, & esset in urbe Roma constitutus cum matre uidua, & sorore quae uirginitatem iam fuerat professa, comite alia uirgine, cuius uirginis soror Candida, & ipsa eiusdem professionis, quae nunc Carthagine degit iam anus, cum uideret sacerdotis a domestica sorore, uel matre manus osculari, ipse ludens offerebat dexteram, dicens & sibi id ab eis fieri oportere, siquidem episcopum se futurum esse memorabat. Loquebatur enim in illo spiritus sanctus, qui illum ad sacerdotium nutrebat. Illa uero, ut adolescentem & nescientem quid diceret, respuebat. Sed postquam edo-



ctus liberalibus disciplinis, Vrbe egressus est: professusq; in auditorio præfecturæ prætorij, ita splendide causas perorabat, ut eligeretur à uiro illustri Probo, tunc præfecto prætorij, ad consilium tribuendum. Post hæc Consularitatis suscepit insignia, ut regeret Liguriã Aemiliamq; prouincias: uenitq; Mediolanum. Per idem tempus mortuo Auxentio Arrianae perfidiæ episcopo (qui Dionysio beatæ memoriæ confessore ad exilium destinato, incubabat ecclesiæ) cum populus ad seditionem esset cōmotus, essetq; cura illi sedandæ seditionis, ne populus ciuitatis in periculum sui uerteretur, perrexit ad Ecclesiã. Ibiq; cum alloqueretur plebem, subito uox fertur infantis in populo sonuisse, Ambrosium episcopum. Ad cuius uocis sonum, totius populi ora conuersa sunt, acclamantis Ambrosium episcopum: ita ut qui antea turbulentissime dissidebant, quia & Arriani sibi & Catholici sibi episcopum cupiebant: superatis alterutris, ordinari repente hunc unum mirabili & incredibili concordia consenserunt. Quo ille cognito, egressus ecclesiam tribunal sibi parari fecit: quippe mox futurus episcopus altiora conscendit. Tunc contra consuetudinem suam, tormenta iussit personis adhibere. Quod cum faceret, populus nihilominus acclamabat: Peccatum tuum super nos. Sed non similiter is populus tunc clamauit sicut populus Iudæorum. Illi enim uocibus suis sanguinem dominicum effuderunt, dicentes, Sanguis huius super nos: Isti uero cathecumenum scientes, fidei uoce remissionem illi peccatorum omnium per baptismatis gratiam promittebant. Tunc ille turbatus reuertens domum, philosophiam profiteri uoluit, futurus scilicet uerus philosophus Christi, qui contemptis secularibus populis, piscatorum secutus esset uestigia: qui Christo populos congregarunt, non fucis uerborum, sed simplici sermone, & ueræ fidei ratione, missi sine pera, sine uirga, etiam ipsos philosophos conuerterunt. Quod ubi ne faceret reuocatus est, publicas mulieres publice ad se ingredi fecit: ad hoc tantum, ut uisis his, populi intentio reuocaretur. At uero populus magis magisque clamabat: Peccatum tuum super nos. At ille cum uideret nihil intentionem suam proficere posse, fugam parauit. Egressusq; noctis medio ciuitatem, cum Ticinum se pergere putaret, mane ad portam ciuitatis Mediolanensis, quæ Romana dicitur, inuenitur. Deus enim qui ecclesiæ suæ catholicæ murum parabat aduersus inimicos suos, & turrem erigebat David contra faciem Damasci, hoc est perfidiam hæreticorum, fugam illius impediuit. Qui inuentus cum custodiretur à populo, missa relatio est ad clementissimum imperatorem Valentinianum, qui summo gaudio accepit quod Iudex à se directus ad sacerdotium peteretur. Latrabatur etiam Probus præfectus, quod uerbum eius impleretur in Ambrosio. Dixerat enim proficiscenti, cum mandata ab eodem darentur, ut moris est: Vade, age non ut iudex, sed ut episcopus. Pendente itaque relatione iterum fugam parauit, atque in possessione cuiusdam Leontij clarissimi uiri aliquandiu delituit. Sed ubi relationi responsum est, ab eodem Leontio proditur. præceptum enim erat uicario, ut insisteret rebus perficiendis. Qui iniuncta sibi cum uellet implere, proposito edicto cōuenit omnes, ut si uellent sibi consulere, rebusque suis, proderent uirum. Proditus itaque & adductus Mediolanum, cum intelligeret circa se dei uoluntatem, nec se diutius posse resistere, postulauit se non nisi à catholico episcopo baptizari. Solicite enim cauebat perfidiam Arrianorum. Baptizatus itaque fertur omnia Ecclesiastica officia implere se, atque octaua die episcopus ordinatus est summa cum gratia & læticia cunctorum. Igitur post annos aliquot ordinationis suæ, ad urbem Romam, hoc est ad proprium solum perrexit, ibique sanctam puellam, de qua supra memorauimus, cui manum offerre solitus erat, in domo propria cum germana sicut reliquerat inuenit, iam matre defuncta. Atque cum illa dexteram illius oscularetur, subridens ait illi: Ecce, ut dicebam tibi, sacerdotis manum oscularis. Per idem tempus cum trans Tyberim apud quandam clarissimam inuitatur ut sacrificium in domo offerret, quædam balneatrix quæ paralytica in lecto iacebat, cum cognouisset ibidem esse domini sacerdotem, in sellula se ad eandem domum ad quam ille inuitatus uenerat, portari fecit, atque oranti & imponenti manus uestimenta attigit. Quæ cum oscularetur, statim sanitate recepta ambulare cepit: ut impleret illud dominicum dictum ad apostolos: Etiam maiora his facietis credentes in nomine meo. Quod tamen signum sanitatis ut mirabile fuit, ita etiam nec occultum. Nam ego hoc post annos plurimos sanctis uiris referentibus, positus in Vrbe cognoui. Sirmiu uero cum ad ordinandum episcopum Anemiu perrexisset, ibique Iustinæ tunc temporis regine potentia & multitudine coadunata, ecclesia pelleretur, ut

Ioan. 14

non

nō ab ipso, sed ab hæreticis Arrianis episcopus in eadem ecclesia ordinaretur, essetq; cōstitutus in tribunali, nihil curans eorum quæ à muliere excitabantur, una de uirginibus Arrianorū impudentior cæteris, tribunal conscendens apprehensō uestimento sacerdotis, cū illū attrahere uellet ad partem mulierū, ut ab ipsis cæsus de ecclesia pelleretur, ait ei (ut ipse solitus erat referre.) Et si ego indignus tanto sacerdotio sum, tamen te nō conuenit uel professionē tuam, in qualemcunq; sacerdotē manus iniicere: unde debes uere dei iudiciū, ne tibi aliquid mali eueniat. Quod dictum exitus cōfirmavit. Nam alio die mortuā ad sepulchrum usq; deduxit, gratiam pro contumelia rependens. Et hoc factum non leuem aduersarijs incussit metū, pacemq; magnam Ecclesiæ catholicæ in ordinando episcopo tribuit. Ordinato itaq; catholico sacerdote Mediolanum reuertitur, ibiq; supradictæ Iustinae mulieris innumeras insidias sustinuit, quæ muneribus atq; honoribus aduersus sanctum uirum oblati, populum excitabat: sed infirmorū mentes talibus promissis decipiebantur. Promittebat enim tribunatus, & diuersas alias dignitates ijs qui illum de ecclesia raptum ad exilium perduxissent. Quod cum multi conarentur, sed deo præfule perficere non ualerent, unus infœlicior cæteris nomine Euthymius, tanto furore excitatus est, ut iuxta ecclesiā sibi domum pararet, atq; in eadem carrum constitueret, quò facilius raptū ad exiliū perduceret. Sed iniquitas eius in uerticem ipsius descēdit. Post annum enim eodem die quo illum rapere se arbitrabatur, eodem carpento impositus, de eadem domo ipse ad exiliū destinatus est, reputās sibi iusto iudicio dei id in se esse conuersum, ut in eo carpento dirigeretur ad exilium, quod ipse parauerat sacerdoti. Cui non minimum solatijs sacerdos præbuit, dando sumptus, uel alia quæ erant necessaria. Sed hæc confessio hominis nec mulieris furorem, nec uesperorum Arrianorū demeritiam repressit. Maiore enim accensi amentia, basilicam Portianam inuadere nitēbatur. Exercitus etiam armatus ad custodiēdas fores ecclesiæ est directus, ut nemo auderet catholicam ecclesiam ingredi. Sed dominus qui de aduersarijs suis ecclesiæ suæ triumphos donare consueuit, ad ecclesiæ suæ munimentū, militum corda conuertit, ut aduersis scutis ecclesiæ fores seruarent, nec egredi dimitterent, sed ingredi ecclesiam plebem catholicam minime prohiberent. Sed nec hoc satis erat missis militibus, nisi etiam pro catholica fide cum plebe pariter acclamarent. Hoc in tempore primum antiphonæ, hymni ac uigiliæ in ecclesia Mediolanensi celebrari cœperunt. Cuius celebritatis deuotio usq; in hodiernum diem non solum in eadem ecclesia, uerum per omnes penè occidentis prouincias manet. Per idem tempus sancti martyres Protasius & Geruasius se sacerdoti reuelauerunt. erant enim in basilica positi, in qua sunt hodie corpora Naboris & Felicis martyrum. Sed sancti martyres Nabor & Felix celeberrime frequēbantur: Protasii uerò & Geruasii martyrum ut nomina, ita etiam sepulchra incognita erant: in tantū ut supra ipsorū sepulchra ambularent omnes qui uellent ad cancellos peruenire, quibus sanctorum Naboris & Felicis martyrum ab iniuria sepulchra defendebantur. Sed ubi sanctorum martyrum sunt corpora leuata, & in lecticis posita, multorum ibi sanata ægritudines perdo centur. Cæcus etiam Seuerus nomine, qui nunc usq; in eadem basilica quæ dicitur Ambrosiana, in quā martyrū corpora sunt translata, religiose seruit, ubi uestem martyrū attigit, statim lumē recepit. Obsessa etiā corpora à spiritibus immūdis curata, summa cū gratia domū repetebāt. Sed ijs beneficijs martyrū in quātū crescebat fides ecclesiæ catholicæ, intantū Arrianorū perfidia minuebat. Deniq; ex hoc tēpore sedari cœpit persecutio quæ Iustinae furore accendebat, ut sacerdos de ecclesia pelleret. Tamen intra palatium multitudo Arrianorū cū Iustina cōstituta deridebat tantā dei gratiā, quā ecclesiæ suæ catholicæ dominus Iesus meritis martyrum suorū conferre dignatus est, uenerabilemq; uirum Ambrosium narrabat pecunia comparasse homines qui se uexari ab immundis spiritibus mentirentur, atq; ita ab illo, sicut & à martyribus se torqueri dicebant. Sed hoc Iudaico ore loquebantur Arriani, suppres scilicet eorū. Illi enim de dño dicebant: Quoniā in Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Isti de martyribus, uel de domini sacerdote loquebantur, quod nō dei gratia quæ per ipsos operabat, immundi spiritus pellerent, sed accepta pecunia se torqueri mentirentur. Clamabant em̄ dæmones, Scimus uos martyres. Et Arriani dicebant: Nescimus esse martyres. Iā hoc & in euāgelio legimus ubi dixerūt dæmones ad dñm Iesum, Scimus te quia sis dei filius. Et

Psal. 7

Matt. 12

Iudæi

Mat. 1 Iudæi dixerunt: Hic autem unde sit, nescimus. Sed non hic testimoniū accipitur dæmonum, sed confessio. Vnde miseriōres Arriani uel Iudæi, ut quod confitētur dæmones, illi negant. Deus tamen, qui gratiam ecclesiæ suæ augere consuevit, non passus est diu insultari à perfidis, sanctis suis. Vnus itaq; ex ipsa multitudine subito arreptus spiritu immundo, clamare cœpit, ita optare se torqueri eos, ut ipse torquebatur, qui negarent martyres, uel qui non crederent in trinitatis unitatē, quam docet Ambrosius. At illi hac uoce confusi, qui conuerti debuerant, & dignā tali confessione agere pœnitentiā, in piscinā demersum hominē necauerunt, perfidię homicidium iungentes. Deduxit enim illos ad hunc finem digna necessitas. Sanctus uerò Ambrosius episcopus maioris humilitatis uir factus, donatā sibi à domino gratiā referuauit, crescebatq; quotidie fide & amore coram deo & hominibus. Per idem tempus erat quidam uir de hæresi Arianorum, acerrimus nimium disputator, & durus, atq; inconuertibilis ad fidem catholicam. Is constitutus in ecclesia tractante episcopo, uidit (ut ipse postmodū loquebatur) angelum ad aures episcopi tractantis loquentē, ut uerba angeli populo episcopus nunciare uideretur. Quo uiso conuersus, fidem quam expugnabat, cœpit ipse defendere. Fuerunt etiā duo cubicularij tunc temporis Gratiani imperatoris, de hæresi Arianorum, qui tractandam episcopo quæstionem proponerent. Ad quam audiendam altero die ad Basilicam Portianam omnes se affuturos promiserant. Erat enim quæstio de incarnatione domini. Sed alio die miserandi homines superbix tumore completi, nec memores promissorū, contemnentes deum in sacerdote ipsius, nec plebis expectantis considerantes iniuriam, immemores etiam dictorum dominicorum: Quoniam qui scandalizauerit unum ex minimis istis, oportet ut mola asinaria collo eius alligetur, & demergatur in profundum maris: conscendentes in equos quasi gratia gestandi, ciuitatem egressi sunt, expectante sacerdote, & plebe in ecclesia constituta. Sed huius contumaciæ qui finis fuerit horresco referens. Subito enim præcipitati, miseris animas miserunt, atq; corpora illorum sepultura sunt tradita. Sanctus uerò Ambrosius cum ignoraret quid factum esset, nec diutius posset plebem tenere, ascendens pro tribunali, de eadem quæstione quæ fuerat proposita sermonem adorsus est, dicens: Debitū fratres curo soluendū, sed hesternos meos non inuenio creditores. & reliqua quæ scripta sunt in libro qui De incarnatione domini intulatur. Occiso itaq; Gratiano imperatore, recipiendi corporis eius causa secundam ad Maximum suscepit legationem. Apud quem quā constanter egerit, qui uoluerit cognoscere, ipsius legationis epistolam ad Valentinianum iuniorem datam cum legerit, approbabit. Nobis enim alienum à promissione uisum est illa inserere, ne adiunctæ epistolæ prolixitas fastidium legenti afferret. Ipsum uerò Maximum à communionis consortio segregauit, admonens ut effusi sanguinis domini sui, & (quod est grauius) innocētis, ageret pœnitentiā, si sibi apud deum uellet esse consultū. Sed ille cum pœnitentiā declinat superbo spiritu, non solū futurā, sed etiam præsentē salutē amisit, regnumq; quod malè arripuerat, scæmineo quodā timore deposuit, ut procuratorem se reipublicæ nomine præfuisse confiteretur. Mortua uerò Iustina quidā aruspex Innocētius nomine, non opere, quum pro causa maleficiorum à iudice torqueretur, aliud q̄ interrogabatur fatēri cœpit. Clamabat enim, ab angelo maiora tormēta sibi adhiberi, eo qui custodiret Ambrosiū, quoniā tēporibus Iustinæ ad excitanda odia populorū in episcopū, cacumē tecti ecclesiæ conscendens medio noctis sacrificauerit. Sed quantò instātius & solicius opera maligna exercebat, tantò magis amor populī circa fidē catholicā, & domini sacerdotem conualecebat. Misisse etiā se dæmones qui illum necarent, fatebatur: sed dæmones renunciasse, se nō solū ad ipsum appropinquare minime posse, uerūm etiā nec ad fores domus in qua manebat episcopus: quia ignis insuperabilis omne illud ædificiū cōmuniret, ut etiā longè positi urerentur: atq; ita cessasse artes suas, quibus aduersus domini sacerdotē se aliquid posse arbitrabatur. Alius etiā gladiū ferens ad cubiculū usq; ut interficeret sacerdotē peruenit: sed cū eleuasset manū districto gladio, dextera obrigēte remā sit. Tunc se missum à Iustina postquā confessus est, brachiū quod iniquè cū extenderet riguerat, sanatū est cōfessioe. Per idē tēpus cū uir illustis Probus puerū suū notariū, qui spiritu immūdo grauius uexabatur, duxisset ad episcopū, egressum urbe dimisit diabolus, timēs ad uirū sanctū perducī. Atq; ita puer quādiu Mediolani apud episcopum fuit,
 nulla

Mat. 18

PER PAVLINVM CONSCRIPTA

nulla comminatio diaboli apparuit. Sed ubi egressus Mediolano est, & prope urbem per-  
 uenit, idem spiritus qui illum antea habuerat, uexare eum cepit. Qui cum interrogare-  
 tur ab exorcistis, cur quoadiu Mediolani fuisset, non in illo apparuisset, confessus est dia-  
 bolus timuisse se Ambrosium, & ideo recessisse ad tempus, atque expectasse in illo loco  
 ubi ab illo recesserat, donec reuenteretur: quo reuertente, uas quod deseruerat repetisset.  
 Extincto itaque Maximo, posito Theodosio imperatore Mediolani, Ambrosio uero epi-  
 scopo constituto Aquileiæ, in partibus Orientis in quodam castello à Christianis uiris  
 synagoga Iudæorum & lucus Valentinianorum incendio concremata sunt, propterea  
 quod Iudæi uel Valentiniani insultarent monachis Christianis. Valentinianorum enim  
 hæresis triginta deos colit. Sed de huiusmodi facto comes orientis ad imperatorem re-  
 lationem direxit. Qua accepta imperator præceperat ut synagoga ab episcopo loci re-  
 dificareretur, in monacho uero uindicaretur. Sed huius præcepti tenor cum ad aures perue-  
 nisset uenerabilis uiri Ambrosii episcopi, direxit ad Imperatorem epistolam, quia ipse in  
 tempore excurrere non poterat, qua illum conuenit ut id quod ab eodem statutum fue-  
 rat, reuocaretur, seruarique sibi deberi ab eo audientiam: quoniam si dignus non esset, qui  
 ab eo audiretur, dignus etiam non esset qui pro illo à domino audiretur, uel cui preces  
 suas, aut cui uota sua committeret. Paratum etiam se esse pro tali negotio mortem subire,  
 ne dissimulatione sui præuaricatorum faceret imperatorem, qui tam iniusta contra eccle-  
 siam præcepisset. Postea uero cum Mediolanum reuertitur, posito imperatore in ecclesia,  
 de eadem causa tractauit in populo. In quo tractatu introduxit domini personam loquentis im-  
 peratori: Ego te ex ultimo imperatorem feci, ego tibi exercitum inimici tui tradidi, ego tibi  
 copias quas ille aduersum te exercitui suo præparauerat, dedi, ego inimicum tuum in po-  
 testatem tuam redegi, ego de femine tuo supra solium regni constitui, ego te triumphare si-  
 ne labore feci: & tu de me inimicis meis donas triumphos: Cui descendenti exhedra, im-  
 perator ait, Contra nos proposuisti hodie episcope? At ille respondit non se contra ipsum,  
 sed pro ipso fuisse locutum. Tunc imperator: Reuera, inquit, dura præceperam contra  
 episcopum de synagoga reparanda. In monachos uero uindicandum esse à comitibus, qui  
 in tempore aderant, dicebatur. Quibus episcopus: Ego quidem cum Imperatore nunc  
 ago, uobiscum uero mihi aliter agendum est. Atque ita obtinuit ut illa quæ statuta fuerant,  
 reuocarentur. Nec prius ad altare accedere uoluit, nisi fide sua imperator illum agere de-  
 bere testaretur. Cui episcopus: Ergo ago fide tua. Respondit Imperator: Age fide mea.  
 Qua sponse iterata, iam securus peregit sacerdos diuina mysteria. Hæc autem scripta  
 sunt in epistola quam ad germanam suam fecit, in qua tractatum inseruit quem eodem  
 die habuit de baculo nuceo qui à propheta Hieremia uisus esse describitur. Per idem tem-  
 pus causa Thessalonicensis ciuitatis non minima successit tribulatio sacerdoti, cum pe-  
 ne cõperisset ciuitatem deletam. Promiserat enim illi imperator se ueniam daturum ci-  
 uibus supradictæ ciuitatis, sed agentibus comitibus occultè cum imperatore, ignorante  
 sacerdote usque in horam tertiam, gladio ciuitas est donata, atque plurimi interempti inno-  
 centes. Quod factum ubi comperisset sacerdos, copiam imperatori egrediendi ecclesiam  
 denegauit: nec prius dignum iudicauit cœtui ecclesie, uel sacramentorum communio-  
 ni, quam publicam ageret pœnitentiam. Cui imperator contra assererat, David adulte-  
 rium simul & homicidium perpetrasse. Sed responsum illico est: Qui secutus es erran-  
 tem, sequere corrigentem. Quod ubi audiuit clementissimus imperator: ita suscepit ani-  
 mo, ut publicam pœnitentiam non abhorreret. Cuius correctionis profectus secundam  
 illi parauit uictoriam. Duo potentissimi & sapientissimi uiri Persarum ad famam sacer-  
 dotis uenere Mediolanum, deferentes secum plurimas quæstiones, ut ex his probarent  
 sapientiam uiri. Cum quo ab hora diei prima usque ad horam fere tertiam noctis per inter-  
 pretem disputauerunt, admirantes discesserunt ab eo. Et ut se probarent non ob aliam  
 causam uenisse, nisi ut certo certius noscerent uirum quem fama compererant: alia die  
 ualefacientes imperatori, profecti sunt ad urbem Romam, illic uolentes cognoscere po-  
 tentiam illustri uiri Probi, qua cognita ad propria sunt reuersi. Theodosio egresso de I-  
 talia, & Constantinopoli constituto, Valentiniano Augusto intra Gallias posito, di-  
 recta relatio est sub nomine senatus à Symmacho tunc præfecto urbis de repetenda  
 ara Victoriæ, & sumptibus caremoniarum. Sed ubi comperit sacerdos, misso li-  
 bello

bello ad imperatorem, postulavit ut ad se relationis exemplaria dirigerentur, quibus ipse pro partibus suis responsurus esset. Qua relatione accepta, præclarissimum libellum conscripsit, ut contra nihil unquam auderet Symmachus uir eloquentissimus respondere. Sed postquam augustæ memoriæ Valentinianus in Viennensi ciuitate (quæ est Gallicarum ciuitas) uitam finiuit, Eugenius suscepit imperium: qui ubi imperare cœpit, non multo post petentibus Flauiano tunc præfecto, & Arbogaste comite, aram Victoriæ, & sumptus caeremoniarum (quod Valentinianus augustæ memoriæ adhuc in minoribus annis constitutus petentibus denegauerat) oblitus fidei suæ concessit. Hoc ubi audiuit sacerdos, relicta ciuitate Mediolanensi, ad quam ille festinato ueniebat, ad Bononiensem ciuitatem emigravit, atque inde Fabentiam usque perrexit. Vbi cum aliquantis degeret diebus, inuitatus à Florentinis, ad Thusciam usque descendit, declinans sacrilegi uiri aspectum, non formidans imperantis iniuriam. Nam & epistolam ad eundem dedit, in qua conuenit conscientiam illius, de qua pauca de multis ponenda duxi. Et si imperatoria potestas magna sit, tamen considera Imperator quantus sit, qui corda hominum uidet, conscientiam interiorem interrogat. Nouit omnia antequam fiant, nouit & interioris tui. Ipsi falli uos non patimini, & deum uultis celare? Hoc non cecidit in animum summum & uerum & uiuui ueneratione perseverantius obistere, & negare quod erat iniuria sacrilegis? Et iterum. Quomodo igitur meis uocibus & apud deum & apud omnes homines teneor? Aliud mihi non licere intellexi, aliud non oportere, nisi consulere mihi, quia non potui tibi. In supradicta itaque ciuitate Florentinorum, cum in domo clarissimi quondam uiri Decentis, & quod est amplius, Christiani, maneret, filius ipsius Pansophilus nomine, admodum paruulus, cum spiritu immundo laboraret, frequenti oratione, & impositione manus sacerdotis ipsius est sanatus. Sed post aliquantos dies subita infirmitate correptus, infantulus exhalauit spiritum. Cuius mater ualde religiosa, & plena fide, ac timore dei, ablato illo de superiore parte domus, ad inferiora descendit, ac in lectulo sacerdotis ipso absente composuit. Quem cum reuertens sacerdos in lectulo inuenisset (erat enim illo in tempore extra domum positus) miseratus matrem, & fidem ipsius contemplatus, Helisæo similis, supra corpus infantis se ipse composuit, atque orando meruit uiuum reddere matri, quem mortuum inuenerat. Ad quem etiam infantulum libellum conscripsit, ut quod ætatis infantia scire non poterat, legendo agnosceret. Veruntamen factum scriptis suis non commemorauit: sed quo affectu declinauerit commemorare, non est nostrum iudicare. In eadem etiam ciuitate Basilicam constituit, in qua deposuit reliquias martyrum Vitalis & Agricolæ, quorum corpora in Bononiensi ciuitate leuauerat. Posita enim erant corpora martyrum inter corpora Iudæorum. nec erat cognitum populo Christiano, nisi se sancti martyres sacerdoti ipsi reuelarent. Quæ cum deponerentur sub altari quod in eadem Basilica constitutum est, magna illic totius plebis sanctæ lætitia atque exultatio fuit, poena dæmonum confitentium martyrum merita. Per idem tempus Arbogastes comes aduersum gentem suam, hoc est Fræcorum, bellum parauit, atque pugnando non paruam multitudinem manu fudit, cum residuis uero pacem firmauit. Sed cum in conuiuio à regibus gentis suæ interrogaretur utrum sciret Ambrosium, & respondisset nosse se uirum, & diligere ab eo, atque frequenter cum illo conuiuari solitum, audiuit: Ideo uincis omnes, quia ab illo uiro diligeris, qui dicit Soli, stas: & stat. Quod ego ideo posui, ut cuius famæ fuerit uir sanctus etiam apud Barbaras gentes, legentes agnoscant. Nam & nos referente iuvene quodam Arbogastis admodum religioso cognouimus, qui tunc interfuit. Erat enim in tempore quo hæc loquebatur, uini minister. Profectus itaque sacerdos de Thusciam partibus Mediolanum reuertitur, iam inde egresso Eugenio contra Theodosium imperatorem: ibique Christiani imperatoris prestolabatur aduentum, securus de dei potentia quod non traderet credentem in se, hominibus iniustis, nec relinqueret uirgam peccatorum super sortem iustorum, ne extenderent iusti ad iniquitatem manus suas. Promiserat enim Arbogastes tunc comes, & Fabianus præfectus Mediolano egredientes, cum uictores reuerterentur, stabulum se esse facturos in Ecclesia Mediolanensi, atque clericos sub armis probaturos. Sed miserandi homines cum damonibus male creduli sunt, & aperiunt os suum in blasphemiam contra deum, spem sibi uictoriae

etioria ademerunt. Causa autem commotionis hec fuit, quia munera imperatoris, qui se  
 sacrilegio commiscuerat, ab Ecclesia respuebantur, nec oradi illi cum Ecclesia societas  
 tribuebatur. Sed dominus qui Ecclesiam suam tueri consuevit, de celo iaculatus est iu-  
 dicium, atq; omnem uictoriam ad religiosum imperatorem transtulit Theodosium. Ex-  
 tincto itaq; Eugenio a satellitibus suis, cum scripta acciperet imperatoris, non illi alia cu-  
 ra maior fuit, quam ut pro ijs interueniret, quos renatos inuenerat. Obsecrauit primo  
 scriptis imperatorem misso diacono: postea uero quam directus est Ioannes tunc tribu-  
 nus & notarius, qui nunc praefectus est, ad tuitionem eorum qui ad Ecclesiam confuge-  
 rat, etiam ipse Aquileiam perrexit, precaturus pro eis: quibus facile uenia impetrata est,  
 quia Christianissimus imperator prouoluit pedibus sacerdotis, testabatur meritis &  
 orationibus eius se esse seruatum. Reuertens itaq; de urbe Aquileiensi, uno die praecessit  
 imperatorem. Nec diu clementissimae memoriae Theodosius imperator susceptis filiis  
 in ecclesia, & traditis sacerdoti, in hac luce fuit. Post cuius obitum ferè triennium super-  
 uixit. Quo in tempore sancti Nazarij martyris corpus, quod erat in horto positum extra  
 ciuitatem, leuatum ad basilicam Apostolorum quae est Romana, transtulit. Vidimus au-  
 tem in sepulchro quo iacebat corpus martyris, (qui quando sit passus, usq; in hodiernum  
 diem scire non possumus) sanguinem martyris ita recentem, quasi eodem die fuisset ef-  
 fusus. Caput etiam ita integrum atq; incorruptum cum capillis capitis atq; barba, ut no-  
 bis uideretur eodem tempore quo leuabatur, lotum atq; compositum in sepulchro. Et  
 quid mirum? quandoquidem dominus hoc in euangelio ante promisit, quod capillus  
 de capite eorum non periret. Etiam odore tanto repleti sumus, ut omnium aromatum uin-  
 ceret suauitatem. Leuato corpore martyris, et in lectica composito, statim ad sanctum Cel-  
 sum martyrem, qui in eodem horto positus est, cum sancto sacerdote ad orationem per-  
 reximus. Nunquam tamen illum antea orasse in eodem loco compertum habemus. Sed  
 hoc erat signum reuelati martyris, si sanctus sacerdos ad locum ad quem nunquam antea  
 fuerat oratum isset. Cognouimus tamen a custodibus loci ipsius, quod a parentibus il-  
 lis traditum sit, non discedere de loco illo per omnem generationem & progeniem suo-  
 rum, eo quod thesauri magni in eodem loco positi essent. Et uere magni thesauri, quos  
 non arugo, neq; tinea exterminat: neq; fures effodiunt & furantur, quia custos eorum  
 Christus est, & locus eorum aula coelestis, quibus uiuere Christus fuit & mori lucrum.  
 Translato itaq; corpore martyris ad Basilicam Apostolorum, ubi pridem sanctorum apo-  
 stolorum reliquiae summa omnium deuotione posita fuerant, cum tractaret episcopus,  
 quidam de populo repletus spiritu immundo clamare coepit se torqueri ab Ambrosio.  
 At ille conuersus ad eum ait: Obmutescere diabole, quia non te torquet Ambrosius: sed fi-  
 des sanctorum, & inuidia tua, quoniam illo uides ascendere homines, unde tu deiectus  
 es. Nam Ambrosius nescit inflari. Quo dicto, ille qui clamabat obmutuit, prostratusq;  
 in terram est, nec amplius uocem qua obstrepere posset, emisit. Per idem tempus cum co-  
 sulatus sui tempore imperator Honorius in urbe Mediolanensi Libycarum ferarum ex-  
 hiberet munus, populo illuc concurrente data copia est missis militibus ab Stilicone co-  
 mite, hortatu Eusebii praefecti, ut Cresconius quidam de ecclesia raperetur. Quem con-  
 fugientem ad altare domini sanctus episcopus cum clericis qui in tempore aderant, de-  
 fendendum circumdedit. Sed multitudo militum, quae duces suos habebat de perfidia Ar-  
 rianorum, praualuit aduersum paucos, atq; ablato Cresconio exultantes ad amphitea-  
 trum reuersi sunt, ecclesiae luctum non modicum relinquentes. Nam sacerdos prostra-  
 tus ante altare domini factum diu fleuit. Sed quum reuersi essent, & renunciaissent ijs a  
 quibus fuerant destinati milites, dimissi leopardi saltu celeri ad eundem locum in quo se-  
 derant qui de ecclesia triumphabant, ascendentes grauiter laniatos reliquerunt. Quod  
 ubi uidit Stilico comes, poenitentia motus est, ita ut per multos dies satisfaceret sacerdo-  
 ti, & illa sum quidem illum qui ablatum fuerat, dimisit: sed quia grauissimorum criminum  
 erat reus, & aliter emendari non poterat, ad exilium destinatur, non multo post indulgentia  
 proficiente. Per idem tempus cum ad palatium pergeret, eumq; pro loco officij no-  
 strisequeremur, Theodolo tunc notario, qui postea summa cum gratia Mutinensem re-  
 xit ecclesiam, cum casu quidam pede esset lapsus, atq; prostratus iaceret in terra, riden-  
 te, conuersus sacerdos ait: Et tu qui stas, uide ne cadas. Quo dicto, statim is qui alienum

lapsus riserat, suum doluit. Fritigildis uero regina Marcomannorū, cum à quodā Christiano uiro, qui ad illam forte de Italiae partibus uenerat, audiret famam uiri, Christo credidit, cuius illum seruulum recognouerat: missisq; Mediolanum muneribus ad Ecclesiam per legatos postulauit, ut scriptis ipsius qualiter credere deberet, informaretur. Ad quam ille epistolam fecit præclaram in modum catechismi, in qua etiam admonuit, ut suaderet uiro Romanis pacem seruare. Qua accepta epistola mulier suauis uiro, & cū populo suo se Romanis tradidit. Quæ cum uenisset Mediolanum; plurimum doluit quod sanctum sacerdotem ad quem festinarat, minime reperisset. Jam enim de hac luce migrauerat. Temporibus uero Gratiani (ut retro redeam) cum ad prætorium Macedonij tunc magistri officiorum pro quodam intercedendo perrexisset, atq; præcepto supradicti uiri fores inuenisset clausas, nec copiam ingrediendi adeptus esset, ait: Et tu quidem uenies ad ecclesiam, quam nec tu ingrediere, ianuis licet non clausis. Quod factum est mortuo Gratiano. confugiens etenim Macedonius ad ecclesiam, patētibus ianuis aditum reperire non poterat. Erat autem uenerabilis episcopus multæ abstinentiæ, & uigiliarū multarum & laborum, quotidiano ieiunio macerans corpus. Cui prandendi nunquam consuetudo fuit, nisi die sabbati & dominico, uel cum natalitia celeberrimorum martyrum essent. Orandi etiam assiduitas magna die ac nocte. Nec operā declinabat scribendi propria manu libros, nisi cum aliqua infirmitate corpus eius attenuaretur. Erat etiam in illo sollicitudo omnium ecclesiarum, interueniendi etiam magna assiduitas & constantia. In rebus etiam diuinis implendis fortissimus, in tantum ut quod implere solitus erat circa baptizandos, quinque postea episcopi à tempore quo decessit, uix implerēt. Sollicitus etiam nimium pro pauperibus & captiuis. Nam in tēpore quo episcopus ordinatus est, aurum omne atq; argentum quod habere poterat, ecclesiæ uel pauperibus contulit. Prædica etiam quæ habebat, reseruato usufructu germanæ suæ, donauit ecclesiæ: nihil sibi quod hic suum diceret, derelinquens: ut nudus atq; expeditus miles Christi dominum suum sequeretur, qui cū diues esset, propter nos pauper factus est, ut nos eius inopia ditaremur. Erat enim gaudens cum gaudentibus, & flens cum flentibus. Siquidem quotiescunq; illi aliquis ob percipiendam pœnitentiam lapsus suos confessus esset, ita flebat, ut & illū flere compelleret. Videbatur etiam sibi cum iacente iacere. Causas autem criminū quas illi confitebantur, nulli nisi domino soli apud quem intercedebat, loquebatur: bonū relinquēs exemplum posteris sacerdotibus, ut intercessores apud deum magis sint, quam accusatores apud homines. Nam & secundum apostolum, circa huiusmodi hominē cōfirmanda charitas est: quia ipse sui accusator est, nec expectat accusatorem, sed præuenit, ut confitendo suum alleuet ipse delictum, nec habeat quod aduersarius criminetur. Ideoq; scriptura dicit: Iustus in principio sermonis accusator est sui. Vocem enim eripit aduersario, & quasi dentes quosdam paratos ad prædam criminationis infestæ, peccatorum suorum confessione cōfringit, dans honorem deo, cui nuda sunt omnia, & qui uult uitam magis peccatoris quam mortem. Nam ipsi pœnitenti non sufficit sola confessio, nisi subsequatur & emendatio facti, ut pœnitens non faciat pœnitenda. Humiliet animam suam sicut Dauid sanctus, qui postquam audiuit à propheta, Dimissum est peccatum tuum: humilior factus est in emendatione peccati, ita ut cinerem sicut panem manducaret, & potum suum cum fletu misceret. Flebat etiam amarissimè quotiescunq; forte nunciatum illi fuerat de cuiuscunq; sancti obitu sacerdotis, in tantum ut nos illū consolari niteremur, ignorantes pium affectum uiri, nec qua ratione ita fleret intelligentes. Quibus ille huiusmodi responsum reddebat, Non se flere quia recesserat qui fuerat mortuus nunciatus, sed quia præcesserat, uel quia difficile esset inuenire uirum qui summo sacerdotio dignus haberetur. Ipse autem de sua morte antè prædixit quod usque pascha nobiscum futurus esset, quod quidem meruit dominum obsecrādo, quod maturius hinc liberaretur. Ingemiscebat enim uehementer cum uideret radicem omnium malorū auaritiā pullulare, quæ neq; copia, neq; inopia minui potest, magis magisq; crescere in hominibus, & maxime in ijs, qui in potestatibus erant constituti, ita ut interueniendi illi apud illos grauissimus labor esset, quia omnia precio distrahebantur. Quæ res primo omnne malum inuexit Italiæ, & exinde omnia uergunt in peius. Et quid dicam si in huiusmodi personis rabiem suam exercet, qui solent aut filiorum aut propinquorum causas præten-

2. Cor. 2

Prou. 18

prætere ad excusandas excusationes in peccatis, quandoquidem plerofq̄ ceperit  
 etiã cœlibes sacerdotes uel leuitas, quibus portio deus est, ut etiam ipsi illam appetant.  
 Et uã mihi misero, quia nec in fine mundi prouocamur, ut tam graui iugo seruitutis li-  
 berari uelimus, quo demergimur ad profundum inferni, ut faciamus nobis amicos de  
 mammona iniquitatis, qui nos recipiant in æterna tabernacula. Attamẽ beatus ille, qui  
 quandoq̄ conuersus diruptis uinculis, atq̄ proiecto iugo huiusmodi dominationis, te-  
 nebit & allidet paruulos eius ad petram, hoc est, omnes intẽtiones eius allidet ad Chri-  
 stum, qui secundũ Apostolum petra est, quã omnes ad se allisos interimit, ipsa inuio-  
 labilis manens, nec reum faciens eum qui ad se alliserit nequissimi uerĩ deteriores par-  
 tus, sed innocentem: ita ut securus possit dicere: Portio mea dominus. Quia cui nihil in  
 seculo est, illi portio est Christus. Et qui contempserit pauca, multa percipiet, in super-  
 uitam æternam possidebit. Antẽ paucos uerò dies quam lectulo detineretur, cum qua-  
 dragessimũ tertium psalmum dictaret, me & excipiente & uidente, subito in modum  
 scuti breuis, ignis caput eius cooperuit, atq̄ paulatim per os ipsius tanquam in domum  
 habitator ingressus est, & facies eius facta est uelut nix, postea uerò reuersus est uultus  
 eius ad speciem suã. Quod cum fieret, stupore percussus obrigui, nec potui scribere quã  
 ab illo dicebantur, nisi posteaquam uisio ipsa transibat. Dicebat enim in eo tempore te-  
 stimonium scripturæ diuinæ, quod ego optimẽ retinebam. Nam scribendũ uel dictandũ  
 ipso die finem fecit. Sed quidem ipsum psalmum explere nõ potuit. Ego uerò id quod  
 uisum à me fuerat, honorabili uirò Casto diacono (sub cuius cura degebam) statim re-  
 tuli. At ille repletus gratia dei, spiritus sancti aduentum me in illo uidisse edocuit ex le-  
 ctione Actuum apostolorum. Superioribus autẽ diebus cum Stiliconis Comit̃ ser-  
 uus, qui demonio laborauerat, in Ambrosiana basilica iam sanus maneret, cõmen-  
 datus à domino suo, (ferebatur enim quòd libenter ab eodem haberetur) facere falsas epi-  
 stolas tribunatus compertum est, in tantum ut tenerentur homines qui ad ministrandũ  
 pergebant. Sed ubi ad personam serui sui peruenit Comes Stilico, noluit in eum uindi-  
 care. Homines etiam qui decepti fuerant, interuentu sacerdotis dimisit, de ipso uerò ser-  
 uo sacerdoti questus est. Quem uir sanctus dum de ecclesia Ambrosiana egrederetur,  
 requiri fecit, atq̄ ad se perducì. Quem cum interrogasset, & deprehendisset autorẽ tan-  
 ti flagitij, ait: Oportet illum tradì satanẽ in interitum carnis, ne talia in posterum audeat  
 admittere. Quem eodem momẽto cum adhuc sermo esset in ore sacerdotis, spiritus im-  
 mundus arreptum discerpere cœpit. Quo uiso, non minimo timore repleti sumus & ad-  
 miratione. Multos etiam diebus ipsis imponente illo manus & imperãte, ab spiritibus  
 immundis uidimus esse purgatos. Per idem tempus Nicentius quidã ex tribuno & no-  
 tario, quodam pedum dolore tenebatur, ut rarò in publico uideretur, cum ad altare ac-  
 cessisset ut sacramenta perciperet, calcatusq̄ casu à sacerdote exclamaret, audiuimus:  
 Vade, & amodo saluus eris. Nec amplius doluisse pedes, tẽpore quo sanctus sacerdos  
 de hac luce migrauit, lachrymis testabatur. Sed post dies hos ordinato sacerdote eccle-  
 siæ Ticinensi, incidit in infirmitatem. Qua cum plurimis diebus detineretur in lectulo,  
 Comes Stilico dixisse fertur, quòd tanto uirò recedente de corpore, interitus immine-  
 ret Italia. Vnde conuocatis ad se nobilibus uiris illius ciuitatis, quos diligẽtẽ à sancto sa-  
 cerdote cognouerat, partim interminatus est illis, partim blando sermone persuasit, ut  
 pergerent ad sanctum sacerdotẽ, suaderentq̄ illi, ut sibi uiuendũ peteret à domino com-  
 meatum. Quod ille ubi ab illis audiuit, respondit: Non ita inter uos uixi, ut pudeat me  
 uiuere: nec timeo mori, quoniam dominum bonum habemus. Eodem tempore quum  
 in extrema parte porticus in qua iacebat, in uno positi Castus, Polemius, Venerius, &  
 Felix tunc diaconi secum tractarent, uoce ita pressa ut uix inuicem se audirent, qui post  
 obitum illius episcopus ordinãdus esset, atq̄ cum de nomine sancti loquerẽtur Simpli-  
 ciani: tanquam interesset tractatui, cum longẽ positus ab ipsis iaceret, approbans excla-  
 mauit tertio: Senex, sed bonus. Erat enim Simplicianus æui maturior. Qua uoce audita  
 expauescẽtes fugerunt. Defuncto tamen eo non alius illi successit, nisi is quem ille bo-  
 num senem trina uoce signauerat. Cui Simpliciano Venerius, quem supra memorauimus,  
 successit. Felix uerò nunc usq̄ Bononiensem regit ecclesiam. Castus autem & Po-  
 lemius nutriti ab Ambrosio bonæ arboris boni fructus, in ecclesia Mediolanensi diaco-



nij funguntur officio. In eodem tamē loco, in quo iacebat (sicut referente sancto Basilio episcopo Laudensis ecclesie, qui ab eodē audierat, didicimus) cum oraret unā cum supradicto sacerdote, uiderat dominum Iesum aduenisse ad se, & arridentem sibi. Nec multos post dies ablatu est. Sed & eodem tempore quo migravit ad dominum, ab hora circiter undecima diei, usq; ad illam horam qua emisit spiritum, expansis manibus in modū crucis oravit: nos uerō labia illius moveri uidebamus, uocē autē nō audiebamus. Honoratus autem sacerdos ecclesie Vercellensis, cum in superiori domo se ad quietē composuisset, tertio uocem uocantis se audiuit, dicentisq; sibi: Surge, festina: quia modo est recessurus. Qui descendens obtulit sancto domini corpus. Quod ubi accepit, emisit spiritum, bonum uaticum secum ferens, ut in uirtute esce anima relectior, angelorum nunc consortio, quorum uitam uixit in terris, & Helie societate latetur: quia ut Helias nunquam regibus uel ullis potestatibus, ita nec iste pro dei timore loqui ueritus est. Atq; inde ad ecclesiam maiorem antelucana hora corpus ipsius portatum est. Ibiq; eadem fuit nocte qua uigilauimus in pascha: quē plurimi infantes baptizati cum a fonte uenirent, uiderunt, ita ut aliqui sedentem in cathedra & in tribunalī dicerent, alij uerō ambulante suis parentibus digito ostenderent: sed illi uidentes uidere non poterāt, quia mundatos oculos non habebant. Plurimi autem stellam supra corpus eius se uidere narrabant. Sed lucescente die dominico cum corpus illius peractis sacramentis diuinis de ecclesia leuaretur, portandum ad basilicam Ambrosianam, in qua positus est, ita ibi dāmonū turba clamabat se ab illo torqueri, ut eiulatus eorum ferri non posset. Quę gratia sacerdotis non solum in illo loco, uerum etiam in plurimis prouincijs usq; in hodiernum diem manet. Iactabant etiam turba uirorum ac mulierum oraria uel semicinctia sua, ut corpus sancti aliquatenus ab ipsis contingeretur. Erat enim exequiarum turba innumerabilis, totius dignitatis, totiusq; sexus, omniumq; penē ætatum, non solum Christianorum, sed etiam Iudæorum & Paganorum: maiore tamen gratia ordo præcedebat eorum qui fuerant baptizati. Eodem uerō quo obiit die, sicut textus epistolę loquitur, quę a successore eius uenerabili uiro Simpliciano suscepta est, de partibus Orientis ad ipsum tanquam adhuc nobiscum uiuentem directa, quę nunc usq; Mediolani habetur in monasterio, quibusdam sanctis uiris apparuit orans cum illis, & imponēs illis manus. Habet enim diem epistola quo directa est: qua lecta inuenimus diem esse quo ille defunctus est. Intra Tusciam uerō ciuitate Florentia, ubi nunc uir sanctus Zenobius episcopus est, quia promiserat illos se sapius uisitaturum, frequenter ad altare quod est in basilica Ambrosiana, quę ibidem ab ipso constituta est, uisus est orare, sicut ipso sancto uiro sacerdote Zenobio referente didicimus. In eadem etiam domo in qua declinans Eugenium mansit, tempore quo Radagaisus supradictam ciuitatem obsidebat, cum iam penitus desperassent uiri ciuitatis, per uisum cuidam apparuit, & promisit alio die salutem illis affuturam. Quo referente ciuium animi sunt erecti. Nam altero die adueniente Stilicone Comite cum exercitu, facta est de hoste uictoria. Hęc Pansophia religiosa fœmina matre pueri Pansophij, referēte cognouimus. Mascezelī etiam desperanti de salute sua uel exercitus quem ducebat contra Gildonem, baculum tenens manu in uisu noctis apparuit, atq; cum prouolueretur ad pedes sancti uiri Mascezel, percutiens terram senex baculo quo regebatur, tertio (hęc enim illi specie apparuerat) ait: Hic, hic, hic, signans locū: deditq; intellectum uiro quem uisitatione dignum fuerat arbitratus, ut agnosceret se in ipso loco in quo sanctum domini uiderat sacerdotē, die tertia uictoriā adepturum. atq; ita securus bellum & inchoauit, & consummauit. Nos tamen ea Mediolani positi ipso Mascezele referēte cognouimus. Nā & in hac prouincia in qua nunc positi hęc describimus, plurimis hoc ipsum retulit sacerdotibus, quibus etiam referentibus securius antē nobis cognita huic libro adiungere arbitrati sumus. Siffini etiam & Alexandri martyrum, qui nostris temporibus, post obitū sancti Ambrosii in Agaumę partibus, persequentibus Gentilibus martyrij coronā adepti sunt, cum reliquias Mediolani summa cum deuotione susciperemus, adueniente quodam cæcō & referente cognouimus, qui eodem die tacto loculo in quo sanctorum reliquię portabantur, lumen recepit, quod per uisum noctis uidisset nauem appropinquare littori in qua erat multitudo albatorum uirorū. Quibus descendentibus ad terram, cum unum

PER PAVLINVM CONSCRIPTA

de turba precaretur ut sciret qui essent ij uiri, audierit Ambrosium eiusq; cōsortes. Quo audito nomine, cum deprecaretur ut lumen reciperet, audiuit ab eo: Perge Mediolanum, & occurre fratribus meis qui illò uenturi sunt (designans diem) & recipies lumē. Erat enim uir (ut ipse asserbat) de litore Dalmateno, nec se antè uenisse in ciuitatē asserbat priusquā recto itinere reliquijs sanctorū occurrisset nondum uidens: sed tacto loculo uidere cōpisse. His itaq; decursis, non arbitror graue uideri, si paululum promissili nostri metas exceßerimus, ut dñi dictū, quod per os sanctorū prophetarum locutus est, completū esse doceamus: Sedentem aduersus fratrem suum, & detrahentē occulte, persequer. Et alibi: Noli diligere detrahere, ne eradiceris. Ut quicumq; fortè huiusmodi captus est consuetudine, cum legerit qualiter in ijs qui sancto uiro detrahere ausi sunt, fuerit uindicatum, ipse etiam in alijs emendetur. Igitur Donatus quidam natione Afer, presbyter tamen ecclesie Mediolanensis, cum in conuiuio positus, in quo erant nonnulli religiosi uiri, detraheret memoriæ sacerdotis, aspernantibus illis, & deserentibus linguam nequam, subito uulnere percussus graui, de eodem loco in quo iacebat, alienis manibus subleuatus, in lectulū positus est, atq; inde ad sepulchrum usq; perductus. In urbe etiam Carthaginensi, cum apud Fortunatum diaconum fratrem uenerabilis uiri Aurelij episcopi ad conuiuium uenisset una cum Vincentio Colossitano episcopo, Murano etiam episcopo Bolitano, sed & alijs episcopis & diaconibus, Murano episcopo detrahenti sancto uiro, retuli exitum presbyteri superius memorati: quod ille de alio dictum, de se oraculum, maturo suo exitu comprobauit. Nam de eodem loco in quo iacebat, cum subito uulnere ingenti esset percussus, alienis manibus ad lectum portatus est, atq; inde ad domum in qua hospitabatur reductus, diem clausit extremum. Is finis uirorum detrahentium fuit: quem uidentes qui tunc aderant, admirati sunt. Vnde hortor & obsecro omnem hominem qui hunc librum legerit, ut imitetur uitam uiri, laudet dei gratiam, declinet detrahentium linguas, si uult magis consortium habere cum Ambrosio in resurrectione uitæ, quam cum detrahentibus illi subire supplicium, quod nullus sapiens non declinat. Tuam etiam precor beatitudinē pater Augustine, ut pro me humillimo peccatore Paulino cum omnibus sanctis qui tecum inuocant nomen domini nostri Iesu Christi, in ueritate orare digneris, ut qui in adipiscenda gratia cum tanto uiro non sum dignus habere consortium, adeptus meorum ueniam peccatorum, sit mihi præmium fugisse supplicium.

D 3 Lectori

## LECTORI S

Quorum sint argumentorum singuli tomi, ex epistolis Erasmi cuilibet ipsorum præmissis cum catalogo eiusdem librorū, satis superq̄ licet cognoscere: quos ne uniuersos lector, unum aliquem inquirens, cogatur euoluere, cuiusuis sectionis librorum ordinem ac titulos numero paginæ qua habetur addito, indicare libuit, ne ullum lecturienti impedimentum obstaret ad id quod petit statim inueniendum. Bene uale, & studium nostrum approba.

### TOMVS I. HABET D. AMBROSII

|   |          |
|---|----------|
| Officiorum lib. III.  | pagina 1 |
| De uirginibus lib. III.   | 70       |
| Exhortatio ad uirgines.   | 104      |
| Institutio uirginis.  | 117      |
| Ad uirginem deuotam liber.  | 130      |
| Ad uirginem lapsam liber.   | 133      |
| De uiduis liber.  | 139      |
| De pœnitentiâ lib. II.  | 152      |
| Exhortatio ad pœnitentiâ, non ab Ambrosio, sed Augustino conscripta, meritò est omiſsa. |          |

### TOMVS II. HABET D. AMBROSII

|  |        |
|--|--------|
| De uocatione Gentium lib. II.                | pag. 5 |
| De fide, ad Gratianum lib. V.                | 39     |
| De spiritu sancto, ad eundem lib. III.       | 115    |
| De fide, contra Arrianos lib. I.             | 168    |
| De incarnationis dominicæ sacramento lib. I. | 177    |
| De mysterio Paschæ lib. I.                   | 190    |

### TOMO III. CONTINENTVR D. AMBROSII

|  |        |
|--|--------|
| Oratio funebris de obitu Valentiniani Imp.                                     | pag. 3 |
| Oratio funebris de excessu fratris sui Satyri.                                 | 13     |
| Oratio secunda de eodem, De fide resurrectionis.                               | 24     |
| De fide resurrectionis, liber ἀκίφαλος.  | 42     |
| Oratio funebris de morte Theodosii Imp.  | 47     |
| Epistolarum libri X.   | 59     |
| Conciones nonagintaduæ.  | 225    |
| Petri Nannij Scholia in orationes duas funebres, & epistolas aliquot Ambrosii. | 325    |

### TOMO IIII. HABENTVR D. AMBROSII

|  |    |
|--|----|
| Hexaameron lib. VI.  | 3  |
| De dignitate humanæ conditionis libellus incerti auctoris. | 89 |
| De pa-   |    |

|   |     |
|---|-----|
| De paradiso liber I.  | 92  |
| De Cain & Abel lib. II.   | 114 |
| De Noe & arca lib. I.   | 142 |
| De Abraham patriarcha lib. II.                                      | 172 |
| De Isaac & anima lib. I.  | 212 |
| De bono mortis lib. I.  | 230 |
| De Iosepho patriarcha lib. I.                                       | 245 |
| De benedictionibus patriarcharum lib. I.                            | 261 |
| De Nabuthe Israelita lib. I.  | 272 |
| De S. Iacob & uita beata lib. II.                                   | 286 |
| De Esau, uel De fuga seculi lib. I.                                 | 308 |
| De Heliâ & Ieiunio lib. I.  | 323 |
| De Tobia lib. I.  | 339 |
| De interpellatione lib. III.  | 356 |
| Apologia David II.  | 377 |
| De interpellatione David.   | 408 |
| De Salomone lib. I.   | 417 |
| De ijs qui iniantur mysterijs lib. I.                               | 421 |
| De sacramentis ecclesiasticis lib. VI.                              | 429 |
| De dignitate sacerdotali lib. I.                                    | 447 |
| Precationes ad missam præparantes II.                               | 453 |
| Commentarij in psalmos XII. Dauidicos, scilicet I. XXXV.            |     |
| XXXVI. XXXVII. XXXVIII. XXXIX. XL. XLIII.                           |     |
| XLV. XLVII. XLVIII. LXI.  | 459 |
| Commentarij item in psalmum CXVIII. in XXII. sermones<br>distincti. | 596 |

TOMO V. HABENTVR D. AMBROSII

|  |   |          |
|--|---|----------|
| Commentariorum in Euangelium Lucae lib. X. |   | pagina 7 |
| Cōmen-<br>tarij in                         | I Ad Romanos  | 170      |
|  | II Ad Corinthios  | 243      |
|  | I Ad Galatas  | 326      |
|  | I Ad Ephesios   | 346      |
|  | I Ad Philippenses   | 363      |
|  | I Ad Colossenses  | 374      |
|  | II Ad Thessalonicenses  | 386      |
|  | II Ad Timotheum   | 397      |
|  | I Ad Titum  | 409      |
|  | I Ad Philemonem   | 422      |
|  | I Ad Hebræos, quos nemo Theologiae peritus Ambrosio ad-<br>scribit, attamen cum Lutetiana editio eos haberet, non li-<br>buit omittere. | 424      |

DESIDERIVS ERASMVVS RO

TERODAMVS PIO LECTORI S. D.

PRIMVS hic tomus continet τὰ ὑθιμά, hoc est, quæ ad mores Christianorum instituendos faciunt: quorum oportet primam esse curam. Quæ uidebantur νόθα, nō semouimus, uel quia pauca sunt, uel quia nō indigna lectu, cuiuscunq; sunt. Libellus cui titulus, Ad uirginem deuotā, nihil prorsus habet Ambrosii, nec in phrasi, nec in sententijs. ad id persuadendū satis arbitror monuisse lectorē ut inspiciat. At uerò qui hunc proximè sequitur, titulo, Ad uirginem lapsam, uidetur non ineruditus. Apparet declamationem esse, qualis est illa sancti Hieronymi De matre & filia reconciliandis: & habetur inter huius opera, si titulis habenda fides: quanquam hic, ne deprehenderetur fuscus, scriba omisit principium, & in fine quædam adiecit, aliâq; nonnulla uariavit. Huius extrema pars, in qua consolatur uirginem, non est nouus libellus, ut à typographis distinctus est, sed extremū caput superioris. Bene uale.

PRIMI TOMI CATALOGVS.

|                        |     |
|------------------------|-----|
| Officiorum libri       | III |
| De uirginibus          | III |
| Ad uirgines exhortatio | I   |
| Institutio uirginis    | I   |
| Ad uirginem deuotam    |     |
| Ad uirginem lapsam     |     |
| De uiduis              | I   |
| De pœnitentia.         | II  |

2

# DIVI AMBROSII EPI- SCOPI MEDIOLANENSIS OF- FICIORVM LIBER PRIMVS.

Episcopi proprium munus, docere populum.

Cap. I



NON arrogans uideri arbitror, si inter filios suscipiam affectum docendi, cum ipse humilitatis magister dixerit: Veni te filij, audite me: timorem domini docebo uos. In quo licet & humilitatem uerecundiae eius spectare & gratiam. Dicendo enim, timorem domini, qui communis uidetur esse omnibus, expressit insigne documentum uerecundiae. Et tamen cum ipse Timor initium sapientiae sit, & effector beatitudinis, quoniam timentes deum beati sunt: praecceptorem se sapientiae edocendae, & demonstratorem beatitudinis adipsam scendae, euidenter significauit. Et nos ergo ad imitandam uerecundiam seduli, ad conferendam gratiam non usurpato-

*Psalm. 33*

*Ephes. 4*

res, quae illi spiritus infudit sapientiae, ea per illum nobis manifesta, & usu comperta atque exemplo, uobis quasi liberis tradimus: cum iam effugere non possimus officium docendi, quod nobis refugientibus imposuit sacerdotij necessitudo. Dedit enim deus quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios uero Euangelistas, alios autem Pastores & Doctores. Non igitur mihi Apostolorum gloriam uindico. Quis enim hoc, nisi quos ipse filius elegit dei? Non Prophetarum gratiam, non uirtutem Euangelistarum, non Pastorum circumspectionem: sed tantummodo intentionem & diligentiam circa scripturas diuinas opto assequi, quam ultimam posuit Apostolus inter officia Sanctorum: & hanc ipsam, ut docendi studio, possim discere. Vnus enim uerus magister est, qui solus non didicit, quod omnes doceret. Homines autem discunt prius quod doceat, & ab illo accipiunt, quod alijs tradant. Quod ne ipsum quidem mihi accidit. Ego enim de tribunalibus atque administrationis infulis ad sacerdotium raptus, docere uos coepi, quod ipse non didici. Itaque factum est, ut prius docere inciperem, quam discere. Discendum igitur mihi simul & docendum est: quoniam non uacauit ante discere. Et quantumlibet quisque profecerit, nemo est qui doceri non egeat, dum uiuit.

Tacendo fugimus periculum, & discimus recte loqui.

Cap. II.

Vid autem praeter ceteris debemus discere, quam tacere, ut possimus loqui, ne prius me uox condemnet mea, quam absoluat aliena: scriptum est enim: Ex uerbis tuis condemnaberis. Quid opus est igitur, ut properes periculum suscipere condemnationis loquendo, cum tacendo possis esse tutior? Complures uidi loquendo peccatum incidisse, uix quenquam tacendo: Ideoque tacere nosse quam loqui, difficilius est. Scio namque loqui plerisque, cum tacere nesciant. Rarum est tacere quenquam, cum sibi loqui nihil proffit. Sapiens est ergo qui nouit tacere. Denique Sapientia dei dixit: Dominus dedit mihi linguam eruditionis, ut sciam quando oporteat sermonem dicere. Merito ergo sapiens, qui a domino accipit, quo tempore sibi loquendum sit. Vnde bene ait scriptura: Homo sapiens tacebit usque ad tempus. Ideo sancti domini qui sciebant quia uox hominis plerumque peccati adnuncia est, & initium erroris humani, sermo est hominis, amabant tacere. Denique sanctus domini ait: Dixi, custodiam uias meas, ut non delinquam in lingua mea. Sciebat enim & legerat, diuinae esse protectionis, ut homo a lingua sua flagello absconderetur, & a conscientiae suae testimonio. Verberamur enim tacito cogitationis nostrae opprobrio, & iudicio conscientiae: uerberamur etiam uocis nostrae uerbere, cum loquimur ea quorum sono creditur animus noster, & mens confaiciatur. Quis enim est qui mundum cor a peccatorum habeat colluione: aut non delinquat in lingua sua? Et ideo quia neminem sciebat castum os seruare posse ab immunditia sermonis, ipse sibi silentio legem imposuit innocentiae: ut tacendo culpam declinaret, quam uix effugere posset loquendo. Audiamus ergo cautionis magistrum: Dixi, custodiam uias meas:

*Matth. 12*

*Esai. 50*

*Ecl. 20*

*Psalm. 38*

*Psalm. 38*

meas: hoc est, tacito cogitationis præcepto indixi mihi, ut custodirem vias meas. Aliæ sunt viæ quas debemus sequi, aliæ quas custodire. Sequi vias domini, custodire nostras, ne in culpam dirigantur. Potes autem custodire, si non cito loquaris. Lex dicit: Audi Israel dominum deum tuum. Nō dicit loquere, sed audi. Ideo Eva lapsa est, quia locuta est viro, quod non audierat à domino deo suo. Prima vox dei dicit tibi: Audi. Si audias, custodis vias tuas: & si lapsus es, cito corrige. In quo enim corrigit iuuenior viā suā, nisi in custodiendo verba domini: Tace ergo prius, & audi, & nō delinques in lingua tua. Graue malum, ut aliquis ore suo cōdemnetur. Etenim si pro ocioso verbo reddet unusquisque rationem: quāto magis pro verbo impuritatis & turpitudinis? Grauiora sunt enim verba præcipationis, quā ociosa. Ergo si pro ocioso verbo ratio poscitur: quāto magis pro sermone impietatis pœna exoluitur?

Taciturnitatem moderandam esse, & quòd in ira silendum sit.

Cap. III

**Ecl. 3** **Q**uid igitur? Mutos nos esse oportet? Minime. Est enim tempus tacēdi, & est tempus loquēdi. Deinde si pro ocioso verbo reddemus rationē, videamus ne reddamus & pro ocioso silentio. Est enim magnum & negociosum silentium: ut erat Susanna, quæ plus egit tacendo, quā si esset locuta. Tacendo enim apud homines, locuta est deo: nec ullum maius indicium suæ castitatis inuenit, quā silentiū. Conscientia loquebatur, ubi vox non audiebatur: nec querebat pro se hominū iudiciū, quæ habebat domini testimonium. Ab illo igitur uolebat absolui, quem sciebat nullo modo posse falli. Ipse dominus in Euangelio tacēs operabatur salutem hominū. Recte ergo Dauid nō silentium sibi indixit perpetuum, sed custodiam. Custodiamus ergo cor nostrum, custodiamus os nostrum. Vtrunq; enim scriptum est: hic, ut os custodiamus, alibi: **Proverb. 4** **Q**uoniam custodiamus cor tuum. Si custodiebat Dauid, tu non custodies: Si immun- **Esai. 6** da labia habebat Esaias, qui dixit: O miser ego, quoniam compunctus sum, quia cū sim homo, & immunda labia habeam: si inquam, propheta domini immūda habebat labia, **Ecl. 28** quomodo nos munda habemus? Et cui, nisi unicuiq; nostrum scriptum est: Sepi possessionem tuam spinis, & aurum & argentum tuum alliga, & ori tuo fac ostium & uectem, & uerbis tuis iugum & stateram: **Psal. 11** Possessio tua, mens tua est: aurum tuum, cor tuū est: argentum tuū, eloquiū tuum est. Eloquia domini, eloquia casta, argentū igne examinatū. Bona etiā possessio, mēs bona. Deniq; possessio preciosa, homo mundus. Sepi ergo hęc possessionē, & circūuallato cogitationibus, munito spinis sollicitudinū, ne in eā irruāt & captiuā ducant irrationabiles corporis passiōes, ne incurserint motus graues, ne diripiāt uindemiā eius transeūtes uia. Custodi interiorē hominem tuū. Noli eum quasi uilē negligere ac fastidire, quia preciosa possessio est. Et merito preciosa, cuius fructus non caducus & tēporalis, sed stabilis atq; æternæ salutis est. Cole ergo possessionē tuam, ut sint tibi agri. Alliga sermonē tuum, ne luxuriet, ne lasciuiat, & multiloquio peccata sibi colligat. Sit restrictior, & ripis suis coerceat. Cito lutum colligit amnis exundans. Alliga **Esai. 1** sum tuum, non sit remissus ac defluus, ne dicatur de te: Nō est malagma ponere, neq; oleum, neq; alligaturam. Habet suas habenas mentis sobrietas, quibus regitur & gubernatur. Sit ori tuo ostium, ut claudat ubi oportet: & obseretur diligētius, ne quis in iracundiam excitet uocem tuā, & contumeliā rependas contumeliæ. Audisti hodie lectum: **Psal. 4** Irascimini, & nolite peccare. Ergo & si irascimur, quia affectus naturæ est, nō potestatis: malū sermonē nō proferamus de ore nostro, ne in culpā ruamus. Sed iugū sit uerbis tuis & statera, hoc est, humilitas atq; mensura, ut lingua tua mēti subdita sit. Restringat habenæ uinculis, frænos habeat suos, quibus reuocari possit. Ad mensurā sermōes proferat, libra examinatos iustitiæ: ut sit grauitas in sensu, in sermōe pōdus, atq; in uerbis modus.

Orationem non affectus promat, sed ratio. Hinc enim insidias loquenti tendit hostis inuisibilis.

Cap. IIII

**H**æc si custodiat aliquis, fit mitis, mansuetus, modestus. Custodiendo enim os suum & retinendo linguam suam, nec prius loquendo quā interroget, & expendat, atq; examinet uerba sua, si dicendum hoc, si dicēdum aduersus hunc, si tempus sermonis sit huius, is profecto exercet modestiam, ac māsuēdinem, & patientiam: ut non ex indignatione & ira in sermonem erumpat, non alicuius passionis indicium det in uerbis suis, non ardorē libidinis flāmare in sermone suo indicet, & inesse dictis

dictis suis stimulos iracūdię: postremo ne sermo qui cōmendare interiora debet, uictium aliquod esse in moribus aperiat et prodat. Tūc enim maxime insidiatur aduersarius, quādo uidet nobis passiones aliquas generari: tūc fomites mouet, laqueos parat. Vnde non immerito (sicut audistis hodie legi) Propheta dicit: Quia ipse liberauit me de laqueo ueniantii, & a uerbo aspero. Symmachus irritationis uerbum dixit, alij perturbationis. Laqueus aduersarij, est sermo noster, sed etiā ipse non minus aduersarius est nobis. Loquimur plerunq; quod excipiat inimicus, & quasi nostro gladio nos uulneret. Quanto tolerabilius est, alieno gladio quam nostro perire? Explorat ergo aduersarius nostra arma, & concutit sua tela. Si uiderit moueri me: inserit aculeos suos, ut seminaria iurgiorū excitet. Si emisero uerbū indecorū, laqueum suum stringit. Interdum mihi quasi elcā proponit, uindictę possibilitatē: ut dum uindicare cupio, ipse me inseram laqueo, & nodū mihi mortis astringam. Si quis ergo hunc aduersarium sentit presentem esse, tunc magis custodiam adhibere debet ori suo, ne det locum aduersario. Sed non multi hunc uident.

Psal. 90

Quod etiam carnales inimicos cum nos instinctu diaboli ad conuicia prouocant, patientia superare debeamus. Cap. v

Ed etiā ille cauēdus est, qui uideri potest, quicūq; irritat, quicūq; incitat, quicūq; exasperat, quicūq; incētiua luxurię aut libidinis suggerit. Quādo ergo aliquis nobis conuiciat, lacessit, ad uolentiā prouocat, ad iurgiū uocat: tunc silentiū exerceamus, tunc muti fieri nō erubescamus. Peccator est enim qui nos prouocat, qui iniuriā facit, & nos similes sui fieri desiderat. Deniq; si taceas, si dissimules, solet dicere: Quid taces? Loquere, si audes. Sed non audes: mutus es, elingūe te feci. Si ergo taceas, plus rūpitur: uictum se reputat, irrisum, posthabitiū, atq; illusum. Si respōdeas, superiorē se factum arbitratur, quia parē inuenit. Si enim taceas, dicitur: Ille conuiciatus est huic, contēpsit iste. Si referas contumeliā, dicitur: Ambo conuiciati sunt. Vterq; condēnatur, nemo absoluit. Ergo illius est studiū, ut irretet, ut similia illi loquar, similia agā: Iustus est autē dissimulare, nihil loqui, tenere fructū bonę conscientię, plus cōmittere bonorum iudicio, quam criminantis insolētię, contentū esse grauitate morū suorum. Hoc est enim silere a bonis: quia bene sibi conscius, falsis nō debet moueri: nec aestimare plus pōderis in alieno esse cōuitio, quam in suo testimonio. Ita fit, ut etiam humilitatē custodiat. Si autē nolit humilior uideri, talia tractat, & dicit ipse secum: Hic ergo me contemnat, & in conspectu meo loquatur talia aduersum me, quasi nō possim ego ei aperire os meū? Cur non etiam ego dicam, in quibus eum mœstificare possim? Hic ergo mihi iniurias faciat, quasi uir non sum, quasi uindicare me non possim? Hic me criminetur, quasi ego nō possim grauiora in eum componere? Qui talia dicit, non est mitis atq; humilis, non est sine tentatione. Tentator eum exagitat, ipse ei tales opiniones inserit. Plerūq; adhibet hominem nequam spiritus, qui hęc illi dicat. Sed tu in petra fixum uestigiū tene. Et si seruus conuictum dicat, iustus tacet. Et si infirmus contumeliā faciat, iustus tacet. Et si pauper criminetur, iustus non respondet. Hęc sunt arma iusti, ut cedendo uincat. Sicut periaculādi cedētes solent uincere, & fugientes grauioribus sequentē ictibus uulnerare. Psal. 38

Exemplum patientiæ Dauid. Cap. vi

Vid enim est opus moueri, cum audimus conuicia? Cur non imitemur dicentem: Obmutui, & humiliatus sum, & silui a bonis? An hoc dixit tantummodo, non etiam fecit Dauid? Imō & fecit. Nam cum ei conuictaretur de mei filius Gemini, tacebat Dauid: & quamuis septus armatis, non retorquebat conuictum, non ultionem quærebat, eousq; ut dicente sibi Saruia filio quod uindicare in eum uellet, non permiserit. Ibat ergo tanquam mutus & humiliatus, ibat tacens: nec mouebatur, cum uir appellaretur sanguinis, qui erat conscius proprię mansuetudinis. Non ergo mouebatur conuictis, qui abundabat bonorum operum conscientia. Itaq; is qui cito iniuria mouetur, facit se dignum uideri contumelia, dum uult ea indignus probari. Melior est itaq; qui contemnit iniuriam, quam qui dolet. Qui enim contemnit, quasi non sentiat, ita despicit: qui autem dolet, quasi senserit torquetur. Psal. 38  
2. Reg.. 16



Quod Psalmus trigessimus octauus non solum silentij laude, sed etiam contempturorum ualde sit mirabilis.

Cap. VII

**N** Eque improvide ad uos filios meos scribens, huius Psalmi prooemio usus sum. Quem psalmum propheta David sancto Idithum canendum dedit, ego uobis tenendum suadeo, delectatus eius sensu profundo & uirtute sententiarum.

Panætius.  
Cicero.

Aduertimus enim ex his quæ breuiter libauimus, & silentij patientiam, & opportunitatem loquendi, & in posterioribus contemptum diuitiarum, quæ maxima uirtutum fundamenta sunt, hoc psalmo doceri. Dum igitur hunc psalmum considero, successit animo de Officijs scribere. De quibus etiam si quidam philosophiæ studentes scripserunt, ut Panætius & filius eius apud Græcos, Tullius apud Latinos, non alienum duxi à nostro munere, ut & ipse scriberem. Et sicut Tullius ad erudiendum filium, ita ego quoque ad uos in formandos filios meos. Neque enim minus uos diligo quos in Euangelio genui, quam si coniugio suscepissem. Non enim uehementior est natura ad diligendum, quam gratia. Plus certe diligere debemus quos perpetuo nobiscum putamus futuros, quam quos in hoc seculo tantum. Illi degeneres nascuntur frequenter, qui dedeant patrem: uos autem elegimus, ut diligamus. Itaque illi necessitate diliguntur, quæ non satis idonea atque diuturna est ad perpetuitatem diligendi magistra: uos iudicio, quo magnum charitati pondus ad uim diligendi adiungitur, probare quos diligas, & diligere quos elegeris.

Quod nomen officij, non solum philosophis, sed etiam nostris usitatum sit. Cap. VIII

Luc. I

Officium  
unde.

**E**rgo quoniam personæ conueniunt, uideamus utrum res ipsa conueniat scribere de officijs: & utrum hoc nomen Philosophorum tantummodo scholarum aptum sit, an etiam in scripturis reperiatur diuinis. Pulchre itaque dum legimus hodie Euangelium (quasi adhortaretur ad scribendum) spiritus sanctus obtulit nobis lectionem, qua confirmaremur etiam in nobis officium dici posse. Nam cum Zacharias sacerdos obmutuisset in templo, & loqui non posset, Factum est, inquit, ut impleri sunt dies officij eius, abiit in domum suam. Legimus igitur officium dici à nobis posse. Nec ratio ipsa abhorret, quandoquidem officium ab efficiendo dictum putamus, quasi officium: sed propter decorem sermonis una immutata litera, officium nuncupari. Vel certe, ut ea agas, quæ nulli officiant, prosint omnibus.

Officij diuisio, & honestum atque utile unde metiantur Christiani. Cap. IX

Luc. 16

**O**fficia autem ab honesto & utili duci existimauerunt, & de his duobus eligere, quid præstet. Deinde incidere, ut duo concurrant honesta, & duo utilia: & quaeratur quid honestius, & quid utilius. Primum igitur in tres partes officium diuiditur: honestum & utile, & quid præstantius. Deinde hæc tria in quinque genera diuiserunt: in duo honesta, & duo utilia, & eligendi iudicium. Prima igitur pertinere dicunt ad decus honestatæque uitæ, secunda ad uitæ comoda, copias, opes, facultates. De his eligendi subesse iudicium. Hæc illi. Nos autem nihil omnino nisi quod deceat & honestum sit, futurorum magis quam presentium metimur formula: nihilque utile, nisi quod ad uitæ illius æternæ prosit gratiam definimus, non quod ad delectationem presentis. Neque aliqua comoda in facultatibus & copijs opum constituimus, sed incommoda hæc putamus, si non reſiciantur: eaque oneri magis cum sint æstimari, quam dispendio cum erogantur. Non superfluum igitur scripturæ nostræ est opus, quia officium diuersa æstimamus regula, atque illi æstimauerunt. Illi seculi comoda in bonis ducunt, nos hæc etiam in detrimentis: quoniam qui hic recipit bona, ut ille diues, illic cruciatur: & Lazarus qui mala hic pertulit, illic consolationem inuenit. Deinde qui illa non legunt, nostra legent si uolunt: qui non sermonum supellectilem, neque artem dicendi, sed simplicem rerum exquirunt gratiam.

De decore, & quod primum officium sit, linguæ moderatio. Cap. X

Psalm. 64

Titum 2

Heb. 2

Pythagoras  
Socrate antiquior

**D**ecorum autem in nostris scripturis primo constitui loco (quod Græcè *πρῶτον* dicitur) instruimur & docemur, legentes: Te decet hymnus deus in Sion: Vel Græcè *οὐκ ἔστιν ἕνδεκα ὁ θεὸς ἐν σιών*. Et Apostolus ait: Loquere quæ decent sanam doctrinam. Et alibi: Decerat autem eum per quem omnia, & propter quem omnia, multis filijs in gloriam adductis, ducem salutis eorum per passionem consummari. Nunquid prior Panætius, nunquid Aristoteles, qui & ipse disputauit de officio, quam David: cum & ipse Pythagoras qui legitur Socrate antiquior, prophetam secutus David,

David, legem silentij dederit suis: Sed ille, ut per quinquennium discipulis usum inhi-  
ret loquendi: David autem non ut nature munus imminueret, sed ut custodiam proferē  
di sermonis doceret. Et Pythagoras quidem, ut non loquendo loqui doceret: David, ut  
loquendo magis disceremus loqui. Quomodo enim sine exercitio doctrina, aut sine u-  
su profectus? Qui disciplinam bellicā uult assequi, quotidie exercitatur armis, & tanquā  
in procinctu positus præludit prælium, & uelut coramposito pretēdit hoste: atq; ad pe-  
ritiam uiresq; iaculandi, uel suos explorat lacertos, uel aduersariorum declinat ictus, &  
uigilanti excipit obtutu. Qui nauim in mari regere gubernaculis studet, uel remis duce  
re, prius in fluuio præludit: Qui canendi suauitatē & uocis affectāt pręstantiā, prius sen-  
sim canendo uocē excitant: Et qui uiribus corporis legitimoq; luctandi certamine coro-  
nam petunt, quotidiano usu palęstrę durantes membra, nutrientes patientiā, labori  
assuescunt. Necnō ipsa natura nos in paruulis docet, quod prius sonos meditantē loquē-  
di, ut loqui discant. Itaq; sonus, exercitatio quędam & palęstra uocis est. Ita ergo qui uo-  
lunt discere cautionem loquendi, quod nature est non negent, quod custodia est exer-  
ceant: ut qui in specula sunt, speculando intendant, non dormiēdo. Omnis enim res pro-  
prijs ac domesticis exercitijs augetur. Ergo David tacebat, non semper, sed pro tempo-  
re: non iugiter, neq; omnibus, sed irritanti aduersariō, prouocanti peccatori non respon-  
debat. Et sicut alibi ait: Loquentes uanitatē & cogitantes dolum non audiebat quasi sur-  
dus, & quasi mutus non aperiebat illis os suum. Quia & alibi habes: Noli respondere im-  
prudenti ad imprudentiam eius, ne similis illi fias. Primum igitur officium est, loquendi  
modus. Hoc sacrificium laudis deo dependitur, hoc reuerentia exhibetur, cum scriptu-  
re diuine leguntur, hoc honorantur parētes. Scio loqui plerosq; cum tacere nesciāt. Ra-  
rum est tacere quemquam, cum sibi non prosit loqui. Sapiens ut loquatur, multa prius  
considerat: quid dicat, aut cui dicat, quo in loco, quo tempore. Est ergo & tacendi & lo-  
quendi modus: Est etiam in factis modus. Pulchrū est igitur tenere mensuram officij.

Psal. 38

Psal. 37

Prouerb. 26

Loquendi mo-

dus officium

primum.

Eccl. 3

Officium omne, aut mediū, aut perfectum esse.

Cap. XI

Officium autem omne, aut mediū, aut perfectum est: quod æquē scripturarū  
o autoritate probare possumus. Habemus etenim in Euangelio dixisse domi-  
num: Si uis in uitam æternam uenire, serua mandata. Dicit ille: Querit Iesus au-

Officium du-  
plex.

Matth. 19

tem dixit illi: Non homicidij facies, Non adulterabis, Nō facies furtū, Non falsum testi-  
moniū dices, Honora patrem & matrē, Et diliges proximū tuū sicut teipsum. Hęc sunt  
media officia, quibus aliquid deest. Deniq; dicit illi adolescens: Omnia hęc custodiui à  
iuuentute mea, quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus: Si uis perfectus esse, uade, uēde bo-  
na tua, & da pauperibus, & habebis thesaurū in cęlo: & ueni sequere me. Et suprā habes  
scriptū, ubi diligendos inimicos, & orandū dicit pro calumniantibus & persecuentibus  
nos, & benedicere maledicentibus. Hoc nos facere debemus, si uolumus perfecti esse, si  
cut pater noster qui in cęlo est, qui super bonos & malos solē suū iubet radios suos ef-  
fundere, & pluuia & rore terras uniuersorum sine ulla discretionē pinguescere. Hoc est  
igitur perfectū officium quod κατ'όρθωσις dixerunt Gręci, quo corrigunt omnia, quę ali-  
quos potuerunt lapsus habere. Bona etiā misericordia, quę & ipsa perfectos facit, quia  
imitatur perfectū patrem. Nihil tam cōmendat Christianā animam, quā misericordia.  
Primū in pauperes, ut cōmunes iudices partus nature, quę omnibus ad usum generat  
fructus terrarū: ut quod habes, largiaris pauperi, & consortē & cōformem tuū adiuues.  
Tu nūmum largiris, ille uitam accipit: Tu pecuniā das, ille substantiā suā æstimat. Tuus  
denarius, census illius est. Ad hęc plus ille tibi confert, cum sit debitor salutis. Si nudū ue-  
stias, teipsum induis iustitiam. Si peregrinum sub tectum inducas tuum, si suscipias egē-  
tem: ille tibi acquirat sanctorum amicitias & æterna tabernacula. Nō mediocris ista gra-  
tia. Corporalia seminas, & recipis spiritualia. Miraris iudiciū domini de sancto Iob: mi-  
rare uirtutem eius, qui poterat dicere: Oculus eram cęcorum, pes claudorū. Ego erā in-  
firmorum pater, uelleribus agnorum meorum calefacti sunt humeri eorum. Foris nō ha-  
bitabat peregrinus: Ostium meum omni ueniēti patebat. Beatus planē, de cuius domo  
nunquam uacuo sinu pauper exiuit. Neq; enim quisquam magis beatus, quā qui intel-  
ligit super pauperis necessitatem, & infirmi atq; inopis ærumnam. In die iudicij habebit  
salutem à domino, quem habebit suę debitorem misericordię.

1. Cor. 9

Iob 29

Psal. 40

Ambr. 10. 1

2 3

Non

Non externis, sed internis & aternis bonis aestimatur felicitas. Cap. XIII

Ed pleriq; reuocantur ab officio dispensatricis misericordie, dum putant ho-  
 minis actus nō curare dominum, aut nescire eum quid in occultis geramus,  
 quid teneat nostra conscientia: aut iudicium eius nequaquam iustum uide-  
 ri, quando peccatores diuitijs abundare uident, gaudere honoribus, sanitate, liberis: cō-  
 tra autem iustos inopes degere, inhonoros, sine liberis, infirmos corpore, luctu frequen-  
 ti. Nec mediocris ea quæstio, quando quidē tres illi reges amici Iob, propterea eū pecca-  
 torem pronuntiabant, quia inopem factum ex diuite; orbatum liberis ex fœcundo pa-  
 rente, perfusum ulceribus, inhorrentem uibicibus, exaratum uulneribus à capite usque  
 ad pedes uidebant. Quibus hanc sanctus Iob proponit assertionem: Si ego propter pec-  
 cata mea hæc patior, cur impij uiuunt? Inueterauerunt autem, & in diuitijs semē eorum  
 secundum uoluntatem, filij eorum in oculis, domus eorum abundant, timor nusquam,  
 flagellum autem à domino non est ipsis. Hæc uidens infirmus corde exagitur, & stu-  
 dium auertit suum. Cuius dicturus sermones, antè sanctus præmisit Iob, dicens: Portate  
 me, ego autem loquar, deinde ridete me. Nam & si arguor, quasi homo arguor. Portate  
 ergo onus sermonum meorum. Dicturus enim sum, quod non probor: sed ad uos redar-  
 guendos proferam sermones iniquos. Aut certe, quia ira est uersus. Quid autem? Nun-  
 quid ab homine arguor? hoc est, homo me non potest redarguere, quia peccaui, & si ar-  
 gui dignus sum: quia non ex euidenti culpa me arguitis: sed ex iniurijs aestimatis merita  
 delictorum. Videns ergo infirmus abundare iniustos successibus prosperis, se autem at-  
 teri, dicit domino: Discede à me, uias tuas scire nolo. Quid prodest, quia seruiamus ei?  
 Aut quæ utilitas, quia occurrimus ipsi? In manibus eorum omnia bona, opera autē im-  
 piorum non uidet. Laudatur in Platone, quod in Politia sua posuit, eum qui contra iusti-  
 tiam disputandi partes recepisset, postulare ueniam dictorum quæ non probaret, & ue-  
 ri inueniendi atq; examinandæ disputationis gratia, illam sibi impositam personam di-  
 cere. Quod eouitq; Tullius probauit, ut ipse in libris quos scripsit de Republica, eam sen-  
 tentiam dicendam putauerit. Quanto antiquior illis Iob, qui hæc primus reperit, nec elo-  
 quentiæ phalerandæ gratia, sed ueritatis probandæ præmittenda existimauit? Statimq;  
 ipse quæstionem enodem reddidit, subiiciens, quod extingatur lucerna impiorum, &  
 futura sit eorum euersio: non falli deum doctorem sapientiæ & disciplinæ, sed esse uerita-  
 tatis iudicem. Et ideo non secundum forensam abundantiam aestimandam beatitudinē  
 singulorum, sed secundum interiorem conscientiam, quæ innocentium & flagitiosorū  
 merita discernit, uera atq; incorrupta pœnarum præmiorumq; arbitra. Moritur innocēs  
 in potestate simplicitatis suæ, in abundantia propriæ uoluntatis, sicut adipe replerā ani-  
 mam gerens. At uerò peccator quamuis foris abundet, & delictijs diffuat, odoribus fra-  
 gret, in amaritudine animæ uitam exigit, & ultimum diem claudit, nihil secum eorū que  
 epulatus fuerat referens, bonorum nihil secum auferens, nisi scelerum suorū precia. Hæc  
 cogitans, nega, si potes, diuini esse iudicij remuneratiōē. Ille suo affectu beatus, hic mi-  
 ser: ille suo iudicio absolutus, hic reus: ille in exitu latus, hic mœrens. Cui absolui potest,  
 qui nec sibi innocens est: Dicite, inquit, mihi, ubi est protectio tabernaculorum eius? Si-  
 gnum eius non inuenietur. Vita etenim facinorosi, ut somnium. Aperuit oculos, transi-  
 uit requies eius, euauit delectatio: licet ipsa quæ uidetur etiam dum uiuunt impiorum  
 requies in inferno sit. Viuentes enim in inferna descendunt. Vides conuiuium peccato-  
 ris, interroga conscientiam eius. Non ne grauius omnibus fœtet sepulchris? Intueris læ-  
 titiam eius, & salubritatem miraris corporis, filiorum atq; opum abundantiam: introspi-  
 ce ulcera & uibices animæ eius, cordisq; mœstitudinem. Nam de opibus quid loquar;  
 cum legeris: Quia non in abundantia est uita eius, cum scias quia & si tibi uideatur diues,  
 sibi pauper est, & tuum iudicium suo refellat? De multitudine quoq; filiorum, & de in-  
 dolentia quid loquar, cum se ipse lugeat, & sine hærede futurum iudicet, cum imitato-  
 res sui successores suos esse nolit? Nulla enim hæreditas peccatoris. Ergo impius ipse si-  
 bi pœna est, iustus autem ipse sibi gloria: & utriq; aut bonorum aut malo-  
 rum operum merces ex seipso soluitur.

Deum,

Deum, etiā cum nō putatur, regere omnia quæ creauit. Cap. XIII

Ed reuertamur ad propositū, ne diuisionē factam præterisse uideamur, quia occurrimus opinioni eorū qui uidētes sceleratos quosq; diuites, letos, honoratos, potentes, cum pleriq; iustorum egeant, atq; infirmi sint, putant uel nihil deū curare de nobis, ut Epicurei dicunt: uel nescire actus hominum, ut flagitiosi putant: uel si scit omnia, iniquū esse iudicem, ut bonos egere patiat, abundare improbos. Nec superfluous uelut quidā excusatus fuit, ut opinioni huiusmodi, ipsorū affectus responderet, quos beatos iudicant, cum ipsi se miseros putent. Arbitratus enim sum, quod ipsi sibi facilius quam nobis crediderint. Quo decurso, procliuē æstimo, ut refellam cætera. Et primo eorū assertionē, qui deum putant curam mundi nequaquam habere, sicut Aristoteles asserit usq; ad Lunam eius descēdere prouidentia. Et quis operator negligat operis sui curā? Quis deserat & destituat, quod ipse condendum putauit? Si iniuria est regere, nō ne est maior iniuria fecisse? cum aliquid non fecisse nulla iniustitia sit, nō curare quod feceris, summa inclementia. Quod si aut deū creatorem suum abnegant, aut ferarum & bestiarū se haberi numero censent, quid de illis dicamus, qui hac se condēnant iniuria? Per omnia deum ire ipsi asserunt, & omnia in uirtute eius consistere, uim & maiestatem eius per omnia elementa penetrare, terras, coelū, maria: & putant iniuriam eius, si mentē hominis, qua nihil nobis ipse præstantius dedit, penetret, & diuinæ maiestatis ingrediat scientia. Sed horum magistrū uelut ebriū, & uoluptatis patronū, ipsi qui putantur sobrii irrident Philosophi. Nam de Aristotelis opinione quid loquar? qui putat deū suis contentū esse finibus, & præscripto regni modo degere, ut Poetarū loquuntur fabula, qui mundum in tres ferunt esse diuisum: ut alij coelū, alij mare, alij inferna coercenda imperij sorte obuenerint, eosq; cauere, ne usurpata alienarum partium sollicitudine, inter se bellum excitent. Similiter ergo asserit, quod terrarum curam non habeat, sicut maris uel inferni non habet. Et quomodo ipsi excludunt quos sequuntur Poetas?

Deum nihil præterire & scripturarum testimonijs, & Solis comprobatur exemplo, qui licet creatura sit, tamē uel lumine, uel calore cuncta penetrat. C. XIII

Equitur illa responsio, utrum deum, si operis sui cura non præterierit, prætereat scientia. Ergo qui plantauit aurem, non audit? qui finxit oculum, non uidet, non considerat? Non præterijt hæc uana opinio sanctos Prophetas. De

niq; Dauid inducit eos loquentes, quos superbia inflatos asserit. Quid enim tam superbium, quam cum ipsi sub peccato sint, alios indignē ferant peccatores uiuere? dicentes: Niquequo peccatores domine, usquequo peccatores gloriabunt? Et infra: Et dixerūt: *psal. 93*

Non uidebit dominus, nec intelliget deus iacob. Quibus respōdet Propheta, dicens: *ibidem*

Inuigilate nunc insipientes in populo, & stulti aliquādo sapite. Qui plantauit aurem, nō audit? aut qui finxit oculū, non considerat? Qui corripit gentes nō arguet, qui docet hominē scientia. Dominus scit cogitationes hominū, quoniā uanae sunt. Qui ea quæ uana sunt deprehendit, ea quæ facta sunt nescit, & ignorat quod ipse fecit? Potest opus suū ignorare artifex? Homo est, & in opere suo latentia deprehendit, & deus opus suū nescit?

Altius ergo profundum in opere, quam in authore. Et fecit aliquid quod supra se esset, cuius meritū ignoraret author, cuius affectum nesciret arbiter? Hæc illis. Cæterū nobis

fatis est ipsius testimoniū qui ait: Ego sum scrutans corda & renes. Et in Euāgelio quod *Hierem. 17*

ait dominus Iesus: Quid cogitatis mala in cordibus uestris? Sciebat enim quod cogitarent mala. Deniq; Euangelista testatur, dicens: Sciebat enim Iesus cogitationes eorum: *Luc. 5*

Horum non poterit satis mouere opinio, si facta eorum consideremus. Nolunt supra se esse iudicem, quem nihil fallat: nolunt ei dare occultorum scientiam qui metuunt occulta sua prodī. Sed etiam dominus sciens opera eorum, tradidit eos in tenebras. In nocte, *Luc. 6*

inquit, erit fur. Et oculus adulteri seruabit tenebras, dicens: Non cōsiderabit me oculus, & latibulum personę opposuit suæ. Omnis enim qui lucem fugit, diligit tenebras, studeat latere: cum deum latere nō possit, qui intrat profundum abyssi, & intra hominum *Tob 24*

mentes, non solum tractata, sed etiam uoluenda cognoscit. Deniq; & ille qui dicit in Ecclesiastico: Quis uidet me? & tenebræ cooperiunt me, & parietes, quem uereor? quāuis *Ecc. 23*

in lecto positus hæc cogitet, ubi non putauerit, comprehenditur. Et erit, inquit, dedecus, quod non intellexerit timorem dei. Quid autem tam stolidum quam putare, quod

deum

deum quicquam prætereat: cum sol qui minister luminis est, etiam abdita penetret, & in fundamenta domus uel secreta conclauia uis calorís eius irrumpat? Quis neget uerna temperie tepesceri interiora terrarum, quas glaciés hyberna constrinxerit? Norit ergo arborum occulta uim calorís uel frigoris, adeò ut radices arborum aut urantur frigore, aut fotu solis uirescant. Deniq; ubi clemètia cœli ariserit, uarios terra se fundit in fructus. Si igitur radius solis fundit lumen suum super omnem terrã, & in ea quę clausa sunt se inserit, nec uectibus ferreis aut grauitum ualuarum obicibus, quo minus penetret impeditur: quomodo non potest intelligibilis dei splendor in cogitationes hominum & corda semet (quæ ipse creauit) inserere? sed ea quæ ipse fecit, non uidet, & fecit ut meliora sint quæ facta sunt, & potentiora quam ipse est qui ea fecit, ut possint quando uolunt cognitionem sui operatoris latere. Tantam ergo uirtutem & potestatem inseruit mentibus nostris, ut eam comprehendere cum uelit ipse non possit.

His quibus displicet quòd bonis malè, & malis sit bene, satisfacere debere Lazari & Pauli exempla.

Cap. xv

**D**uo absoluiimus: & ut arbitramur, non incongrue nobis huiusmodi cecidit disputatio. Tertium genus quæstionis residet huiusmodi: Cur peccatores abundet opibus & diuitijs, epulentur iugiter, sine mœrore, sine luctu: iusti autē egeant, & afficiantur aut cōiugum amissione, aut liberorum. Quibus satisfacere debuit illa Euangelij parabola, quòd diues bysso & purpura induebatur, & epulas copiosas exhibebat quotidie, pauper autē plenus ulceribus de mensa eius colligebat reliquias. Post obitum uerò utriusque, pauper erat in sinu Abraæ requiem habens, diues in supplicijs. Non ne euident est, meritorum aut præmia aut supplicia post mortem manere? Et rectè. Quia in certamine labor est, post certamen alijs uictoria, alijs ignominia. Nunquid priusquam cursus conficiatur, palma cuiquam datur, aut defertur corona? Merito Paulus: Certamen, inquit, bonum certavi, cursum cōsummaui, fidem seruaui: quod reliquū, reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die, iustus iudex. Nō solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduētum eius. In illa, inquit, die reddet, non hic. Hic autem in laboribus, in periculis, in naufragijs, quasi athleta bonus decertabat: quia sciebat, quoniam per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei. Ergo non potest quis præmium accipere, nisi legitimè certauerit: nec est gloriosa uictoria, nisi ubi fuerint laboriosa certamina.

Commemoratis beatitudinibus de Euangelio, hic laborem dicit esse, mercedem in cœlo, ponens exemplum athletarum & spectatorum.

Cap. xvi

**N**onne iniustus est, qui ante querat præmium, quam certamen fuerit absolutum? Ideoq; dominus in Euangelio ait: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Non dixit: Beati diuites, sed pauperes. Inde incipit beatitudo iudicio diuino, unde ærūna æstimatur humano. Beati qui esuriunt, quia ipsi saturabuntur. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolationem habebunt. Beati misericordes, quoniam ipsis miseretur deus. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati estis, cum uobis maledicent homines & persequentur, & dicent omne malum aduersum uos, propter iustitiam: Gaudete & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cœlo. Futuram, non præsentem: in cœlo, non in terra mercedem promisit esse reddendam. Quid alibi poscis, quod alibi debetur? Quid præpropere coronam exigis, antequam uincas? Quid detergere puluerem? quid requiescere cupis? Quid epulari gestis, antequam stadium soluatur? Adhuc populus spectat, adhuc athletæ in scammate sunt, & tu iam ocium petis? Sed forte dicas: Cur impij lætatur? Cur luxuriant? Cur etiam ipsi non mecū laborant? Quoniam qui non subscriperint ad coronam, nō tenentur ad laborem certaminis: qui in stadiū non descenderint, non se perfundunt oleo, nō obliniunt puluere. Quos manet gloria, expectat iniuria. Vnguentati spectare solent, nō decertare: nō solem, æstus, puluerē, imbresq; perpeti. Dicant ergo & ipsis athletæ: Venite, nobiscū laborate. Sed respōdebūt spectatores: Nos hic interim de uobis iudicamus. uos autē sine nobis coronam (si uiceritis) gloriam uindicabitis. Isti igitur qui in delictijs, qui in luxuria, rapinis, quæstibus, honoribus, studia posuerunt sua, spectatores magis sunt, quam prælia-

præliatores. Habent lucrum laboris, fructum uirtutis non habent. Fouent ocium, astutia & improbitate aggerant diuitiarum aceruos, sed exoluunt (seram licet) nequitie suae poenam. Horum requies in inferno, tua uero in caelo. Horum domus in sepulchro, tua in paradiso. Vnde pulchre uigilare eos in tumultu Iob dixit: quia soporem quietis habere non possunt, quem ille dormiuit, qui resurrexit. Noli igitur ut paruulus sapere, ut paruulus loqui, ut paruulus cogitare, ut paruulus uindicare ea quae sunt posterioris aetatis. Perfectum est corona. Expecta, ut ueniat quod perfectum est, quando non per speciem & in antiquitate, sed facie ad faciem formam ipsam redoptatae ueritatis possis cognoscere. Tunc qua causa ille diues fuerit, qui erat improbus & raptor alieni, qua causa potes alius, qua causa ille abundauerit liberis, ille fultus honoribus, reuelabitur. Fortasse ut dicatur raptor: Diues eras, qua causa aliena rapiebas? Egestas non compulit, inopia non coegit. Nonne ideo te diuitem feci, ut excusationem habere non possis? Dicatur etiam potenti: Cur non affuisti uiduae, orphanis quoque iniuriam patientibus? Numquid tu infirmus eras? Numquid non poteras subuenire? Ideo te feci potentem, non ut inferres uolentiam, sed repelleres. Nonne tibi scriptum est: Eripi iniuriam patientem? Nonne tibi scriptum est: Eripi te pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate? Dicatur etiam abundantanti liberis: Honoribus cumulauit te, salubritatem corporis concessit tibi, cur non secutus es praecipua mea? Famule meus quid feci tibi, aut quid contristauit te? Nonne ego tibi liberos dedi, honores contuli, salutem donauit? Cur me negabas? Cur aestimabas quod ad scientiam meam quae gereres non peruenirent? Cur tenebas dona mea, dispiciebas mandata mea? Denique de Iuda proditore haec colligere licet, qui & Apostolus inter duodecim electus est, & oculos pecuniarum, quas pauperibus erogaret, commissos habebat, ne uideret, aut quasi inhonorus, aut quasi egenus dominum prodidisse. Et ideo ut iustificaretur in eo dominus, haec ei contulit, ut non quasi iniuria exasperatus, sed quasi preuaricatus gratiam, maiori esset offensae obnoxius.

Iob 21  
1. Cor. 13

Ecc. 4

Psal. 81

Michae 6

Adolescentis officia & exempla huic aetati proposita.

Cap. XVII

Voniam igitur & poenam improbitati, & uirtuti fore premium satis claruite de officijs aggrediamur dicere, quae nobis ab adolescentia spectanda sunt, ut cum aetate accrescant simul studia bonorum actuum. Est igitur bonorum adolescentium timorem dei habere, deferre parentibus honorem, habere senioribus reuerentiam, castitatem tueri, non aspernari humilitatem, diligere clementiam ac uerecundiam, quae ornamento sunt minori aetati. Ut enim in senibus grauitas, in iuuenibus alacritas, ita in adolescentibus uerecundia, uelut quadam dote commendatur naturae. Erat Isaac deum timens, utpote Abraae indoles, honorem deferens patri usque eo, ut aduersus paternam uoluntatem nec mortem recusaret. Ioseph quoque cum somniasset quod sol & luna & stellae adorarent eum, sedulum tamen obsequium deferbat patri: castus ita ut ne sermonem quidem audire uellet nisi pudicum: humilis usque ad seruitutem, uerecundus usque ad fugam, patiens usque ad carcerem, remissor iniuriae usque ad remunerationem. Cuius tanta uerecundia fuit, ut comprehensus a muliere, uestem in manibus eius fugiens mallet relinquere, quam uerecundiam deponere. Moyses quoque & Hieremias electi a domino, ut oracula dei praedicarent populo, quod poterant per gratiam, excusabant per uerecundiam.

Gen. 22

Gen. 37

Gen. 39

De bono uerecundiae, quod maxime in sancta dei emiuit genitrice, & quod gestus exterioris hominis persape qualitatem interioris ostendat.

Ca. XVIII

Vlchra igitur uirtus uerecundiae, & suavis gratia, quae non solum in factis, sed etiam in ipsis spectatur sermonibus: ne modum progrediaris loquendi, ne quid indecorum sermo resonet tuus. Speculum enim mentis, plerumque in uerbis refulget. Ipsum uocis sonum libret modestia, ne cuiusquam offendat aurem uox fortior. Denique in ipso canendi genere, prima disciplina uerecundia est, imò etiam in omni usu loquendi: ut sensum quis aut psallere, aut canere, aut postremo loqui incipiat, ut uerecundia principia commendent processum. Silentium quoque ipsum in quo est reliquarum uirtutum ocium, maximus actus uerecundiae est. Denique si aut infantiae putatur, aut superbiae, probro datur: si uerecundiae, laudi ducitur. Tacebat in periculis Susanna, & grauius uerecundiae, quam uitae damnum esse putabat: nec arbitrabatur periculo pudoris tuendam salutem. Deo soli loquebatur, cui poterat casta uerecundia eloqui: refugiebat ora

intueri.

intueri uirorum. Est enim & in oculis uerecundia, ut nec uidere uiros foemina, nec uide-  
 ri uelit. Neque uero quisquam solius hanc laudem castitatis putet. Est enim uerecundia pu-  
 dicitiae comes, cuius societate castitas ipsa tutior est. Bonus enim regendae castitatis pu-  
 dor est comes: qui si se praetendat ad ea quae prima pericula sunt, pudicitiam temerari non  
 sinat. Hic primus in ipso cognitionis ingressu domini matrem commendat legentibus,  
 & tanquam testis locuples, dignam quae ad tale munus eligeretur, astruit: quod in cubicu-  
 Luc. 1 lo, quod sola, quod salutata ab angelo tacet, & mota est introitu eius, quod ad uirilis fe-  
 xus speciem peregrinam turbatur aspectus uirginis. Itaque quamuis esset humilis, prae ue-  
 recundia tamen non resalutauit, nec ullum responsum retulit, nisi ubi de suscipienda do-  
 mini generatione cognouit: ut qualitatem effectus disceret, non ut sermonem refelleret.  
 In ipsa quoque oratione nostra multum uerecundia placet, multum conciliat gratiae apud  
 Luc. 18 deum nostrum. Non ne haec pretulit publicanum, & commendauit eum qui nec oculos  
 audebat ad caelum leuare: Ideo iustificatur magis domini iudicio, quam ille pharisaeus,  
 quem deformauit praesumptio. Ideoque oremus in incorruptione quieti & modesti spiri-  
 tus, qui est ante deum locuples, ut ait Petrus. Magna igitur modestia, quae cum sit etiam  
 1. Petr. 3 sui iuris remissior, nihil sibi usurpans, nihil uindicans, & quodammodo intra uires suas con-  
 tractior, diues est apud deum, apud quem nemo diues. Diues est modestia, quia portio  
 dei est. Paulus quoque orationem deferri praecipit eum uerecundia & sobrietate. Primam  
 hanc & quasi praesentiam uult esse orationis futurae, ut non gloriatur peccatoris oratio: sed qua  
 si colore pudoris obducta, quo plus defert uerecundiae de recordatione delicti, eo ube-  
 rior meretur gratia. Est etiam in ipso motu, gestu, incessu, tenenda uerecundia. Habitus  
 Tull. lib. 1 de enim mentis, in corporis statu cernitur. Hinc homo cordis nostri absconditus, aut leuior,  
 offic. decori. aut iactantior, aut turbidior: aut contra grauior, & constantior, & purior, & maturior as-  
 stimatur. Itaque uox quaedam est animi, corporis motus. Meministis filij quendam amicum  
 cum sedulis se uideretur commendare officijs, hoc solo tamen in clerum a me non receptum,  
 quod gestus eius plurimum dedecet. Alterum quoque cum in clero reperissem, iussisse me  
 ne unquam praerem mihi, quia uelut quodam insolentis incessus uerbere oculos feriret  
 meos. Idque dixi, cum redderet post offensam muneri. Hoc solum excepi. Nec sefellit sen-  
 tentia. Vterque enim ab Ecclesia recessit: ut qualis incessu prodebatur, talis perfidia animi  
 demonstraretur. Namque alter Arianae infestationis tempore fidem deseruit, alter pecuniae  
 studio, ne iudicium subiret, sacerdotem se nostrum negauit. Lucebat in illorum incessu ima-  
 go leuitatis, species quaedam scurrarum percurfantium. Sunt etiam qui sensim ambulando  
 imitantur histrionicos gestus, & quasi quaedam fercula poporum, & statuarum motus nu-  
 tantium, ut quotienscunque gradum transferunt, modulos quosdam seruare uideantur. Nec  
 cursim ambulare honestum arbitror, nisi cum causa exigat alicuius periculi, uel iusta necessi-  
 tas. Nam plerumque festinantes anhelos uidemus torquere ora, quibus si causa desit festi-  
 nationis necessariae, nauus est iustae offensionis. Sed non de his dico, quibus rara prope-  
 ratio ex causa nascitur, sed quibus iugis & continua in naturam uertitur. Nec in illis ergo  
 tanquam simulachrorum effigies probo, nec in istis tanquam excussorum ruinas. Est etiam  
 gressus probabilis, in quo sit species autoritatis, grauitatisque pondus, tranquillitatis ue-  
 stigium, ita tamen si studium desit atque affectatio, sed motus sit purus ac simplex. Nihil enim  
 fucatum placet. Motum natura informet. Si quid sane in natura uitij est, industria emendet:  
 ut ars desit, non desit correctio. Quod si etiam ipsa spectantur altius, quanto magis cauen-  
 dum est, ne quid turpe ore exeat: Hoc enim grauius coinquinat hominem. Non enim ci-  
 bus inquinat hominem, sed iniusta obrectatio, sed uerborum obscenitas, Haec etiam uulgo  
 pudori sunt. In nostro uero officio, nullum uerbum quod inhoneste cadat, non incutiat  
 uerecundiam. Et non solum nihil ipsi indecorum loqui, sed ne aurem quidem debemus  
 Gen. 8 huiusmodi praebere dictis: sicut Ioseph ne incongrua suae audiret uerecundiae, ueste fugit  
 relicta: quoniam quem delectat audire, alterum loqui prouocat. Intelligere quoque quod tur-  
 pe sit, pudori maximo est. Spectare uero si quid huiusmodi fortuito accidat, quanti hor-  
 roris est? Quod ergo in alijs displicet, nunquid potest in seipso placere? Haec ipsa natura  
 nos docet, quae perfectae quidem omnes partes nostri corporis explicauit: ut & necessi-  
 tati consuleret, & gratiam uenustaret. Sed tamen eas quae decorae aspectu foret, in quibus  
 formae apex quasi in arce quadam locatus, & figurae suauitas, & uultus species emereret,  
 operan-

operādiq; usus esset paratior, obuias atq; apertas reliquit: eas uerò in quibus esset naturalis obsequiū necessitatis, ne deforme sui præberent spectaculū, partim tanquā in ipso amādauit atq; abscondit corpore, partim docuit & suauit tegendas. Nō ne igitur ipsa natura est magistra uerecūdiæ: Cuius exēplo modestia hominū (quā à modo scientiæ quid deceret appellatā arbitror) id quod in hac nostri corporis fabrica abditū reperit, operuit & textit: ut ostiū illud tegebat, quod ex transuerso faciendū in arca illa Noe iusto dicitur est: in qua uel ecclesiæ, uel nostri figura est corporis, per quod ostiū egerunt reliquæ ciborum. Ergo naturæ opifex, sic nostræ studuit uerecūdiæ, sic decorū illud & honestū in nostro custodiuit corpore, ut uelut ductus quosdā aquæ, exitus cuniculorū nostrorū post tergū relegaret, atq; ab aspectu nostro auerteret, ne purgatio uētris uisum oculorū offenderet. De quo pulchrè Apostolus ait: Quæ uidentur, inquit, mēbra corporis infirmiora, necessaria sunt. Et quæ putamus ignobiliora esse mēbra corporis, his abundantiorē hōnorē circūdamus: & quæ inhonesta sunt nostra, honestatē abundantiorē habēt. Etenim imitatione naturę industria auxit gratiā. Quod alio loco etiam altius interpreta ti sumus, ut non solū abscondamus ab oculis, uerūm etiā quæ abscondenda accepimus, eorum indicia ususq; membrorum suis appellationibus nuncupare indecorū putemus. Deniq; si casu aperiantur hæ partes, confundit uerecūdiā: si studio, impudētia aestimatur. Vnde & filius Noe Chā offensam retulit, quia nudatū uidens patrem risit. Qui autē operuerunt patrē, acceperūt benedictionis gratiā. Ex quo mos uetus & in urbe Roma, & in plerisq; ciuitatibus fuit, ut filij cum parentibus puberes, uel generi nō lauarent, ne paternæ reuerentiæ autoritas minuere: licet pleriq; se & in lauacro quantū possunt te gāt, ne uel illic ubi nudū totū est corpus, huiusmodi inuenta sit portio. Sacerdotes quoq; ueteri more, sicut in Exodo legimus, brachias accipiebāt, sicut ad Mosē dictū est à domino: Et facies illis brachias lineas, ut tegatur turpitudō pudoris. A lumbis usque ad femora erunt, & habebit eas Aaron & filij eius, cū intrabunt in tabernaculū testimoniij, & cū accedent sacrificare ad aram sancti, & non inducent super se peccatū, ne moriantur. Quod nonnulli nostrorum seruare adhuc feruntur, plerique spiritali interpretatiōne ad cautionem uerecūdiæ, & custodiam castitatis, dictum arbitrantur.

Gen. 39

1. Cor. 12

Gen. 9

Exs. 20

In omnibus actis uiriliter agendum, nec quicquam affectatum aut foemineum attentandum.

## Cap. XIX

Electauit me diutius in partibus demorari uerecūdiæ, quia ad uos loquebar, qui aut bona eius ex uobis recognoscitis, aut dāna ignoratis. Quæ cū sit omnibus ætatibus, personis, temporibus & locis apta: tamen adolentes, iuuenilesq; annos maxime decet. In omni autem seruandum ætate, ut deceat quod agas, & conueniat, & quadret sibi ordo uitæ tuæ. Vnde Tullius etiam ordinem putat in illo decoro seruari oportere: idq; positum dicit, in formositate, ordine: ornatu ad actionem apto, quæ difficile ait loquēdo explicari posse, & ideo satis esse, intelligi. Formositatem autem cur posuerit, non satis intelligo. quāuis ille etiā uires corporis laudet. Nos certe in pulchritudine corporis locum uirtutis non ponimus, gratiam tamen non excludimus: quia uerecūdiā & uultus ipsos solet pudore perfundere, gratioresq; reddere. Ut enim artifex in materia cōmodiore melius operari solet, sic uerecūdiā in ipso quoq; corporis decore plus eminet: ita tamē, ut etiā ipse nō sit affectatus decor corporis, sed naturalis, simplex, neglectus magis quā expetitus, non preciosis & albensibus adiutus uestimētis, sed cōmunibus: ut honestati uel necessitati nihil desit, nihil accedat nitore. Vox ipsa non remissa, nō fracta, nihil foemineū sonans, qualē multi grauitatis specie simulare consuerunt: sed formam quandā & regulam ac succum uirilem reseruans. Hoc est enim pulchritudinē uiuendi tenere, conueniētia cuiq; sexui & personæ reddere. Hic ordo gestorum optimus, hic ornatus ad omnem actionem accōmodus. Sed ut molliculum & inflectum, aut uocis sonum, aut gestum corporis non probo: ita neq; agrestem ac rusticū. Naturam imitemur. Eius effigies, formula disciplinę, forma honestatis est.

Tullius lib. 1  
de offic. dec.

Intemperantiū hominū consortia, mulierū quoq; commercia uitanda. Cap. XX

Abet sanè suos scopulos uerecūdiā, non quos ipsa inuehit, sed quos sepe incurrit, si intemperantiū incidamus consortia, qui sub specie iocunditatis uenenum infundunt bonis. Hi si assidui sint, & maxime in conuiuio, ludo,



ludo ac ioco, eneruant gravitatem illam virilem. Caueamus itaque ne dum relaxare animum uolumus, soluamus omnem harmoniam, quasi concentum quendam honorum operum. Vfus enim cito inflectit naturam. Vnde quam prudenter factis conuenire Ecclesiasticis, & maximè ministrorum officijs arbitror, declinare extraneorum conuiuia: uel ut ipsi hospitales sitis peregrinantibus, uel ut ea cautione nullus sit opprobrio locus. Conuiuia quippe extraneorum occupationes habent, tum etiam epulandi produnt cupiditatē. Surrepunt etiam fabulæ frequenter de seculo ac uoluptatibus, claudere aures non potes: prohibere, putatur superbiæ. Surrepunt etiam præter uoluntatē pocula. Melius est tuæ domui semel excuses, quam alienæ frequenter: & ut ipse sobrius surgas, tamen ex aliena insolentia condemnari non debet præsentia tua. Viduarum ac uirginum domos, nisi uisitandi gratia, iuniores adire non est opus: Et hoc cum senioribus, hoc est, uel cum Episcopo, uel si grauior est causa, cum presbyteris. Quid necesse est, ut demus secularibus obtrectandi locum? Quid opus est, ut illæ quoque uisitantes crebræ accipiant authoritatē? Quid si aliqua illarum forte labatur? Cur alieni lapsus subeas inuidiam? Quam multos etiã fortes illecebra decepit? Quanti non dederunt errori locum, & dederunt suspitioni? Cur non illa tempora quibus ab Ecclesia uacas, lectioni impendas? Cur non Christum reuifas, Christum alloquaris, Christum audias? Illum alloquimur cum oramus, illum audimus cum diuina legimus oracula. Quid nobis cum alienis domibus? Vna est domus, quæ omnes capit. Illi potius ad nos ueniant, qui nos requirunt. Quid nobis cum fabulis? Ministerium altaribus Christi, non obsequium hominibus deferendum recepimus. Humiles nos esse decet, mites, mansuetos, graues, patientes, modum tenere in omnibus, ut nullum uitium esse in moribus, uel tacitus uultus, uel sermo annunciet.

De iracundia reprimenda, & in alijs mitiganda.

Cap. XXI

**C** Aueatur iracundia: aut si præcaueri non potest, cohibeatur. Mala enim illex peccati, indignatio est: quæ ita animum perturbat, ut rationi non relinquat locum. Primum est igitur, si fieri potest, ut morum tranquillitas usu quodam affectione, proposito, in naturam uertatur. Deinde quoniam ita plerumque motus infixus est naturæ ac moribus, ut euelli atque euinci non queat: si præuideri potuerit, ratione reprimatur. Aut si prius occupatus fuerit animus ab indignatione, quam consilio prospici ac prouideri potuerit, ne occuparetur: meditare quomodo motum animi tui uincas, iracundiam temperes. Resiste iræ, si potes: cede, si non potes: quia scriptum est: Date locum iræ. *Rom. 12* *Gen. 27* Iacob fratri indignanti pie cessit: & Rebecca, id est, patientiæ instructus consilio, abesse maluit peregrinari, quam excitare fratris indignationem: & tunc redire, cum fratrem mitigatum putaret. Et ideo tantam apud deum inuenit gratiam. Quibus deinde obsequijs, quantis muneribus fratrem ipsum reconciliauit sibi, ut ille prærepte benedictionis non meminisset, meminisset delatæ satisfactionis: Ergo si præuenerit & præoccupauerit mentem tuam iracundia, & ascenderit in te, non relinquant locum tuum. Locus tuus patientia est, locus tuus sapientia est, locus tuus ratio est, locus tuus sedatio indignationis est. Aut si te contumacia respondentis mouerit, & peruersitas impulerit ad indignationem: si non potueris mitigare mentem, reprime linguam tuam. Sic enim scriptum est: Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Deinde inquire pacem, & sequere eam. Pacem illam sancti Iacob uide. Quanta primum sedatio animi? Si non præualueris, frenos linguæ impone tuæ: deinde, reconciliationis studium non prætermittas. Hæc Oratores seculi de nostris usurpata in suis posuere libris. Sed ille sensus huius habet gratiam, qui prior dixit. Vitemus ergo, aut temperemus iracundiam: ne sit eius aut in laudibus exceptio, aut in uitijs exaggeratio. Non mediocrem est, mitigare iracundiam: non inferius, quam omnino non commoueri. Hoc nostrum est, naturæ illud. Illæ denique commotiones in pueris innoxie sunt, quæ plus habent gratiæ, quam amaritudinis. Et si cito pueri inter se mouentur, facile sedantur, & maiori suauitate in se recurrunt. Nesciunt se subdole artificioseque tractare. Nolite hos contemnere pueros, de quibus dominus ait: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Itaque & ipse dominus, hoc est, dei uirtus, sicut puer cum malediceretur, non remaledixit: cum percuteretur, non percussit. Ita ergo te compara, ut quasi puer iniuriam non teneas, maliciam non exerceas: omnia à te innocenter proficiant. Non consideres quid ab alijs in te referatur.

referatur. Locum tuum serua, simplicitatem & puritatem tui peccatoris custodi. Noli respondere irato ad iracundiam eius, siue imprudenti ad imprudentiam eius. Cito culpa culpam excutit. Si lapides teras, nonne ignis erumpit? Ferunt Gentiles, ut in manus omnia uerbis extollere solent, Archyta Tarentini dictum Philosophi, quod ad uillicum suum dixerit: O te infelicem, quam te afflictarē, nisi iratus essem? Sed etiam David, & armatam dexteram in indignatione compresserat. Et quanto plus est non remaledicere, quam non uindictam in indignatione compresserat. Et quanto plus est non remaledicere, quam non uindictam in indignatione compresserat. Et quanto plus est non remaledicere, quam non uindictam in indignatione compresserat. Et quanto plus est non remaledicere, quam non uindictam in indignatione compresserat. Et quanto plus est non remaledicere, quam non uindictam in indignatione compresserat.

*1. Reg. 25*

Et bellatores aduersus Nabal ad ultionem paratos, Abigail deprecatione reuocauerat. Vnde aduertimus, tempestiuus quoque intercessionibus non solum cedere nos, sed etiam delectari oportere. Eousque autem delectatus est, ut benediceret interuenientem, quod ab studio uindictae reuocatus foret. Iam dixerat de inimicis suis: Quoniam declinauerunt in me iniquitates, & in ira molesti erant mihi. Audiamus, turbatus in ira quid dixerit: Quis dabit mihi pennas sicut colubae, & uolabo & requiescam? Illi ergo ad iracundiam prouocabant, hic tranquillitatem eligebat. Iam dixerat: Irascimini & nolite peccare. Mortalis magister, qui naturalem affectum inflectendum magis ratione doctrinae, quam extirpandum nouerat, Moralia docet. Hoc est: Irascimini ubi culpa est, cui irasci debetis. Non potest enim fieri, ut non rerum indignitate moueamur: alioquin non uirtus, sed lenitudo & remissio iudicatur. Irascimini ergo ita, ut a culpa abstineatis. Vel sic: Si irascimini, nolite peccare, sed uincite ratione iracundiam. Vel certe sic: Si irascimini, uobis irascimini, quia commoti estis, & non peccabitis. Qui enim sibi irascitur, quia cito commotus est, desinit irasci alteri. Qui autem uult iram suam iustam probare, plus inflamatur, & cito in culpam cadit. Melior est autem secundum Salomonem, qui iracundiam continet, quam qui urbem capit: quia ira etiam fortes decipit. Cauere igitur debemus, ne in perturbationes prius incidamus, quam animos nostros ratio componat. Exanimat enim mentem plerumque aut ira, aut dolor, aut formido mortis, & improviso percellit ictu. Ideo praueunire pulchrum est cogitatione, qua uolendo mentem exerceat, ne repentinis excitetur commotionibus, sed iugo quodam rationis & habentis constricta mitescat.

*Psal. 54**Psal. 4**Provey. 16*

De cogitationibus, & appetitu, & decoro sermonis in confabulando, & in disceptando.

Cap. XXII.

Vnt autem gemini motus, hoc est, cogitationum & appetitus: alteri cogitationum, alteri appetitus: non confusi, sed discreti & dispares. Cogitationes uerum exquirere, & quasi emolare muneris habent: appetitus ad aliquid impellit agendum atque excitat. Itaque ipso genere naturae suae & cogitationes tranquillitatem sedationis infundunt, & appetitus motum agendi excutit. Ita ergo informati simus, ut bonarum rerum subeat animum cogitatio, appetitus autem rationi obtemperet (si uere ut illud decorum custodiamus, animum uolumus intendere) ne rationem excludat rei aliquis affectus, sed ratio quid honestati conueniat, examinet. Et quoniam ad conseruationem decori spectare diximus, ut sciamus in factis dictis uel qui modus. prior autem ordo loquendi quam faciendi est. sermo in duo diuiditur, in colloquium familiare, & in tractatum disceptationemque fidei atque iustitiae. In utroque seruandum, ne sit aliqua perturbatio, sed tanquam mitis & placidus, & beneuolentiae plenus & gratia, sine ulla sermone ducatur contumelia. Absit pertinax in familiari sermone contentio: quaestiones enim magis excitare inanes, quam utilitatis aliquid afferre solet. Disceptatio sine ira, suauitas sine amaritudine sit, monitio sine asperitate, hortatio sine offensione. Et sicut in omni actu uitae id cauere debemus, ne rationem nimis animi motus excludat, sed teneamus consilij locum: ita etiam in sermone formulam eam tenere conuenit, ne aut ira excitetur, aut odium, aut cupiditatis nostrae, aut ignauiae aliqua exprimamus indicia. Sit igitur sermo huiusmodi de Scripturis maxime. Quid enim magis nos oportet loqui, quam de conuersatione optima, adhortatione obseruationis, disciplinaeque custodia. Habeat caput eius rationem & finis modum. Sermo enim tediosus iras excitat. Quam uero indecorum, ut cum omnis confabulatio habere soleat incrementum gratiae, habeat nauum offensionis. Tractatus quoque de doctrina fidei, de magisterio continentiae, de disceptatione iustitiae, de hortatione diligenti, non unus semper, sed ut se dederit lectio, nobis & arripiendus est: & pro ut possumus prosequendus: neque nimium prolixus, neque cito interruptus, ne uel fastidium derelinquat, uel desidia prodat atque incuriam. Oratio sit pur-

Ambr. To. I.

b ra, sim-

ra, simplex, dilucida, atque manifesta, plena grauitatis & ponderis: non affectata elegancia, sed non intermissa gratia.

Quod ioci quos philosophi ponunt inter officia, penitus ab ecclesia sint remouendi.

Cap. XXIII.

**M** Vlti præterea de ratione dicendi dant præcepta seculares uiri, quæ nobis prætereunda arbitror, ut de iocandi disciplina. Nam licet interdum honesta ioca ac suauia sint, tamen ab ecclesiastica abhorrent regula: quoniam quæ in scripturis sanctis non reperimus, ea quemadmodum usurpare possumus? Cauendum etiam in fabulis, ne inflectant grauitatē seuerioris propositi. Væ uobis qui ridetis, quia flebitis, ait dominus: & nos ridendi materiam requirimus, ut hic ridentes, illic fleamus? Non solum profusos, sed omnes etiam iocos declinandos arbitror: plenum tamen suauitatis & gratiæ sermonem esse, non indecorū. Nam de uoce quid loquar, quam simplicem & puram esse satis arbitror? Canoram autem esse, naturæ est, non industrie. Sit sanè distincta pronuntiationis modo, & plena succi uirilī, ut agrestem ac subrusticū fugiat sonum, non ut rithmum affectet scenicum, sed mysticum seruet.

De tribus quæ in uita actiua necessario sunt obseruanda, & quod appetitum rationi cedere conueniat.

Cap. XXIII.

**D** E ratione dicendi satis dictum puto: nunc de actione uitæ quid congruat, consideremus. Tria autem in hoc genere spectanda cernimus. Vnum, ut rationi appetitus nō reluctetur. Hoc enim solummodo possunt officia nostra illi decoro conuenire. Si enim appetitus rationi obediat, facile id quod deceat in omnibus officijs cōseruari potest. Deinde, ne maiore studio quam res ipsa est quæ suscipitur, uel minore, aut paruā magno ambitu suscepisse, aut magnā inferiore destituisse uideamur. Tertium de moderatione studiorum, operumq; nostrorū. De ordine quoq; rerum, & de opportunitate temporum, non dissimulandum puto. Sed primum illud quasi fundamentum est omnium, ut appetitus rationi pareat: secundum & tertium, idem est, hoc est, in utroq; moderatio. Vacat enim apud nos speciei liberalitas, quæ pulchritudo habetur, & dignitatis contemplatio. Sequitur de ordine rerum, & de opportunitate temporum. Ac per hoc tria sunt, quæ uideamus, utrū in aliquo sanctorū consummata possimus docere. Primum igitur ipse pater Abraham, qui ad magistratū futuræ successionis informatus & instructus est, iussus exire de terra sua, & de cognatione sua, & de domo patris sui, nonne multiplicitate necessitudinis perstrictus affectu, tamen appetitum rationi obedientem præbuit? Quem enim terræ suæ, cognationis, domus quoq; propriæ gratia, nō delectaret? Et hunc ergo mulcebat suorū suauitas, sed imperij cœlestis & remunerationis æternæ cōsideratio mouebat amplius. Nonne cōsiderabat uxore inbecillam ad labores, tenerā ad iniurias, decorā ad incentiua insolentiū, sine summo nō posse duci periculo? Et tamen subire omnia, quam excusare cōsultius iudicauit. Deinde cum descenderet in Aegyptū, monuit, ut diceret se sororem esse, non uxorem ipsius. Aduerte, quanti appetitus. Timebat uxoris pudori, timebat propriæ salutis, suspectas habebat Aegyptiorū libidines, & tamē præualuit apud eum ratio exequendæ deuotionis. Considerauit enim quod dei fauore ubiq; tutus esse posset: offenso autem domino, etiam domi non posset illæsus manere. Vicit igitur appetitū ratio, & obedientē sibi præstitit. Capto nepote, non perterritus, neq; tot regum turbatus populis, bellum repetijt: uictoria potitus, prædæ partem cuius ipse fuit author, recusauit. Promisso quoq; sibi filio, cum consideraret emortuū corporis sui uires depositas, sterilitatem coniugis, & supremā senectutem, etiam contra usum naturæ, deo credidit. Aduerte conuenire omnia. Appetitus nō defuit, sed repressus est: animus æqualis gerendis, qui nec magna pro uilibus, nec minora pro magnis duceret. Moderatio pro negocijs, ordo rerū, opportunitas temporū, mensura uerborū. Fide primus, iustitia præcipuus, in prælio strenuus, in uictoria non auarus, domi hospitalis, uxori sedulus. Sanctum quoque eius nepotem iacob delectabat domi securum degere, sed mater uoluit eum peregrinari, ut daret fraternæ iracundiæ locum. Vicit appetitum, consilij salubritas. Exul domo, profugus à parentibus, ubique tamen conuenientem mensuram negocijs tenuit, & temporibus opportunitatem referuauit. Acceptus domi parentibus, ut alter maturitate prouocatus obsequij benedictionem

Genes. 12

ibidem.

Genes. 14

Gen. 17. & 18

ditionem daret, alter amore pio propenderet. Fraternali quoque iudicio praelatus, cum cibum suum fratri cedendum putasset, delectabatur utique alimento secundum naturam, sed secundum pietatem cessit petito. Pastor, domino gregis fidus, socero gener sedulus, impiger in labore, in conuiuio parcus, in satisfactione praeuius, in remuneratione largus. Denique sic fraternam mitigauit iracundiam, ut cuius uerebatur inimicitias, adipisceretur gratiam. Quid de Ioseph loquar, qui utiq; habebat cupiditatem libertatis, & suscepit seruitij necessitatem? Quam subditus in seruitute, quam in uirtute constans, quam benignus in carcere, sapiens in interpretatione, in potestate moderatus, in ubertate prouidus, in fame iustus, ordinem laudis rebus adiungens, & opportunitatem temporibus, aequalitatem populis officij sui moderatione dispensans: Iob quoque iuxta secundis atque aduersis rebus irreprehensibilis, patiens, gratus deo, atque acceptus, uexabatur doloribus, sed se consolabatur. Dauid etiam fortis in bello, patiens in aduersis, in Hierusalem pacificus, in uictoria mansuetus, in peccato dolens, in senectute prouidus, rerum modos, uices temporum, per singularum sonos seruauit aetatum: ut mihi uideatur non minus uiuendi genere, quam canendi suauitate praedulcis moralem deo sui fuisse meriti cantilenam. Quod his uiris principalium uirtutum officium defuit: Quarum primo loco constituerunt prudentiam, quae in ueri inuestigatione uersatur, & scientiae plenioris infundit cupiditatem: secundo iustitiam, quae suum cuique tribuit, alienum non uendicat: utilitatem propriam negligit, ut communem aequitatem custodiat: Tertio fortitudinem, quae & in rebus bellicis excelsi animi magnitudine, & dominetur corporis, quae praestat uiribus: Quarto temperantiam, quae modum ordinemq; seruat omnium, quae uel agenda uel dicenda arbitramur.

immortalem.

Quod uirtutes quatuor principales, in patribus nostris non mediocriter

sint consummatae.

Cap. XXV

Haec forsitan aliquis dicat primo loco poni oportuisse, quoniam ab his quatuor uirtutibus nascuntur officiorum genera. Sed hoc artis est, ut primo officium definiatur, postea certa in genera diuidatur. Nos autem artem fugimus, exempla maiorum proponimus: quae neq; obscuritatem afferunt ad intelligendum, neque ad tractandum uersutias. Sit igitur nobis uita maiorum, disciplinae speculum, non caliditatis commentarium: imitandi reuerentia, non disputandi astutia. Fuit igitur in sancto Abraham primo loco prudentia, de quo dicit scriptura: Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Nemo enim prudens, qui deum nescit. Denique insipiens dixit: Quia non est deus. Nam sapiens non diceret. Quomodo enim sapiens, qui non requirit authorem suum, qui dicit lapidi, Pater meus es tu: qui dicit diabolo, ut Manichaeus, Author meus es tu? Quomodo sapiens Arrius, qui mauult imperfectum authorem habere atque degenerem, quam uerum atque perfectum? Quomodo sapiens Marcion atq; Eunomius, qui malunt deum malum quam bonum habere? Quomodo sapiens, qui deum suum non timet? Initium enim sapientiae, timor domini. Et alibi habes: Sapientes non declinant de ore domini, sed tractant in confessionibus suis. Simul quoque dicendo scriptura: Reputatum est ei ad iustitiam, alterius uirtutis ei gratiam detulit. Primum igitur nostri definiunt prudentiam in ueri consistere cognitione. Quis enim illorum ante Abraham, Dauid, Salomonem? Deinde iustitiam spectare ad societatem generis humani. Denique Dauid ait: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in aeternum. Iustus miseretur, iustus commodat. Sapienti & iusto, totus mundus diuitiarum est. Iustus communia pro suis habet, sua pro communibus. Iustus seipsum, priusquam alios accusat. Ille enim iustus, qui nec sibi parcat, & occulta sua latere non patitur. Vide quam iustus Abraham. In senectute suscepit filium per repromissionem, reposcenti domino negandum ad sacrificium (quamuis unicum) non putauit. Aduerte hic omnes uirtutes quatuor in uno facto. Fuit sapientiae, deo credere, nec filij gratiam anteferre authoris praecipio: fuit iustitiae, acceptum reddere: fuit fortitudinis, appetitum ratione cohibere. Ducebat hostiam pater, interrogabat filius, tentabatur affectus patrius, sed non uincebatur. Repetebat filius appellationem paternam, compungebat paterna uiscera, sed non minuebatur deuotionem. Accedit & quarta uirtus, temperantia. Tenebat iustus & pietatis modum, & executionis ordinem. Denique dum sacrificio necessaria uehit, dum ignem ad-

Ambr. To. 1.

b 2 let, dum

Genes. 25

Gen. 37

Gene. 15

Roma. 4

Psal. 25

Eccle. 1

Prouerb. 24

Genes. 15

iuxta 70. Graec. et lege uolunt.

100.

Roma. 4

Psal. 111.

Prouerb. 17

iuxta 70.

Prouerb. 18

Gene. 15. 8

18

Gene. 15

Gene. 22

let, dum filium ligat, dum gladium educit, hoc immolandi ordine meruit, ut filium reser-  
*Gene. 32* uaret. Quid sapientius sancto Iacob, qui deum uidit facie ad faciem, & meruit benedictio-  
 nem? Quid iustius, qui ea quae acquisierat, oblati muneribus cum fratre diuisit? Quid  
 fortius, qui cum deo luctatus est? Quid modestius, qui modestiam ita & locis & tempo-  
 ribus deferebat, ut filiae iniuriam mallet pretextere coniugio quam uindicare: eo quod in  
 ter alienos positus amoris potius consulendum, quam odia colligenda censebat? Noe  
*Ge. 6. 7. & 8* quam sapiens, qui tantam fabricauit arcam? Quam iustus, qui ad semen omnium reser-  
 uatus, solus ex omnibus & praeteritae generationis superstes est factus, & author futurae,  
 mundo potius & uniuersis magis quam sibi natus? Quam fortis, ut diluuium uinceret?  
 Quam temperans, ut diluuium toleraret: quando introiret, qua moderatione degeret,  
 quando coruum, quando columbam dimitteret, quando reciperet reuertentes, quando  
 exeundi opportunitatem captaret, agnosceret?

Quid in ueritatis inuestigatione seruandum sit.

Cap. XXVI

Taque tractant in ueri inuestigatione tenendum illud decorum: ut summo  
 studio requiratur quid uerum sit, non falsa pro ueris ducere, non obscuris ue-  
 ra inuoluere, non superfluis uel implexis atque ambiguis occupare animum.  
 Quid tam indecorum, quam uenerari ligna quae ipsi faciunt? Quid tam obscurum, quam  
 de Astronomia & Geometria tractare quod probant, & profundis aeris spacia metiri,  
 coelum quoque & mare numeris includere: relinquere causam salutis, erroris quaerere?  
 An non ille eruditus in omni sapientia Aegyptiorum Moyses probauit ista? Sed illam  
 sapientiam detrimentum & stultitiam iudicauit, & auersus ab ea, intimo deum quae-  
 siuit affectu: ideoque uidit, interrogauit, audiuit loquentem. Quis magis sapiens, quam ille  
 quem docuit deus, qui omnem sapientiam Aegyptiorum, omniumque artium poten-  
 tias operis sui uirtute euacuauit? Non hic incognita pro cognitis habebat, hisque temere  
 assentiebatur: quae duo in hoc maxime naturali atque honesto loco uitanda dicunt, qui  
 sibi nec contra naturam esse, nec turpe iudicant saxa adorare, & a simulacris auxilium  
 petere, quae nihil sentiant. Quanto igitur excelsior uirtus est sapientia, tanto magis eni-  
 tendum esse arbitror nobis, ut assequi eam possimus. Itaque ne quid contra naturam, ne  
 quid turpe atque indecorum sentiamus duo haec, id est, & tempus & diligentiam ad con-  
 siderationem rerum examinandi gratia conferre debemus. Nihil est enim magis quo ho-  
 mo caeteris animantibus praestet, quam quod rationis est particeps, causas rerum requi-  
 rit, generis sui authorem inuestigandum putat, in cuius potestate uitae necisque nostrae po-  
 testas sit, qui mundum hunc suo nutu regat, cui sciamus rationem esse reddendam no-  
 strorum actuum. Nihil est enim quod magis proficiat ad uitam honestam, quam ut cre-  
 damus eum iudicem futurum, quem & occulta non fallant, & indecora offendant, & ho-  
 nesta delectent. Omnibus igitur hominibus inest secundum naturam humanam uerum  
 inuestigare, quod ad studium cognitionis & scientiae trahit, & inquirendi infundit cu-  
 piditatem. In quo excellere uniuersis pulchrum uidetur, sed paucorum est assequi, qui  
 uoluendo cogitationes, consilia examinando, non mediocrem impendunt laborem,  
 ut ad illud beate honesteque uiuendum peruenire possint, atque operibus appropin-  
*Matth. 7* quare. Non enim qui dixerit, inquit, mihi domine, domine, intrabit in regnum caelo-  
 rum: sed qui fecerit ea quae dico. Nam studia scientiae sine factis, haud scio an etiam in-  
 uoluant magis.

Quod uirtutes quatuor ita perplexae sint, ut ab inuicem separari nequeant. Ca. XXVII

Tullius. lib. 1.  
 de Origine ho-  
 nesti ex qua-  
 tuor fontibus.  
 Proverb. 17.

Rimus igitur officij fons, prudentia est. Quid enim tam plenum officij, quam  
 deferre auctori studium atque reuerentiam? Qui tamen fons & in uirtutes de-  
 riuatur caeteras. Neque enim potest iustitia sine prudentia esse, cum exami-  
 nare quid iustum, quid uel in iustum sit, non mediocri prudentiae sit. Summus in utroque  
 error. Qui enim iustum iudicat iniustum, iniustum uero iustum, execrabilis erit apud deum.  
 Ut quid abundant iustitiae imprudentis? Salomon ait. Neque iterum prudentia sine iusti-  
 tia est. Pietas enim in deum, initium intellectus. Quo aduertimus, illud ab huius seculi  
 translatum magis quam inuentum sapientibus, quia pietas fundamentum est omnium  
 uirtutum. Iustitiae autem pietas est prima in deum, secunda in patriam, tertia in parentes  
 item in omnes: quae & ipsa secundum naturae est magisterium. Siquidem ab ineunte aetate  
 ubi pri-

ubi primum sensus infundi cœperit, uitam amamus tanquam dei munus, patriam parentesq; diligimus, deinde æquales quibus sociari cupimus. Hinc charitas nascitur quæ alios sibi præfert, non quærens quæ sua sunt, in quibus est principatus iustitiæ. Omnibus quoque animantibus innascitur, primum salutem tueri, cauere quæ noceant, expetere quæ profint: ut pastum, ut latibula, quibus se à periculis, imbribus, sole defendant, quod est prudentiæ. Succedit quoque ut omnium genera animantium, congregabilia natura sint: primo generis sui ac formæ consortibus, tum etiam cæteris: ut uideamus boues armentis, equos gregibus, & maximè pares paribus delectari: ceruos quoq; ceruis, & plerumq; hominibus adiungi. Iam de procreandi studio & sobolis, uel etiam generantium amore, quid loquar, in quo est forma iustitiæ præcipua? Liqueat igitur & has & reliquas cognatas sibi esse uirtutes. Siquidem & fortitudo quæ uel in bello tuetur à Barbaris patriam, uel domi defendit infirmos, uel à latronibus socios, plena sit iustitiæ: & scire quo consilio defendat atq; adiuuet, captare etiam temporum & locorū opportunitates, prudentiæ ac modestiæ sit: & quū temperantia ipsa sine prudentia modum scire non possit, opportunitatem noscere, & secundū mensuram reddere, sit iustitiæ. Et in omnibus istis magnanimitas necessaria sit, & quædam fortitudo mentis, plerumq; & corporis, ut quis quod uelit, possit implere.

Primum quod philosophi dicunt & secundum iustitiæ munus apud nos excludi, tertium uerò à nostris mutuatum.

Cap. XXVIII

Vsitiã igitur ad societatem generis humani, & ad communitatem refertur.

I Societatis enim ratio diuiditur in duas partes, iustitiã & beneficentiã: quam eandem liberalitatem & benignitatem uocant. Iustitiã mihi excellentior uidetur, liberalitas gratior. Illa censuram tenet, ista bonitatem. Sed primum ipsum quod putant philosophi iustitiæ munus, apud nos excluditur. Dicunt enim illi eam primam esse iustitiæ formã, ut nemini quis noceat, nisi lacessitus iniuriã. Quod Euangelij auctoritate uacuatur. Vult enim scriptura, ut sit in nobis spiritus filij hominis, qui uenit conferre gratiam, non inferre iniuriã. Deinde formam iustitiæ putauerunt, ut quis communita, id est publica pro publicis habeat, priuata pro suis. Nec hoc quidem secundum naturam. Natura enim omnia omnibus in commune profudit. Sic enim deus generari iussit omnia, ut partus omnibus communis esset, & terra foret omnium quædam communis possessio. Natura igitur ius commune generauit, usurpatio ius fecit priuatum. Quo in loco aiunt placuisse Stoicis, quæ in terris gignantur, omnia ad usus hominum creati: homines autem hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se alijs prodesse possint. Unde hoc, nisi de nostris scripturis dicendum sumpserunt? Moyses enim scripsit, quia dixit deus: Faciamus hominem ad imaginem nostram, & habeat potestatem piscium maris, & uolatilium cœli, & pecorum, & omnium reptantium super terram. Et Dauid ait: Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues uniuersas insuper & pecora campi, uolucres cœli, & pisces maris. Ergo omnia subiecta esse homini de nostris didicerunt, & ideo censent propter hominem esse generata. Hominem quoque hominis causa generatum esse in libris Moysi reperimus, dicente domino: Non est bonum esse hominem solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Ad adiumentum ergo mulier data est uiro, quæ generaret: ut homo homini adiumento foret. Denique antequam mulier formaretur, dictum est de Adam: Non est inuentus adiutor similis illi. Adiumentum enim homo nisi de homine habere non poterat. Ex omnibus igitur animantibus nullum animal simile, & ut absolute dicamus, nullus adiutor hominis inuentus est. Muliebris igitur sexus adiutor expectabatur. Ergo secundum dei uoluntatem, uel naturæ copulam, inuicem nobis esse auxilio debemus, certare officijs ac uelut in medio omnes utilitates ponere, & ut uerbo scripturæ utar, adiumentum ferre alter alteri, uel studio, uel officio, uel pecunia, uel operibus, uel quolibet modo, ut inter nos societatis augeatur gratia, nec quisquam ab officio uel periculi terrore reuocetur: sed omnia sua ducat, uel aduersa uel prospera. Denique sanctus Moyses pro populo, patriæ bella suscipere grauiã non reformidauit, nec regis potentissimi trepidauit arma, nec barbaricæ immanitatis expauit ferociã: sed abiecit salutem suam, ut plebi redderet libertatem. Magnus itaque iustitiæ splendor, quæ alijs potius nata quam sibi, communitatem & societatem nostram adiurat,

excelsitatem tenet, ut suo iudicio omnia subiecta habeat, opem alijs ferat, pecuniam conferat, officia non abnuat, pericula suscipiat aliena. Quis nō cuperet hanc uirtutis arcem tenere nisi prima auaricia infirmaret atq; inflecteret tantæ uirtutis uigorem? Etenim dū augere opes, aggerare pecunias, occupare terras possessionibus cupimus, præstare diuitijs: iustitiæ formam exuimus, beneficentiam communem amittimus. Quomodo enim potest iustus esse, qui studet eripere alteri, quod sibi querat? Potentiæ quoque cupiditas, formam iustitiæ uirilem effœminat. Quomodo enim potest pro alijs interuenire, qui alios sibi subiicere conatur? & infirmo aduersus potentes opem ferre, qui ipse grauem libertati affectat potentiam?

Iustitiam & fidem hostibus etiã exhibendam.

Cap. XXIX

Vanta autem iustitia sit, ex hoc intelligi potest, quod nec locis, nec personis, nec temporibus excipitur, quæ etiã hostibus referatur: ut si constitutus sit cum hoste aut locus aut dies prælio, aduersus iustitiam putetur, aut loco præuenire, aut tempore. Interest enim utrum aliquis pugna aliqua & conflictu graui capiat, an superiore gratia, uel aliquo euentu. Siquidem uehementioribus hostibus & infidis, & his qui amplius læserint, uehementior refertur ultio: ut Madianitis, qui per mulieres suas plerōque peccare fecerant ex plebe Iudæorum, unde & dei in populum patrum iracundia effusa est. Et ideo factum est, ut nullum Moyses uictor superesse patetur. Gabaonitas autem qui fraude magis quam bello tentauerant plebem Patrum, non expugnaret Iesus, sed conditionis impositiæ afficeret iniuria: Syros uerò Helisæus quos oblidentes in ciuitatem duxerat momentaria cæcitate percussos, cum quò ingrederentur uidere non possent, uolenti regi Israel percutere non acquiesceret, dicens: Non percuties quos non captiuasti in lancea & in gladio tuo. pone eis panem & aquam ut manducent & bibant & remittantur, & eant ad dominum suū: ut humanitate prouocati, gratiam repræsenterent. Deniq; postea in terram Israel uenire piratæ Syriæ destiterunt. Si ergo in bello iustitia ualet, quanto magis in pace seruanda est? Et hanc gratiam Propheeta his detulit, qui ad eum corripiendū uenerant. Sic enim legimus: quod in obsidionem eius miserat rex Syriæ exercitum suū, cognito quod Helisæus esset, qui cōsilijs & argumentationibus eius obuiaret omnibus. Quem uidens exercitum Giezi seruus Propheeta, de salutis periculo trepidare cœpit. Cui dixit propheta: Noli timere, quoniam plures nobiscum sunt, quam cum illis. Et rogante propheta ut aperirentur oculi seruo suo, aperti sunt. Vidit itaq; Giezi totum montem equis repletum & curribus in circuitu Helisæi. Quibus descendentibus ait Propheeta: Percutiat dominus cæcitate exercitum Syriæ. Quo impetrato, dixit ad Syros: Venite post me, & ducam uos ad hominem quem queritis. Et uiderunt Helisæum, quem corripere gestiabant: & uidentes, tenere non poterant. Liqueet igitur etiã in bello fidem & iustitiam seruari oportere, nec ullum decorem esse posse, si uioletur fides. Denique etiã aduersarios molli ueteres appellatione nominabant, ut peregrinos uocarent. Hostes enim antiquo ritu peregrini dicebantur. Quod æque etiã ipsum de nostris assumptū docere possumus. Aduersarios enim suos Hebræi allophylos, hoc est, alienigenas, Latino appellabant uocabulo. Denique in libro Regnorum primo sic legimus: Et factum est in diebus illis, conuenerunt alienigenæ in pugnam ad Israel. Fundamentum ergo est iustitiæ, fides. Iustorum enim corda meditantur fidem: & qui se iustus accusat, iustitiam supra fidem collocat. Nam tunc iustitia eius apparet, si uera fateatur. Denique & dominus per Esaiam: Ecce, inquit, mitto lapidem in fundamentum Sion, id est, Christum, in fundamentum Ecclesiæ. Fides enim omnium, Christus. Ecclesia autem quædam forma iustitiæ est, commune ius omnium. In commune orat, in commune operatur, in commune tentatur. Deniq; qui se ipsum sibi abnegat, ipse iustus, ipse dignus Christo est. Ideo & Paulus fundamentū posuit Christū, ut supra eum opera iustitiæ locaremus: quia fides fundamentum est. In operibus autem aut malis iniquitas, aut boni iustitia est.

Tullius lib. 1  
quemadmodū  
ex beneficentia  
que iustitiæ cō-  
iuncta est offi-  
cia manent.

De beneficentia.

Cap. XXX

Ed iam de beneficentia loquamur, quæ diuiditur etiã ipsa in beneuolentiam & liberalitatem. Ex his igitur duobus constat beneficentia, ut sit perfecta. Non enim satis est beneuolle, sed etiã benefacere. Nec satis est iterum

benefacere

benefacere, nisi id ex bono fonte, hoc est, ex bona uoluntate proficiatur. Hilarem enim datorem diligit deus. Nam si inuitus facias, quæ tibi merces est: Vnde Apostolus generaliter inquit: Si uolens hoc ago, mercedem habeo: si inuitus dispensatio mihi credita est. In Euangelio quoque multas disciplinas accepimus iustæ liberalitatis. Pulchrum est igitur bene uelle, & eo largiri consilio, ut proſis, non ut noceas. Nam si luxurioso ad luxuriæ effusionem, adultero ad mercedem adulterij largiendum putes, non est beneficentia ista, ubi nulla est beneuolentia. Officere enim istud est, non prodesse alteri: si largiaris ei qui conspiret aduersus patriam, qui congregare cupiat tuo sumptu perditos, qui impugnet Ecclesiam. Non est hæc probabilis liberalitas, si adiuues eum qui aduersus uiduam & pupillos graui decernit iurgio, aut uel aliqua possessiones eorū eripere conatur. Non probatur largitas, si quod alteri largitur, alteri quis extorqueat: si iniuste quarat, & iuste dispensandum putet: nisi forte, ut ille Zachæus, reddas quadruplum prius ei quem fraudaueris: & gentilitatis uitia fidei studio & credentis operatione compenses. Fundamentum igitur habeat liberalitas tua. Hoc primum quaeritur, ut cum fide conferas, fraudem non facias oblati, ne dicas te plus conferre, & minus conferas. Quid enim opus est dicere: Fraus promissi est: in tua potestate est largiri, quod uelis. Fraus fundamentum soluit, & opus corrui. Num quid Petrus ita indignatione efferbuit, ut Ananiam extingui uellet, uel uxorem eius? Sed exemplo eorum noluit perire ceteros. Nec illa perfecta est liberalitas, si iactantiæ causa magis quam misericordiae largiaris. Affectus tuus notum imponit operi tuo. Quomodo à te proficiatur, sic aestimatur. Vides quam moralem iudicem habeas? Te consulit, quomodo opus tuum suscipiat, mentem tuam prius interrogat. Nesciat inquit sinistra tua, quid faciat dextra tua. Non de corpore loquitur, sed etiã uanitas tua, frater tuus quod facis nesciat: ne dum hic mercedem quaeris iactantiæ, illic remunerationis fructum amittas. Perfecta autem est liberalitas, ubi silentio quis tegit opus suum, & necessitatibus singulorū occulte subuenit: quæ laudat os pauperis, & non labia sua. Deinde perfecta liberalitas fide, causa, loco, tempore commendatur, ut primum opereris circa domesticos fidei. Grandis culpa, si sciẽte te fidelis egeat, si scias eum sine sumptu esse, fame laborare, arumnâ perpeti, qui praesertim egere erubescat: si in causam ceciderit, aut captiuitatis suorum, aut calumniæ, & non adiuues: si sit in carcere, & poenis & supplicijs propter debitum aliquod iustus excrucietur: (nam & si omnibus debetur misericordia, tamen iusto amplius) si tempore afflictionis suæ nihil à te impetret, si tempore periculi quo rapitur ad mortem, plus apud te pecunia tua ualeat, quam uita morituri. De quo pulchre Iob dixit: Benedictio perituri in me ueniebat. Personarum quidem deus acceptor non est, quia nouit omnia. Nos autẽ omnibus quidem debemus misericordiam. Sed quia plerique fraude eam quaerunt, & affingunt arumnam, ideo ubi causa manifestatur, persona cognoscitur, tempus urget, largius se debet profundere misericordia. Non enim auarus dominus est, ut plurimum quaerat. Beatus quidem qui dimittit omnia, & sequitur eum. Sed ille beatus est, qui quod habet ex affectu facit. Denique duo ara uiduæ illius diuitum, muneribus pretulit: quia totum illa quod habuit contulit, illi autem ex abundantia partem exiguam contulerunt. Affectus igitur diuitem collationem aut pauperem facit, & precium rebus imponit. Ceterum deus non uult simul effundi opes, sed dispensari: nisi forte ut Heliseus qui boues suos occidit, & pauit pauperes ex eo quod habuit, ut nulla cura teneretur domestica, sed relictis omnibus in disciplinã se prophetica daret. Est etiam illa probanda liberalitas, ut proximos seminis tui non despicias, si egere cognoscas. Melius est enim ut ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab alijs sumptum deprecari, aut alicui postulare subsidium necessitati, non tamen ut illi ditiores eo fieri uelint, quod tu potes conferre inopibus. Causa enim praestat, non gratia. Neque enim propterea te domino dicasti, ut tuos diuites facias, sed ut uitã tibi perpetuam fructu boni operis acquiras, & precio miserationis peccata redimas tua. Putant se parum poscere: precium tuum quaerunt, uitæ tuæ fructum adimere contendunt, & se iuste facere putant. Et accusat quod eum diuitem non feceris, cum te ille uelit eterne uitæ fraudare mercede: Consilium praemisimus, autoritatem petamus. Primum igitur neminem debet pudere, si ex diuite pauper fiat, dum largitur pauperi, quia Christus pauper factus est cum diues esset, ut nos sua inopia ditaret. Dedit regulam quam sequamur, ut

2. Corin. 9.

1. Corin. 9.

Luc. 19.

Act. 6.

Matth. 5.

Iob. 29.

Luc. 21.

3. Reg. 19.

2. Corin. 8.



- bona ratio sit exinaniti patrimonij, si quis pauperum famem repulit, inopiam subleuauit. Vnde & cōsilium in hoc do, Apostolus dicit: Hoc enim uobis utile est, ut Christum imitemini. Consilium bonis datur, corruptio errantes coercet. Deniq; quasi bonis dicit: **2. Corin. 8.** Qui non tantum facere sed & uelle cœpistis ab anno præterito. Perfectorum utrumq; est, non pars. Itaq; docet, & liberalitatem sine beneuolentiâ, & beneuolentiâ sine liberalitate non esse perfectam. Vnde ad perfectum hortatur dicens: Nunc ergo & facere consummate, ut quemadmodum prompta est in uobis uoluntas faciendi, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis. Si enim uoluntas prompta est, secundum id quod habet accepta est, non secundum id quod non habet. Non enim ut alijs refectio sit, uobis autem angustia, sed ex æqualitate in hoc tempore uestra abundantia sit ad illorum inopiam: ut & illorum abundantia sit ad uestram inopiam, ut fiat æqualitas, sicut scriptum est: Qui multum, non abundauit: & qui modicum non minorauit. Aduertimus quemadmodum & beneuolentiâ, & liberalitatem, & modum comprehendit, & fructum atq; personas. Ideo modum, quia imperfectis dabat consilium. Non enim patiuntur angustias, nisi imperfecti. Sed & si quis Ecclesiam nolens grauare in sacerdotio aliquo constitutus, aut ministro, non totum quod habet conferat, sed operetur cum honestate quatum officio sat est, non mihi imperfectus uideatur. Et puto quod hic angustiam non animi, sed rei familiaris dixerit. De personis autem puto dictum: ut uestra abundantia sit ad illorum inopiam, & illorum abundantia ad uestram inopiam: id est, ut populi abundantia sit bonæ operationis ad illorum subleuandam alendo inopiam: & illorum abundantia spiritalis, adiuet in plebe inopiam meriti spiritalis, et conferat ei gratiam. Vnde exemplum optimum posuit: Qui multum, non abundauit: & qui modicum, non minuit. Bene hortatur ad officium misericordiae omnes homines istud exemplum: quoniam & qui plurimum auri possidet, non abundat, quia nihil est quicquid in hoc seculo est: & qui exiguum habet non minuit, quia nihil est, quod amittit. Res sine dispendio est, quæ tota dispendiū est. Est etiam sic intellectus bonus. Qui plurimum habet, & si non donat, non abundat: quia quantumuis acquirat, eget semper, qui plus concupiscit. Et qui exiguum habet, non minuit, quia non multum est, quod pauperē pascit. Similiter ergo & ille pauper qui confert spiritalia pro pecuniarijs, & si plurimum habeat gratiæ, non abundat: non enim onerat gratia, sed alleuat mentem. Sed etiam sic potest intelligi: Non abundas o homo. Quantum est enim quod accepisti, etsi tibi multum est? Ioannes quo nemo maior est inter natos mulierum, inferior tamen erat eo qui minor est in regno cœlorū. Potest & sic intelligi: Non abundat dei gratia corporaliter, quia spiritalis est. Quis enim potest eius aut magnitudinem aut latitudinem comprehendere, quam non uidet? Fides si fuerit sicut granum sinapis, montes trāsferre potest, & non tibi datur ultra granū sinapis. Si in te abundet gratia, est uerēdum ne mens tua tanto munere incipiat extolli: quia multi sunt qui ab altitudine cordis sui grauius corruerūt, quam si nullam habuissent dei gratiam. Et qui parum habet, non minuit, quia non est corporeum ut diuidatur: & quod parum uideatur habenti, plurimum est cui nihil deest. Cōsideranda etiam in largiendo etas atq; debilitas, nonnunquam etiam uerecundia, quæ ingenuos prodit natales: ut senibus plus largiaris, qui sibi labore iam non queunt uictū quærere. Similiter & debilitas corporis: & hæc iuanda promptius. Tum si quis ex diuite cecidit in egestatem, & maxime si non uitio suo: sed aut latrocinij, aut prosc̄ptione, aut calumnijs quæ habebat, amisit. Sed forte dicat aliquis: Cæcus uno loco sedet & præteritur, & iuuenis ualidus frequenter accipit. Verum est, quia obrepit propter importunitatem. Non est illud iudicij, sed tædij. Nam & dominus ait in Euangelio de eo qui iam clauserat ostium suum, si quis ostium eius procacius pulsset, quia surgit & dat illi propter importunitatem.

De reddendo beneficio.

Cap. xxxi

**P**UICHrum quoq; est, propensioem eius haberi rationem, qui tibi aut beneficium aliquod aut munus contulit, si ipse in necessitatem incidit. Quid enim tam contra officium, quam non reddere, quod acceperis? Nec mensura parum sed uberiore reddendum arbitror, & usum pensandum beneficij: ut tanto subuenias, quanto eius ærumnam repellas. Etenim superiorem non esse in referendo quam in conferendo beneficio, hoc est minorem esse: quoniam qui prior contulit, tempore superior est, huma-

est, humanitate prior. Vnde imitanda nobis est in hoc quoque natura terrarum, quae susceptum semine multiplicationi solet numero reddere quam acceperit. Ideo tibi scriptum: Sicut agricultura est homo insipiens, & tanquam vinea homo egens sensu. Si reliqueris eum desolabitur. Sicut agricultura ergo etiam sapiens, ut tanquam foenerata sibi maiore mensura semina suscepta restituat. Terra ergo aut spontaneos fructus germinat, aut creditos uberiore cumulo refundit ac reddit. Vtrumque debes quodam hereditario usu parentis, ne relinquantis sicut infocundus ager. Esto tamen ut aliquis excusare possit quod non dederit, quomodo excusare potest quod non reddiderit? Non dare cuiquam uix licet, non reddere uero non licet. Ideo pulchre Salomon ait: Si federis cenare ad mensam potentis, sapienter intellige ea quae apponuntur tibi: & mitte manum tuam, sciens quod oportet te talia preparare. Si autem insatiabilis es, noli concupiscere escas eius, haec enim obtinent uitam falsam. Quem nos imitari cupientes, sententias scripsimus. Conferre gratiam, bonum est: at qui referre nescit, durissimus. Humanitatis exemplum ipsa terra suggerit. Spontaneos fructus ministrat quos non seueris, multiplicatum quoque reddit, quod acceperit. Negare tibi pecuniam numeratam non licet, quomodo licet acceptam non referre gratiam? In Prouerbijs quoque habes, quod ita plurimum redhibitio ista gratiae apud deum consuevit ualere, ut etiam in die ruinae inueniat gratiam, quando possunt preponderare peccata. Et quid alijs utar exemplis, cum dominus ipse remuneratione uberiorem sanctorum meritis in Euangelio polliceatur, atque exhortetur ut operemur bonum opus, dicens: Dimittite, & dimittetur uobis: date, & dabitur uobis: mensuram bonam, commotam, supereffluentem dabunt in sinum uestrum? Itaque & illud conuiuium Salomonis, non de cibis, sed de operibus est bonis. Quo enim melius epulantur animi quam bonis factis? Aut quid aliud tam facile potest iustorum explere mentes, quam boni operis conscientia? Qui autem iocundior cibus, quam facere uoluntatem dei? Quem cibum sibi solum dominus abundare memorabat, sicut scriptum est in Euangelio: Meus cibus est, ut faciam uoluntatem patris mei, qui est in caelo. Hoc cibo delectemur, de quo ait propheta: Delectare in domino. Hoc cibo delectantur, qui superiores delectationes mirabili ingenio comprehenderunt, qui possunt scire, qualis sit illa munda & intelligibilis mentis delectatio. Edamus ergo panem sapientiae, & saturemur uerbo dei: quia non in solo pane, sed in omni uerbo dei uita est hominis facti ad imaginem dei. De poculo uero satis expresse dicit sanctus Iob: Sicut terra expectans pluuiam, sic & isti sermones meos.

Prouerb. 24.  
iuxta 70.

Prouer. 23.

Luc. 6.

Ioan. 4.

Psal. 36.

Deut. 8.  
Matth. 4:  
Gene. 1.  
Iob. 29:

Beneuolentiam liberalitate potiore esse.

Cap. XXXII

Vlterum est ergo ut diuinarum scripturarum humescamus alloquio, & quasi ros sic in nos dei uerba descendant. Cum igitur federis ad illam mensam potentis, intellige quis sit iste potens: & in paradiso delectationis positus, atque in conuiuio sapientiae collocatus, considera quae apponuntur tibi. Scriptura diuina, conuiuium sapientiae est: singuli libri, singula sunt fercula. Intellige prius quae habeantur in ferculis dapes, & tunc mitte manum: ut ea quae legis uel quae accipis a domino deo tuo, operibus exequaris, & collatam in te gratiam officijs representes: ut Petrus & Paulus, qui euangelizando uicem quandam largitori muneris reddiderunt, ut possint singuli dicere: Gratia autem dei sum id quod sum, & gratia eius in me egenam non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Alius ergo fructum accepti beneficii, ut aurum auro, argentum argento rependit: alius laborem: alius, haud scio an etiam locupletius, solum restituit affectum. Quid enim si reddendi nulla facultas suppetit? In beneficio reddendo plus animus quam census operatur: magisque praeponderat beneuolentia, quam possibilitas referendi muneris. Gratia enim in eo ipso quod habetur referi. Magna igitur beneuolentia, quae etiam si nihil conferat, plus exhibet: & cum in patrimonio nihil habeat, largitur pluribus: idque facit sine ullo sui dispendio, & lucro omnium. Et ideo praestat beneuolentia supra ipsam liberalitatem. Ditiior haec moribus, quam illa muneribus. Plures enim sunt qui indigent beneficio, quam qui abundant. Est autem beneuolentia coniuncta liberalitati, a qua ipsa liberalitas proficiscitur: cum largitatis affectum sequitur largiendi usus, est separata atque discreta. Vbi enim deest liberalitas, beneuolentia manet, communis quaedam parens omnium, quae amicitiam connectit & copulat: in consilijs fidelis, in prosperis laeta, in tristibus moesta, ut unusquisque beneuolentis se magis quam sapientis credat consilio: ut Da-

1. Corin. 13:

ut Da-

**1. Reg. 19.** ut Dauid cum esset prudentior, Ionathæ tamen iunioris consilijs acquiescebat. Tolle ex usu hominum beneuolentiam, tanquam solem e mundo tuleris, ita erit: quia sine ea usus hominum esse non potest, ut peregrinanti monstrare uiam, reuocare errantem, deferre hospitium, aquam de aqua profluenti dare, lumen de lumine accedere. Non igitur mediocris uirtus, de qua sibi plaudebat Iob dicens: Foris autem non habitabat hospes, ianua mea omni uenienti patebat. Beneuolentia itaque in his est omnibus, tanquam fons aquæ reficiens sitiētem: tanquam lumen quod etiam in alijs luceat, nec illis delit, qui de suo lumine alijs lumen accenderint. Est etiam illa beneuolentię liberalitas, ut si quod habes debitoris chirographum, scindens restituas, nihil à debitore cōsecutus debiti. Quod exemplo sui facere nos debere Iob sanctus admonet. Nam qui habet, non mutuatur: qui non habet, non liberat syngrapham. Quid igitur etiam si ipse non exigas, auaris hæredibus reseruas, quam potes cum beneuolentię laude sine damno pecunię representare? Atque ut plenius discutiamus, beneuolentiã à domesticis primùm profecta personis, id est, à filijs, parentibus, fratribus, per cōiunctionum gradus in ciuitatum peruenit ambitum, & de paradiso egressa mundū repleuit. Denique cum in uiro & fœmina beneuolētem deus posuisset affectum, dixit: Erunt ambo in una carne, & in uno spiritu. Vnde se Eua serpenti credidit: quoniam quæ beneuolentiam acceperat, esse maleuolentiã non opinabatur.

Beneuolentiã in ecclesia maximè, & earundem uirtutum hominibus perseverare.

Cap. XXXIII

**A** Ugetur beneuolentiã cœtu Ecclesię, fidei consortio, initiandi societate, percipiendæ gratię necessitudine, mysteriorum communionem. Hęc enim etiam appellationes necessitudinum, reuerentiam filiorum, auctoritatem & pietatem patrum, germanitatem fratrum sibi uindicant: Multum igitur ad cumulandam spectat beneuolentiã necessitudo gratiã: Adiuuant etiam parium studia uirtutum. Si quidem beneuolentiã etiam morum facit similitudinem. Denique Ionathas filius regis imitabatur sancti Dauid mansuetudinē, propter quod diligebat eum. Vnde & illud: Cum sancto sanctus eris, non solum ad conuersationem, sed etiam ad beneuolentiã deriuandum uidetur. Nam utique & filij Noe simul habitabant, & non erat in his morum concordia. Habitabant etiam in domo patria Esau & Iacob, sed discrepabant. Non enim erat beneuolentiã inter eos, quæ sibi præferret alterum: sed magis contentio, quæ præriperet benedictionem. Nam cum alter prædurus, alter mansuetus esset: inter dispares, mores & studia compugnantiã, beneuolentiã esse non poterat. Adde quia sanctus Iacob paternę degenerem domus uirtuti præferre non poterat. Nihil autem tam consociabile, quam cum æquitate iustitiã: quæ uelut compar & sociã beneuolentiã, facit ut eos quos pares nobis credimus, diligamus. Habet autem in se beneuolentiã etiam fortitudinem. Nam cum amicitia ex beneuolentiã fonte procedat, non dubitat pro amico grauiã uitæ sustinere pericula. Et si mala mihi, inquit, euenerint, per illum sustineo.

Laus beneuolentiã.

Cap. XXXIIII

**B** Eneuolentiã etiam gladium iracundiã extorquere consueuit. Beneuolentiã facit, ut amici uulnera utilia magis quam uoluntaria inimici oscula sint. Beneuolentiã facit, ut unus fiat ex pluribus: quoniã & si plures amici sint, unum fiunt, in quibus unus spiritus & una sententiã est. Simul aduertimus etiam correptiones in amicitia gratas esse, quæ aculeos habent, dolorem non habent. Compungimur enim censorijs sermonibus, sed beneuolentiã delectamur sedulitate. Ad summam, non omnibus eadem semper officia debentur, nec personarum semper, sed plerumque causarum & temporum praelationes sunt, ut uicinum quis interdum magis quam fratrem adiuuerit.

**Prouerb. 27.** Quoniam & Salomon dicit: Melior est uicinus in proximo, quam frater lōge habitans. Et ideo plerumque amici se beneuolentię quibusque cōmittit, quam fratris necessitudini. Tantum ualet beneuolentiã, ut plerumque pignora uincat naturæ.

De fortitudine, quam sine iustitiã uirtutem non esse manifestis declaratur indicijs.

Cap. XXXV

**S** Atis copiose iustitiã loco honesti naturam & uim tractauimus. Nunc de fortitudine tractemus, quæ uelut excelsior ceteris, diuiditur in res bellicas & domesticas. Sed bellicarum rerum studium à nostro officio iam alienum uidetur,

tur,

tur, quia animi magis quam corporis officio intendimus, nec ad arma iam spectat usus noster, sed ad pacis negocia. Maiores autem nostri, ut Iesus Naue, Hierobaal, Samson, Dauid summam rebus quoque bellicis retulere gloriam. Est itaque fortitudo uelut excellior ceteris, sed nunquam incomitata uirtus. Non enim seipsam committit sibi, alioquin fortitudo sine iustitia, iniquitatis materia est. Quo enim ualidior est, eo promptior est ut inferiorem opprimat: cum in ipsis rebus bellicis iusta bella an iniusta sint, spectandum putetur. Nunquam Dauid nisi laecessitus bellum intulit. Itaque prudentiam, fortitudinis comitem habuit in praelio. Nam & aduersus Goliath immani mole corporis uirum, singulari certamine dimicaturus, arma quibus oneraretur respuit. Virtus enim suis lacertis magis quam alienis integumentis nititur. Deinde eminus, quo grauius feriret, ictu lapidis hostem interemit: postea nunquam nisi consulto domino bellum adorsus est. Ideo in omnibus uictor praelijs, usque ad summam senectam manu promptus, bello aduersum Titanas suscepto, ferocibus bellator miscbatur agminibus, gloriae cupidus, incuriosus salutis. Sed non haec sola praecleara fortitudo est, sed etiam illorum gloriosam fortitudinem accipimus, qui per fidem magnitudine animi obstruxerunt leonum ora, extinxerunt uirtutem ignis, effugerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate fortes, qui non comitatu & legionibus succincti, communem cum multis uictoriam, sed nuda uirtute animi singularem de perfidis retulerunt triumphum. Quam insuperabilis Daniel, qui circa latera sua rugientes non expauit leones: Fremebant bestiae, & ille epulabatur.

1. Reg. 17.

Heb. 11.

Danic. 14.

Fortitudinem maxime in animo & contemptu rerum constare

labentium.

Cap. XXXVI

On igitur in uiribus corporis & lacertis tantummodo fortitudinis gloria est, sed magis in uirtute animi. Neque in inferenda, sed in depellenda iniuria lex uirtutis est. Qui enim non repellit a socio iniuriam si potest, tam est in uitio, quam ille qui facit. Vnde sanctus Moyses hinc prius orsus est tentamenta bellicae fortitudinis. Nam cum uidisset Hebraeorum ab Aegyptio iniuriam accipientem, defendit ita ut Aegyptium sterneret, atque in arena absconderet. Salomon quoque ait: Eripe eum qui ducitur ad mortem. Vnde igitur hoc uel Tullius, uel etiam Panætius, aut ipse Aristoteles transtulerint apertum est satis, quanquam etiam his duobus antiquior dixerit Iob: Saluum feci pauperem de manu potentis, & pupillum cui adiutor non erat, adiutori. Benedictio perituri in me ueniebat. Nonne hic fortissimus, qui tam fortiter pertulit impetus diaboli, & uicit eum in uirtute mentis suae? Neque uero de eius dubitandum fortitudine, cui dicit dominus: Accinge sicut uir lumbos tuos, suscipe altitudinem & uirtutem, omnem autem iniuriosum humiliato. Apostolus quoque ait: Habetis fortissimam consolationem. Est ergo fortis qui se in dolore aliquo consolatur. Et reuera iure ea fortitudo uocatur, quando unusquisque seipsum uincit, iram continet, nullis illecebris emollitur atque inflectitur, non aduersis perturbatur, non extollitur secundis, & quasi uento quodam, uariarum rerum circumfertur mutatione. Quid autem excelsius & magnificentiis, quam exercere mentem, afficere carnem & in seruitutem redigere, ut obediatur imperio, consilij obtemperet, ut in adeundis laboribus impigre exequatur propositum animi ac uoluntatem? Haec igitur prima uis fortitudinis, quoniam in duobus generibus fortitudo spectatur animi. Primo ut externa corporis pro minimis habeat, & quasi superflua despicienda magis quam expetenda ducat. Secundo, ut ea quae summa sunt, omnesque res in quibus honestas & illud *ωφειλον* cernitur, praecleara animi intentione usque ad effectum persequatur. Quid enim tam praeclearum, quam ut ita animum tuum informes, ut neque diuitias, neque uoluptates, neque honores in maximis constituas, neque in his studium omne conteras? Quod cum ita affectus animo fueris, necesse est ut illud honestum ac decorum praeponeendum putes, illique mentem ita intendas tuam, ut quicquid acciderit quo frangi animi solent, aut patrimonij amissio, aut honoris imminutio, aut obtretractatio infidelium, quasi superior, non sentias. Deinde ut te salutis ipsius pericula pro iustitia suscepta non moueant. Haec uera fortitudo est, quam habet Christi athleta: qui nisi legitime certauerit, non coronatur. An mediocre tibi uidetur praepceptum fortitudinis? Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio uero spem. Vide quot certamina: & una corona. Quod praepceptum non dat, nisi qui est confortatus in Chri-

Exod. 2.

Prouer. 24.

Iob. 29.

Iob. 40.

Heb. 6.

2. Tim. 2.

in Christo Iesu, cuius caro requiem non habebat. Afflictio undiq; foris pugnae, intus timores. Et quavis in periculis, in laboribus plurimis, in carceribus, in mortibus positus, animo tamen non frangebatur, sed praeliabatur, adeo ut potentior suis fieret infirmitatibus. Ita q; considera quemadmodum eos qui ad officia Ecclesiae accedunt, despicientiam rerum humanarum habere debere doceat. Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc uelut uiuentes de hoc mundo decernitis? Ne tetigeritis, ne attingeritis, ne gustaueritis, quae sunt omnia ad corruptelam ipso usu, Et infra: Si ergo surrexistis cum Christo, quae sursum sunt querite. Et iterum: Mortificate ergo membra uestra, quae sunt super terram. Et haec quidem adhuc omnibus fidelibus: tibi autem fili contemptum diuitiarum, prophanarum quoque & anilium fabularum suadet declinationem, nihil permittens nisi quod te exerceat ad pietatem: quia corporalis exercitatio nulli rei usui est, pietas autem ad omnia utilis. Exerceat ergo te pietas ad iustitiam, continentiam, mansuetudinem, ut fugias iuuenilia opera, confirmatus & radicans in gratia, bonum fidei subeas certamen: non te implices negocijs secularibus, quoniam deo militas. Etenim si is qui Imperatori militat, a susceptionibus litium, actu negotiorum forensium, uenditione mercium prohibetur humanis legibus: quanto magis qui fidei exercet militiam, ab omni usu negociationis abstinere debet, agelluli sui contentus fructibus, si habet: si non habet, stipendiorum suorum fructu: Si quidem bonus testis est, qui dicit: Iuuenis fui, & senui, & non uidi iustum derelictum, nec semen eius quaerens panem. Ea est enim tranquillitas animi & temperantia, quae neque studio quaerendi afficitur, neque egestatis metu angitur.

Mala aequanimiter toleranda, & interdum etiam declinanda. Cap. xxxvii

St etiam quae dicitur uacuitas animi ab angoribus: ut neq; in doloribus molliores simus, neq; in prosperis elatiores. Quod si hi qui ad capeffendam rempublicam adhortantur aliquos, haec praepcepta dant: quanto magis nos qui ad officium Ecclesiae uocamur, talia debemus agere quae placeant deo: ut & praetendat in nobis uirtus Christi: & ita simus nostro probati Imperatori, ut membra nostra arma iustitiae sint arma, non carnalia in quibus peccatum regnet, sed arma fortia deo, quibus peccatum destruat: Moriatur caro nostra, ut in ea omnis culpa moriatur: & quasi ex mortuis uiuentes, nouis resurgamus operibus ac moribus. Haec sunt plena honesti & decori officij stipendia fortitudinis. Sed in omnibus quae agimus, non solum quid honestum, sed etiam quid possibile sit quaeramus, ne forte aggrediamur aliquid quod non possimus exequi. Vnde nos tempore persecutionis de ciuitate in ciuitate concedere, imo ut ipsius uerbo utar, fugere, uult dominus: ne temere aliquis dum martyrij desiderat gloriam, offerat se periculis, quae fortasse caro infirmior aut remissior animus ferre ac tolerare non queat.

Quod prouidentia magnum munimen fortitudinis sit. Cap. xxxviii

Ec rursus propter ignauiam cedere quis ac deserere fidem debet metu periculi. Qua gratia praeparandus est animus, exercenda mens, stabilienda ad constantiam: ut nullis perturbari animus possit terroribus, nullis frangi molestijs, nullis supplicijs cedere. Quae difficile quidem sustinentur. Sed quia omnia supplicia grauiorum suppliciorum uincuntur formidine, ideo si consilio firmes animum tuum, nec a ratione discedendum putes, & proponas diuini iudicij metum, perpetui supplicij tormenta, potes animi subire tolerantiam. Hoc igitur diligentie est, ut quis ita se comparet: illud ingenij, si quis potest uigore mentis prauidere quae futura sunt, & tanquam ante oculos locare, quid possit accidere: & quid agere debeat, si ita acciderit, definire: interdum duo & tria simul uoluerit animo, quae conijciat, aut singula aut coniuncta accidere posse, & aut singulis aut coniunctis disponere actus quos intelligat profuturos. Fortis ergo est uiri, non dissimulare cum aliquid immineat, sed praetendere & tanquam explorare de specula quadam mentis, & obuiare cogitatione prouida rebus futuris, ne forte dicat postea: Ideo ista incidi, quia non arbitrabar posse euenire. Deniq; nisi explorantur aduersa, cito occupant. Ut in bello improuisus hostis uix sustinetur, & si impetratos inueniat facile opprimit: ita animum mala inexplorata plus frangunt. In his ergo duobus illa est animi excellentia, ut primum animus tuus bonis exercitatus cogitationibus, mundo corde quod uerum & honestum est uideat: Beati enim mundo corde, quia ipsi etiam

etiam deum uidebunt, atq; id quod honestum est, solum bonum iudicet. Deinde nullis perturbetur occupationibus, nullis cupiditatibus fluctuet. Neq; uerò id quisquam facile facit. Quid enim tam difficile, quàm despiciere tanquam ex arce aliqua sapientiae opes aliaq; omnia, quae plerisq; uidentur magna & praecelsa: Deinde ut iudicium tuum stabilitate ratione confirmes, & quae iudicaueris leuia, tanquam nihil profutura contempnas: Deinde, ut si quid acciderit aduersi, idq; graue & acerbum putetur, ita feras, ut nihil praeter naturam accidisse putes, cum legeris: Nudus sum natus, nudus exibo: quae dominus dedit dominus abstulit; & utiq; & filios amiserat & facultates: seruesq; in omnibus personam sapientis & iusti, sicut ille seruauit qui ait: Sicut domino placuit ita factum est, sit nomen domini benedictum. Et infra: Sicut una insipientium mulierum locuta es. Si bona suscepimus de manu domini, quae mala sunt non sustinebimus?

Iob. 1

Iob. 2

Fortitudinem aduersus omnia uitia dimicare debere, praecipue aduersus avaritiam.

## Cap. XXXIX

Non est igitur mediocris nec discreta à ceteris animi fortitudo, quae bellum cum uirtutibus gerat, sed quae sola defendat ornamenta uirtutum omnium, & iudicia custodiat, & quae inexpiabili praelio aduersus omnia uitia decernat, inuicta ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduersus uoluptates, dura aduersus illecebras, quibus aurem deferre nesciat, nec (ut dicitur) aure dicat, pecuniam negligat, avaritiam fugiat tanquam labem quandam, quae uirtutem effoeminet. Nihil enim tam contrarium fortitudini, quàm lucro uinci. Frequenter pulsus hostibus, inclinata in fugam aduersariorum acie, dum exuijs caesorum capitur praelator, inter ipsos quos strauit miserandus occubuit: & triumphis suis delectatae legiones dum spolijs occupantur, hostem in se reuocarunt qui fugerat. Fortitudo igitur tam immanem pestem repellat & protegat, nec tentetur cupiditatibus, nec frangatur metu: quia uirtus sibi constat, ut fortiter omnia persequatur uitia, tanquam uirtutis uenena: iracundiam uelut quibusdam propulset armis, quae tollit consilium, & tanquam aegritudinem uitet. Gloriae quoq; caueat appetentiam, quae frequenter nocuit immoderatus appetita, semper autem usurpata. Quid horum sancto Iob, ut in uirtute defuit, uel in uitio obrepit? Quomodo laborem aegritudinis, frigoris, famis pertulit? Quomodo despexit salutis periculum? Nunquid rapinis diuitiae coaceruatae, de quibus tanta inopibus affuebant? Nunquid avaritia, census, aut uoluptatis studia cupiditatesq; excitauit? Nunquid trium regum iniuriosa contentio, uel seruatorum contumelia in iram excussit? Nunquid gloria sicut leuem extulit, qui imprecabatur grauiam sibi, si unquam uel non uoluntariam celauisset culpam, uel reueritus esset multitudinem plebis, quo minus annunciarer eam in conspectu omnium? Neque enim consentaneae sunt uitae uirtutes, sed sibi constant. Quis igitur tam fortis, quàm sanctus Iob? Cui secundus ad iudicari potest, qui parem uix reperit?

Iob. 31

Virtutem bellicam nostris etiam non inusitatam.

## Cap. XL

Ed fortasse aliquos bellica defixos gloria tenet, ut putent solam esse praeliorum fortitudinem, & ideo me ad ista deflexisse, quia illa nostris deforet. Quam fortis Iesus Naue, ut uno praelio quinque reges captos sterneret cum populis suis: Deinde cum aduersum Gabaonitas surgeret praelium, & uereretur ne nox impediret uictoriam, magnitudine mentis & fidei clamauit: Stet sol: & stetit, dum uictoria consummaretur. Gedeon in trecentis uiris de ingenti populo & acerbo hoste reuexit triumphum. Ionathas adolescens uirtutem fecit in magno praelio. Quid de Machabaeis loquar? Sed prius de populo dicam patrum, qui cum essent parati ad repugnandum pro templo dei, & pro legitimis suis, dolo hostium die lacesitum sabbati, maluerunt uulneribus offerre nuda corpora quam repugnare, ne uiolarent sabbatum. Itaque omnes laetose obtulerunt morti. Sed Machabaei considerantes quod hoc exemplo gens omnis posset perire, sabbato etiam, cum ipsi in bellum prouocarentur, ulti sunt innocentium necem fratrum suorum. Vnde postea stimulatus rex Antiochus, cum bellum accenderet per duces suos Lysiam, Nicanorem, Geordiã, ita cum orientalibus suis & Assyrijs attritus est copijs, ut quadraginta & octo milia in medio campi à tribus milibus prosternerentur. Virtutem ducis Iudae Machabaei de uno eius milite considerate. Namq; Eleazarus cum supereminente ceteris elephantem lorica uestitum regia aduerteret, arbitratus

Iosue. 10  
Iudic. 71. Reg. 14  
1. Mach. 2

1. Mach. 6

quòd in eo esset rex, cursu concito in medium legionis se proripuit, & abiecto clypeo utraq; manu interficiebat bestiã, atq; intrauit sub eam, & subiecto gladio interemit eam. Itaq; cadens bestia oppressit Eleazarum, atq; ita mortuus est. Quanta igitur uirtus animi: primò, ut mortem non timeret: deinde, ut circumfusus legionibus inimicorũ, in confertos raperetur hostes, medium penetraret agmen, & contempta morte ferocior, abiecto clypeo, utraq; manu uulnerata molem bestiã subiret ac sustineret, post infra ipsam succederet, quo pleniori feriret ictu, cuius ruina inclusus magis quàm oppressus, suo est sepultus triumpho. Nec fefellerit opinio uirum, quamuis regius fefellerit habitus. Tanto enim uirtutis spectaculo defixi hostes, inermem occupatum incurfare non ausi, post casum ruentis bestiã sic trepidauerunt, ut impares se omnes unius uirtuti arbitrarentur. Deniq; rex Antiochus qui cum centum uiginti milibus hominum armatus uenerat & cum triginta duobus elephantis, ita ut ad ortum solis per singulas bestiãs uelut montes quidam armorum corusco tanquam lampadibus ardentibus refulgerent, unius territus fortitudine, pacem rogaret. Itaque Eleazarus heredem uirtutis suã pacem reliquit. Sed hæc triumphorum sint.

Fortitudinẽ non solum in uincendo, sed etiã plus in tolerando cõstare. Cap. XLII

Erũ quia fortitudo nõ solum secundis rebus, sed etiam aduersis probatur,

v spectemus Iudæ Machabæi exitum. Is enim post uictum Nicanorem regis

Demetrii duces, securior aduersus uiginti milia exercitus regis, cum non-

gentis uiris bellum adorsus, uolentibus his cedere ne multitudine opprimerentur, gloriosam magis mortem, quàm turpem fugam suasit: Ne crimen inquit nostrã relinquamus gloriã. Itaq; commisso prælio, cum à primo ortu diei in uesperam dimicaretur, dextrum cornu in quo ualidissimam manum aduertit hostium, aggressus facile auertit. Sed dum fugientes sequitur, à tergo uulneri locum præbuit: Ita gloriosorem triumphis mortem inuenit. Quid Ionathan fratrem eius attexam, qui cum parua manu aduersus exercitus regis pugnans, desertus à suis & cum duobus tantum relictus reparauit bellũ, auertit hostem, fugitantes suos ad societatem reuocauit triumphi: Habes fortitudinem bellicam, in quo non mediocris honesti ac decori forma est, quod mortem seruituti præferat ac turpitudini. Quid autem de martyrum dicam passionibus? Et ne longius euagemur, non minorem de superbo rege Antiocho Machabæi pueri reuexerunt triumphũ, quàm parentes proprii: Siquidẽ illi armati, isti sine armis uicerunt. Stetit inuicta septem puerorum cohors, regis cincta legionibus: defecerunt supplicia, cesserunt tortores, non defecerunt martyres. Alius corium capitis exutus, speciem mutauerat, uirtutem auxerat. Alius linguam iussus amputandam promere, respondit: Non solos dominus audit loquentes, qui audiebat Moysen tacentem. Plus audit tacitas cogitationes suorũ, quàm uoces omniũ. Lingua flagellũ times, flagellũ sanguinis nõ times: Habet & sanguis uocem suã, qua clamat ad deum, sicut clamauit in Abel. Quid de matre loquar, quæ spectabat læta filiorũ quot funera tot trophæa, & morientẽ uocibus tanq; psallentiũ cantibus delectabatur, pulcherrimã uentris sui citharã in filiis cernẽs, & pietatis harmoniã omni lyrã numero dulciore: Quid de bimulis loquar, qui ante palmam uictoriã acceperunt, quàm sensum naturæ: Quid de sancta Agne, quæ in duarum maximarum rerũ posita periculo, castitatis & salutis, castitatẽ protexit, salutem cum immortalitate commutauit: Non prætereamus etiam sanctum Laurentium, qui cum uideret Sixtum episcopũ suum ad martyrium duci, flere cœpit, nõ passionem illius, sed suam remansionem. Itaq; his uerbis appellare cœpit: Quo progredieris sine filio pater? Quò sacerdos sancte sine diacono properas? Nunquam sacrificium sine ministro offerre consueueras. Quid in me ergo displicuit pater? Num degenerem probasti? Experire certe, utrum idoneum ministrum elegeris. Cui commisisti dominici sanguinis consecrationem, cui consummandorũ consortium sacramentorum, huic consortium tui sanguinis negas? Vide ne periclitetur iudicium tuũ, dum fortitudo laudatur. Abiectio discipuli, detrimentũ est magistrũ. Quid quod illustres & præstantes uiri discipulorũ certaminibus magis quàm suis uincunt? Deniq; Abraham filium obtulit, Petrus Stephanũ præmisit. Et tu pater ostende in filio uirtutem tuam, offer quẽ erudisti, ut securus iudicij comitatu nobili peruenias ad coronã. Tunc Sixtus: Nõ ego te fili relinquo ac desero: sed maiora tibi debentur certamina. Nos

quasi

1. Mach. 6

2. Mach. 7

quasi senes leuiores pugnae cursum recipimus, te quasi iuuenem manet gloriosior de tyranno triumphus. Mox uenies, flere desiste, post triduum me sequeris. Inter sacerdotem & leuitam hic medius numerus decet. Non erat tuum sub magistro uincere, quasi adiutorem quareres. Quid consortium passionis meae expetis? Totam tibi hereditatem eius dimitto. Quid praesentiam meam requiris? Infirmi discipuli magistrum praecedant, fortes sequantur: uincant sine magistro, qui iam non indigent magisterio. Sic & Helias Helisaeum reliquit. Tibi ergo commendo nostrae uirtutis successionem. Talis erat contentio, digna sane, de qua certarent sacerdos & minister, quis prior pateretur pro Christi nomine. In fabulis ferunt tragicis, excitatos theatri magnos esse plausus, cum se Pylades Orestem diceret, Orestes, ut erat, Orestem se esse asseueraret: ille ut pro Oreste necaretur, Orestes ne Pyladem pro se pateretur necari. Sed illis non licebat uiuere, quod uterque esset parricidij reus: alter qui fecisset, alter qui adiuuisset. Hic Laurentium sanctum ad hoc nullus urgebat nisi amor deuotionis, tamen & ipse post triduum, cum illuso tyranno impositus super craticulam exureretur, Assum est, inquit, uersa & manduca. Ita animi uirtute uincebat ignis naturam.

Potestates non irritandas, & adulationibus non attendendum. Cap. XLII

Auendum etiam reor, ne dum aliqui nimia gloriae ducuntur cupiditate, insolentius abutantur potestatibus, & plerumque auersos a nobis animos Gentilium, in studia persecutionis excitent atque inflamment ad iracundiam. Ita que ut illi perseuerare possint, & supplicia uincere, quantos perire faciunt? Prospiciendum etiam, ne adulantibus aperiamus aurem. Emolliri enim adulatione, non solum fortitudinis non esse, sed etiam ignauiae uidetur.

De temperantia & eius partibus.

Cap. XLIII

Quoniam de tribus uirtutibus diximus, restat ut de quarta uirtute dicamus, quae temperantia ac modestia uocatur: in qua maxime tranquillitas animi, studium mansuetudinis, moderationis gratia, honesti cura, decoris consideratio spectatur & quaritur. Ordo igitur quidam uitae nobis tenendus est, ut a uerecundia prima quaedam fundamenta ducantur: quae socia ac familiaris est mentis placiditati, proteruitate fugitans, ab omni aliena luxu, sobrietatem diligit, honestatem fouet, decorum illud requirit. Sequatur conuersationis electio, ut adiungamur probatissimis quibusque senioribus. Namque ut aequalium usus dulcior, ita senum tutior est: qui magisterio quodam & ductu uitae colorat mores adolescentium, & uelut murice probitatis inficit. Namque si hi qui sunt ignari locorum, cum solertibus uiarum iter adoriri gestiunt, quanto magis adolescentes cum senibus debent nouum sibi iter uitae aggredi, quo minus errare possint, & a uero tramite uirtutis deflectere? Nihil enim pulchrius, quam eosdem & magistrorum uitae & testes habere. Quarendum est etiam in omni actu, quid personis, temporibus conueniat atque aetatibus, quid etiam singulorum ingenijs sit accomodum. Saepe enim quod alterum decet, alterum non decet. Aliud iuueni aptum, aliud seni: aliud in periculis, aliud in rebus secundis. Saltauit ante arcam domini Dauid, non saltauit Samuel. Nec ideo ille reprehensus, sed magis iste laudatus. Mutauit uultum coram rege, cui nomen Achis. At hoc si fecisset remota formidine quo minus cognosceretur, nequaquam leuitatis reprehensione carere potuisset. Saul quoque uallatus choro Prophetarum, etiam ipse prophetauit: & de solo quasi indigno memoratum est: Et Saul inter prophetas.

1. Reg. 6

1. Reg. 21

1. Reg. 10

1. Reg. 19

Officio sibi congruo quemque studere debere.

Cap. XLIII

Nusquisque igitur suum ingenium nouerit, & ad id se applicet, quod sibi aptum elegerit. Itaque, quid sequatur, prius consideret. Non solum nouerit bona sua, sed etiam uitia cognoscat: aequalemque se iudicem sui praebet, ut bonis intendat, uitia declinet. Alius distinguendae lectioni aptior: alius psalmo gratior: alius exorcizandis qui malo laborat spiritu sollicitior: alius sacrario opportunior habetur. Haec omnia spectet sacerdos & quid cuique congruat, id officij deputet. Quo etenim unumquemque suum ducit ingenium, aut quod officium decet, id maiore implet gratia. Sed id cum in omni uita difficile sit, tum in nostro actu difficilimum est. Amat enim unusquisque sequi uitam parentum. Denique plerique ad militiam feruntur, quorum militauerunt parentes, alij ad actiones diuersas. In Ecclesiastico uero officio nihil rarius inuenias, quam



eum qui sequatur institutum patris: uel quia graues deterrent actus, uel quia in lubrica aetate difficilius abstinentia: uel quia alacri adolescentiae uidetur uita obscurior: & ideo ad ea conuertuntur studia, quae plausibilia arbitrantur. Praesentia quippe plures quam futura praefertunt. Illi autem praesentibus, nos futuris militamus. Vnde quo praestantior causa, eo debet esse cura attentior.

De pulchro & honesto.

Cap. XLV

T Eneamus igitur uerecundiam, & eam quae totius uita ornatum attollit, modestiam. Non enim mediocre est rebus singulis modum seruare atque impartiri ordinem, in quo uere preluet illud quod decorum dicitur, quod ita cum honesto iungitur ut separari non queat. Siquidem & quod decet, honestum est: & quod honestum est, decet: ut magis in sermone distinctio sit quam in uirtute discretio. Differre enim ea inter se intelligi potest, explicari non potest. Et ut conemur aliquid eruere distinctio, honestas uelut bona ualetudo est, & quaedam salubritas corporis: decus autem tanquam uenustas & pulchritudo sit. Sicut ergo pulchritudo super salubritate ac ualitudine uidetur excellere, & tamen sine his esse non potest, neque ullo separari modo, quoniam nisi bona ualetudo sit, pulchritudo esse ac uenustas non potest: sic honestas decorum illud in se continet, ut ab ea profectum uideatur, & sine ea esse non possit. Velut salubritas igitur totius operis actusque nostri honestas est, & sicut species est decorum, quod cum honestate confusum, opinione distinguitur. Nam etsi in aliquo uideatur excellere, tamen in radice est honestatis, sed flore praecipuo, ut sine ea decidat, in ea floreat. Quid enim est honestas, nisi quae turpitudinem, quasi mortem fugiat? Quid uero inhonestum, nisi quod ariditatem ac mortem afferat? Viri tamen igitur substantia uirtutis, decorum illud tanquam flos emicat, quia radix salua est. At uero propositi nostri radice uitiosa, nihil germinat.

*Psal. 92* Habes hoc in nostris aliquanto expressius. Dicit enim Dauid: Dominus regnauit, decorum induit. Et *Roma. 13* Apostolus ait: Sicut in die, honeste ambulate. Quod Graece dicitur εὐχρηστῶς. Hoc autem proprie significat, bono habitu, bona specie. Deus ergo primum hominem cum conderet, bona habitudine, bona membrorum compositione formauit, & optimam ei speciem dedit, remissionem non dederat peccatorum: sed posteaquam renouauit eum spiritu, & infudit ei gratiam, qui uenerat in serui forma, & in hominis specie, assumpsit decorum redemptionis humanae. Et ideo dixit propheta: Dominus regnauit, decorum induit. Deinde alibi dicit: Te decet hymnus deus in Sion. Hoc est dicere. Honestum est, ut te timeamus, te diligamus, te precemur, te honorificemus. Scriptum est enim: Omnia uestra honeste fiant. Sed possumus & hominem timere, diligere, rogare, honorare: hymnus specialiter deo dicitur. Hoc tanquam excellentius ceteris credere est decorum, quod deferimus deo. Mulierem quoque in habitu ornato orare conuenit, sed specialiter eam decet orare uelatam, & orare promittentem castitatem per bonam conuersationem.

Quod naturalia pulchra sint & honesta: Turpia uero contra naturam. Cap. XLVI

E St igitur decorum quod praeminet, cuius diuisio gemina est. Nam est decorum, quali generale, quod per uniuersitatem funditur honestatis, & quali toto spectatur corpore: est etiam speciale, quod in parte aliqua enitet. Illud generale ita est, ac si aequabilem formam atque uniuersitatem honestatis in omni actu suo habeat concinentem, cum omnis sibi eius uita consentit, nec in ulla aliqua re discrepat. Hoc speciale, cum aliquem actu in suis habet uirtutibus praeminentem. Simul illud aduerte, quod & decorum est, secundum naturam uiuere, secundum naturam degere, & turpe est quod fit contra naturam. Ait enim Apostolus quasi interrogans: Decet mulierem non uelatam orare deum? Nec ipsa natura nos docet. Quod uir quidem si comam habeat, ignominia est illi, quoniam contra naturam est. Et iterum dicit: Mulier uero si capillos habeat, gloria est illi. Est enim secundum naturam, quoniam quidem capilli pro uelamine sunt. Hoc est enim naturale uelamen. Personam igitur nobis & speciem natura ipsa dispensat quam seruare debemus: utinamque & innocentiam eius custodire possimus, nec acceptam nostram malicia mutaret. Habes hunc decorum generalem, quia fecit deus mundi istius pulchritudinem. Habes & per partes, quia cum faceret deus lucem, & diem noctemque distingueret, cum conderet coelum, cum terras & maria separaret, cum solem & lunam & stellas constitueret lucere super terram probauit singula. Ergo decorum hoc, quod in singulis mundi

mundi partibus elucebat, in uniuersitate resplenduit, sicut probat sapientia, dicens: Ego eram cui applaudebat, cum letaretur orbe perfecto. Similiter ergo & in fabrica humani corporis grata est uniuscuiusque membri portio. Sed plus in commune compositio membrorum apta delectat, quod ita sibi quadrare & conuenire uideantur.

Quarum passionum restrictione, pulchrum illud possit acquiri. Cap. XLVII

I quis igitur æquabilitatem uniuersæ uitæ, & singularem actionum modos seruet, ordinem quoque & constantiam dictorum atque operum, moderationemque custodiat, in eius uita decorum illud excellit, & quasi in quodam speculo elucet. Accedat tamen suauis sermo, ut conciliet sibi affectum audientium, gratumque se uel familiaribus, uel ciuibus, uel si fieri potest omnibus præbeat: neque adulantem se, neque adulandum cuiquam exhibeat. Alterum enim calliditatis est, uanitatis alterum. Non despiciat quid de se unusquisque, & maxime uir optimus sentiat. Hoc enim modo discit bonis deferre reuerentiam. Nam negligere bonorum iudicia, uel arrogantiæ, uel dissolutionis est: quorum alterum superbiæ ascribitur, alterum negligentia. Caveat etiam motus animi sui. Ipse enim sibi & obseruandus & circumspiciendus est: & ut aduersum se cauendus, ita etiam de se tuendus. Sunt enim motus, in quibus est appetitus ille, qui quasi quodam prorumpit impetu. Vnde Græce *ὄρμη* dicitur, quod ui quadam se repente proripiat. Non mediocris in his uis quædam animi atque naturæ est. Quæ tamen uis gemina est. Vna in appetitu, altera in ratione posita, quæ appetitum refrenet, & sibi obedientem præstat, & ducat quod uelit & tanquam sedulo magisterio edoceat quid fieri, quid uitari oporteat, ut bonæ dominatrici obtemperet. Solliciti enim debemus esse, ne quid temere aut incuriose geramus, aut quicquam omnino cuius probabilè non possumus ratione reddere. Actus enim nostri causa, etiam non omnibus redditur, tamen ab omnibus examinatur. Nec uero habemus, in quo nos possumus excusare. Nam etiam uis quædam naturæ in omni appetitu sit, tamen idem appetitus rationi subiectus est lege naturæ ipsius, & obedit ei. Vnde boni speculatoris est, ita prætereundum animo, ut appetitus neque præcurrat rationem neque deserat: ne præcurrendo perturbet atque excludat, eamque deserendo destituat. Perturbatio tollit constantiam, destitutio prodit ignauiam, accusat pigritiam. Perturbata enim mente latius se ac longius fundit appetitus, & tanquam efferato impetu frenos rationis non suscipit, nec ulla sentit aurigæ moderamina, quibus possit reflecti. Vnde plerumque non solum dum animus exagitur, amittitur ratio, sed etiam inflammatur uultus, uel iracundia, uel libidine: pallefcit timore, uoluptate se non capit, & nimia gestit lætitia. Hæc cum fiunt, abiicitur illa naturalis quædam censura, grauitasque morum: nec teneri potest illa quæ in rebus gerendis atque consilijs sola potest auctoritatem suam, atque illud quod deceat tenere, constantia. Grauior autem appetitus ex indignatione nimia nascitur, quam acceptæ plerumque accendit iniuriæ dolor. De quo satis nos Psalmi quem in præfatione posuimus, præcepta instruunt. Pulchre autem & hoc accidit, ut scripturi de officijs, ea præfationis nostræ assertionem uteremur, quæ & ipsa ad officij magisterium pertineret.

De tribus generibus hominum iniurias accipientium.

Cap. XLVIII

Ed quia supra, ut oportebat, perstrinximus, quemadmodum unusquisque cauere possit ne excitetur accepta iniuria, uerentes ne præfatio prolixior fieret, nunc de eo uberius disputandum arbitror. Locus enim opportunus est, ut in partibus temperantiæ dicamus, quemadmodum reprimatur iracundia. Tria itaque genera esse hominum iniuriam accipientium, in Scripturis diuinis demonstrare uolumus si possumus. Vnum est eorum quibus peccator insultat, conuicitur, inequitat. Iis quia deest iustitia, pudor crescit, augetur dolor. Horum similes plurimi de meo ordine, de meo numero. Nam mihi infirmo si quis iniuriam facit, forsitan, licet infirmus, donem iniuriam meam. Si crimen obijciat, non sum tantus, ut sim contentus conscientia mea, etiam si me eius obiecti alienum nouerim, sed cupio abluere ingenii pudoris notam, tanquam infirmus. Ergo oculo pro oculo & dentem pro dente exigo, & conuictum conuictio rependo. Si uero is sum qui proficiam, & si nondum perfectus, non retorqueo contumeliã: & si influat ille conuictijs, & inundet aures meas contumelijs, ego taceo, & nihil respondeo. Si uero perfectus sum (uerbi gratia loquor, nã ueritate infirmus sum) si ergo perfectus sum, bene

Deut. 19

1. Corin. 4 dico maledicentē, sicut benedicebat & Paulus, qui ait: Maledicimur & benedicimus.  
 Matth. 5 Audierat enim dicentem: Diligite inimicos uestros, orate pro calūniantibus & persequē-  
 tibus uos. Ideo Paulus persecutionem patiebatur & sustinebat, quia uincebat & mitiga-  
 bat humanū affectū proposita mercedis gratia, ut filius dei fieret, si dilexisset inimicum.  
 Tamē & sanctū Dauid in hoc quoq; genere uirtutis imparē Paulo nō fuisse edocere pos-  
 sumus: Qui primò quidē cū malediceret ei filius Semei, & crimina obijceret, tacebat  
 2. Reg. 16 & humiliabatur, & silebat à bonis suis, hoc est, bonorū operū conscientia: deinde expe-  
 tebat maledici sibi, quia maledictio illo diuinā exquirebat misericordiā. Vide autē quo-  
 modo & humilitatē & iustitiā & prudentiā emerendā à domino gratiē reseruauerit. Pri-  
 mo dicit: Ideo maledicit mihi, quia dominus dixit illi, ut maledicat. Habes humilitatem:  
 quia ea quæ diuinitus imperabantur, æquanimiter quasi feruulus ferenda arbitrabatur.  
 Iterum dicit: Ecce filius meus qui exiuit de uentre meo, quærit animā meam. Habes iu-  
 stitiam. Si enim à nostris grauiora patimur, cur indigne ferimus quæ inferuntur ab alienis?  
 Tertio ait: Dimitte illum ut maledicat, quoniam dixit illi dominus, ut uideat humili-  
 ationem meam, & retribuet mihi dominus pro maledictio hoc. Nec iam solum con-  
 uitiāntem pertulit, sed etiam lapidantem & sequentem illæsum reliquit, quinetiam post  
 uictoriā petenti ueniā libenter ignouit. Quòd eo inserui, ut Euangelico spiritu sanctum  
 Dauid non solum inoffensum, sed etiā gratū fuisse conuitiānti docerem, & delectatum  
 potius quam exasperatū iniurijs, pro quibus mercedē sibi reddendā arbitrabatur. Sed ta-  
 men quamuis perfectus, adhuc perfectiora quærebat. Incalescebat iniuriæ dolore quasi  
 homo, sed uincebat spiritu, quasi bonus miles. Tolerabat quasi athleta fortis: patientiæ  
 autē finis, promissorū expectatio, & ideo dicebat: Notum fac mihi domine finem meū,  
 & numerum dierum meorum, qui est, ut sciam quid desit mihi. Finem illum quærit pro-  
 missorum cœlestium, uel illum, quando unusquisq; surget suo in ordine, primitiæ Chri-  
 1. Corin. 15 stus, deinde hi qui sunt Christi, qui in aduentum eius crediderunt, deinde finis. Tradito  
 enim regno deo & patri, & euacuatis omnibus potestatibus, ut Apostolus dixit, perfe-  
 ctio incipit. Hic ergo impedimentum, hic infirmitas etiā perfectorum, illic plena perfe-  
 ctio. Ideo & dies illos requirit uitæ æternæ qui sunt, non qui prætereunt, ut cognoscat  
 quid sibi desit, quæ terra sit repromissionis, perpetuos fructus ferens, quæ prima apud  
 patrem mansio, quæ secunda, quæ tertia, in quibus pro ratione meritorum unusquisq; re-  
 quiescit. Illa ergo nobis expectanda in quibus perfectio, in quibus ueritas est. Hic umbra,  
 hic imago, illic ueritas. Umbra in lege, imago in Euangelio, ueritas in cœlestibus. Ante  
 agnus offerebatur, offerebatur uitulus, nunc Christus offertur: sed offertur quasi homo  
 quasi recipiēs passionem, & offert seipse quasi sacerdos, ut peccata nostra dimittat. Hic  
 in imaginē, ibi in ueritate, ubi apud patrem pro nobis quasi aduocatus interuenit. Hic  
 ergo in imagine ambulamus, in imagine uidemus: illic facie ad faciem, ubi plena perfe-  
 ctio omnis in ueritate est.

## De uanitate calcanda.

## Cap. XLIX

Ergo dum hic sumus, seruemus imaginem, ut ibi perueniamus ad ueritatem.  
 Sic in nobis imago iustitiæ, sit imago sapientiæ, quia ueniemus ad illū diem,  
 & secundum imaginem æstimabimur. Non inueniat in te aduersarius imagi-  
 nem suam: non rabiem, non furorem. In his enim imago nequitiae est. Aduersarius enim  
 1. Petri. 5 diabolus sicut leo rugiens quærit, quem occidat, quem deuoret. Non inueniat aurī cupi-  
 ditatem, non argenti aceros, non uitiorum simulacra, ne auferat tibi uocem libertatis.  
 10. 1. 14 Vox enim libertatis illa est, ut dicas: Veniet huius mundi princeps, & in me inueniet ni-  
 hil. Itaq; si securus es, quòd nihil in te inueniat, cū uenerit perscrutari, dices illud quod di-  
 xit ad Labā Iacob patriarcha: Cognosce si quid tuorū apud me est. Merito beatus Iacob,  
 1. Gene. 31 apud quē nihil Laban suum potuit reperire. Abscōderat enim Rachel simulachra deo-  
 rum eius aurea & argentea. Itaq; si sapientia, si fides, si contemptus seculi, si gratia tua ab-  
 scondat omnem perfidiā, beatus eris, quia non respicis in uanitates & infanias falsas. An  
 mediocre est tollere uocē aduersario, ut arguendi te nō possit habere autoritatē? Itaq;  
 qui non respicit in uanitates, non conturbatur. qui enim respicit, conturbatur, & uanissi-  
 me quidē. Quid est enim congregare opes, nisi uanū? quia caduca quæerere, uanū est fa-  
 tis. Cū autem congregaueris, qui scias, an possidere liceat tibi? Nonne uanum est ut  
 mercator

mercator noctibus ac diebus conficiat iter, quo aggerare possit thesauri acervos, merces congerat, conturbetur ad precium, ne forte minoris uendat quam emerit, aucupetur locorum precia, & subito aut latrones in se inuidia famose negociationis excitet, aut non expectatis serenioribus flatibus, dum lucrum quaerit, naufragium impatiens morae incidat. An non conturbatur etiam ille uanè, qui summo labore coaceruat, quod nesciat cui heredi relinquat. Sæpe quod avarus summa congefferit sollicitudine, præcipiti effusione dilapidat hæres luxuriosus: & diu quaesita, turpis helluo, præsentium cæcus, futuri improvidus, quadam absorbet uoragine. Sæpe etiam speratus successor inuidiam partem acquirat hereditatis, & celeri obitu extraneis adita successione transcribit compendiam. Quid ergo uanè araneam texis, quæ inanis & sine fructu est: & tanquam casses sumpendis inutiles diuitiarum copias, quæ & si fluant, nihil profunt, imò exuunt te imaginem dei, & induunt terreni imaginem? Si tyranni aliquis imaginem habeat, nonne obnoxius est damnationi? Tu deponis imaginem æterni Imperatoris, & erigis in te imaginem mortis. Eijce magis de ciuitate animæ tuæ imaginem diaboli, & attolle imaginem Christi. Hæc in te fulgeat in tua ciuitate, hoc est in anima resplendeat, quæ obliterat uiciorum imagines. De quibus ait Dauid: Domine, in ciuitate tua, ad nihilū deduces imagines eorum. Cum enim depinxerit illam Hierusalem dominus ad imaginē suam, tunc aduersariorum omnis imago delebitur.

Psal. 72.

Quod officiorum gratia ministros altaris maxime deceat, quod testimonio

Leuitici comprobatur.

Cap. L

Quod si Euangelio domini etiam populus ipse ad despicientiam opum informatus atque institutus est: quanto magis uos Leuitas oportet terrenis non teneri cupiditatibus, quorum deus portio est? Nam cum diuideretur à Moyse possessio terrena patrum populo, excepit Leuitas dominus à terrenæ possessionis consortio, quod ipse illis esset funiculus hereditatis. Vnde ait Dauid: Dominus pars hereditatis meæ & calicis mei. Denique sic appellatur Leuita, ipse meus, uel ipse pro me. Magnū ergo munus eius, ut de eo dominus dicat, ipse meus. Vel quemadmodū Petro dixit de statere in ore piscis reperto: Dabis eis pro me & pro te. Vnde & Apostolus cum episcopum dixisset debere esse sobrium, pudicum, ornatum, hospitalem, docibilem, non atrium, non litigiosum, domui suæ bene prepositum: addidit, diaconos similiter oportet esse graues, non bilingues, non multo uino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum, & sic ministrent, nullum crimen habentes. Aduertimus quanta in nobis requirantur. Ut abstinens sit à uino minister Domini, ut testimonio bono fulciatur, non solum fidelium, sed etiam ab his qui foris sunt. Decet enim actuum operumque nostrorum testem esse publicam existimationem & attestacionem, ne derogetur muneris: ut qui uidet ministrum altaris congruis ornatu uirtutibus, auctorē predicet, & dominum ueneret, qui tales serulos habeat. Laus enim domini, ubi munda possessio, & innocens familiae disciplina. De castimonia autem quid loquar, quando una tantum, nec repetita permittitur copula? Et in ipso ergo coniugio lex est, non iterare coniugium, nec secundæ coniugis sortiri coniunctionem. Quod plerisque ministrationis prerogatiuam impedimenta generentur, cum etiam delicta obesse non soleant, si lauacri remissa fuerint sacramento. Sed intelligere debemus, quia in baptismo culpa dimitti potest, lex aboleri non potest. In coniugio non culpa, sed lex est. Quod culpe est igitur in baptismo relaxatur: quod legis est, in coniugio non soluitur. Quomodo autem potest hortator esse uiduitatis, qui ipse coniugia frequentauerit? Inoffensum autem exhibendum & immaculatum ministerium, nec ullo coniugali coitu uiolandum cognoscitis, qui integro corpore, incorrupto pudore, alieni etiam ab ipso consortio coniugali, sacri ministerij gratiam recepistis. Quod eo non praterij, quia in plerisque abditioribus locis cum ministerium gerent, uel etiam sacerdotium, filios susceperunt, & id tanquam usu ueteri defendunt, quando per interualla dierum sacrificium deferebatur, & tamen castificabatur etiam populus per bidduum aut triduum, ut ad sacrificium purus accederet, ut in Veteri testamento legimus: Et lauabat uestimenta sua. Si in figura tanta obseruantia, quanta in ueritate? Disce Sacerdos atque Leuita, quid sit lauare uestimenta

Exod. 19.

tua, ut mundum corpus celebrandis exhibeas sacramentis. Si populus sine ablutione uestimentorum suorum prohibebatur accedere ad hostiam suam, tu illotus mente pariter & corpore, audes pro alijs supplicare, audes pro alijs ministrare? Non mediocre officium

**Num. 3.** Levitarum, de quibus dicit dominus: Ecce eligo Levitas de medio filiorum Israel, pro omni primogenito aperiente uulvam in filijs Israel: redemptiones eorum erunt isti, & erunt mihi Levitæ. Mihi enim sanctificavi primogenitum in terra Ægypti. Cognovimus, quia non inter ceteros Levitæ computantur, sed omnibus preferuntur, qui eliguntur ex omnibus, & sanctificantur, ut primogenita fructuum atq; primitiæ quæ domino deputantur, in quibus est uotorum solutio, & redemptio peccatorum. Non accipies, inquit, eos inter filios Israel: sed constitues Levitas super tabernaculum testimonij, & super omnia uasa eius, altare & super quæcunq; sunt ipso. Ipsi tollant tabernaculum, & omnia uasa eius, & ipsi ministrent in eo, & in circuitu tabernaculi castra ipsi constituent, & promouendo: tabernaculum ipsi deponant Levitæ: & constituendo castra, rursum ipsum tabernaculum ipsi statuunt. Alienigena quicunq; accesserit, morte moriatur. Tu ergo electus ex omni numero filiorum Israel, inter sacros fructus quasi primogenitus æstimates, præpositus tabernaculo, ut præendas in castris sanctitatis & fidei, ad quæ si alienigena accesserit, morte morietur, positus ut operias arcam testamenti. Non enim omnes uident alta mysteriorum, quia operiuntur à Levitis: ne uideant qui uidere non debent, & sumant qui seruare nõ possunt. Moyses deniq; circumcisionem uidit spiritalem: sed operuit eam ut in signo circumcisionem præscriberet. Vidit & azyma sinceritatis & ueritatis, uidit passionem domini, operuit azymis corporalibus azyma ueritatis: operuit passionem domini, agni uel uituli immolatione. Et boni Leuitæ seruauerunt mysterium fidei suæ sub hoc tegmine, & tu mediocre putas, quod commissum est tibi? Primum ut alta dei uideas, quod est sapientiæ: deinde ut excubias pro populo deferas, quod est iustitiæ: castra defendas, tabernaculumq; tuearis, quod est fortitudinis: te ipsum continentem ac sobrium præstes, quod est temperantiæ. Hæc uirtutum genera principalia constituerunt etiam hi qui foris sunt, sed communitatis superiorem ordinem quam sapientiæ iudicauerunt, cum sapientiæ fundamentum sit, iustitiæ opus sit, quod manere non potest nisi fundamentum habeat. Fundamentum autem Christus est. Prima ergo fides, quæ est sapientiæ, ut Salomon dicit, secutus patrem, Initium sapientiæ timor domini. Et lex dicit: Diliges dominum deum tuum, diliges proximum tuum. Pulchrum est igitur, ut gratiam tuam atq; officia in societatem humani generis conferas. Sed primum illud decorum est, ut quod habes preciosissimum, hoc est, mentem tuam (qua nihil habes præstantius) deo deutes. Cum solueris authori debitum, licet ut opera tua in beneficentiam & adiumenta hominum conferas, atq; opem feras necessitatibus, aut pecuniâ, aut officio, aut etiam quocunq; munere: quod late patet in uestro ministerio. Pecuniâ, ut subuenias debito obligatum liberares: Officio, ut seruanda suscipias, quæ metuit amittere, qui deponenda credidit. Officium est igitur depositum seruare ac reddere. Sed interdum commutatio fit, aut tempore, aut necessitate, ut non sit officium reddere quod acceperis: Ut si quis contra patriam opem Barbaris ferens, pecuniâ apertus hostis reposcat, aut si cui reddas cum assit qui extorqueat, si furenti restituas cum seruare non queat, si insanientis gladium depositum non neges, quo se ille interimat, nõne soluisse contra officium est? Si furto quaesita sciens suscipias, ut fraudetur qui amiserat, nõne contra officium est? Est etiam contra officium nonnunquam soluere promissum, sacramentum custodire: ut Herodes, qui iurauit quoniam quicquid petitus esset, daret filiæ Herodiadis: & necem Ioannis præstitit, ne promissum negaret. Nam de Iepte quid dicam, qui immolauit filiam, quæ sibi uictori prima occurrerat, quo uotum impleret quod sponderat, ut quicquid sibi primum occurrisset, offerret deo? Melius fuerat nihil tale promittere, quam promissum parricidio soluere. Hæc quanti consilij sit prospicere, non ignoratis. Et ideo eligitur Levita, qui sacrarium custodiat, ne fallatur consilio, ne fidem deserat, ne mortem timeat, ne quid intemperantius gerat, ut specie ipsa grauitatem præferat: nec solum animum, sed etiam oculos continentes habere quem deceat, ne uel ipse frontem sobrietatis fortuitus uiolet occursum: Quoniam qui uiderit mulierem ad concupiscendam eam, adulterauit eam in corde suo. Ita adulterium nõ solum facti collusione, sed etiam aspectus intentione

**1. Corin. 3.**

**Ecl. 1.**

**Deut. 6.**

*Quando non sit reddendum depositum.*

**Matth. 14.**

**Judic. 11.**

**Matth. 5.**

intentione committitur. Magna hæc uidentur, ac nimis seuera, sed in magno munere non superflua, quando tanta est Leuitarum gratia, ut de his Moyses in benedictionibus diceret: Date Leui ueros eius, date Leui manifestos eius, date Leui sortem suffragij sui, & ueritates eius uiro sancto, quem tentauerunt in tentationibus, maledixerunt super aquam contradictionis. Qui dicit patri suo & matri suæ, non noui te: & fratres suos non cognouit, & filios suos abdicauit: hic custodit uerba tua, & testamentum tuum obseruabit. Illi ergo ueri eius, & manifesti eius, qui nihil in corde doli habeant, nihil fraudis occultent, sed uerba eius custodiant, & in corde suo conferant, sicut conferebat & Maria: qui suos parentes officio suo non nouerint preferendos, qui uiolatores oderint castitatis, pudicitia uiscantur iniuriam, nouerint officiorum tempora, quod maius, quod minus sit, quod cuius aptum sit tempori, & ut id solum sequantur quod honestum est. Sane ubi duo honesta, id quod honestius est, preponendum putent. Hi iure benedicti. Si quis ergo manifestet iustitias dei, & incensum ponat, benedic domine uirtutem ipsius, opera manuum eius suscipe, ut gratiam prophetica benedictionis inueniat apud eum qui uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

## CAPITVLA LIBRI SECVNDI OFFICIORVM.

- Honestate uitam acquiri beatam. Cap. I  
 Beatitudinem multis & diuersis modis philosophos aestimasse, sed iuxta nostros in cognitione diuina solummodo & bonis operibus constare. Cap. II  
 Omnia philosophorum apud nos argumenta uanescere, qui aut in sola rerum scientia, aut uoluptate, aut comoditate corporis & externa beatitudinẽ constituere. Cap. III  
 Beatitudinem doloribus & necessitatibus adipisci: Exempla de patribus. Cap. IIII  
 Quæ putantur bona plerumq; impedimento esse ad beatam & æternam uitam, & quæ mala, materias quasdam esse uirtutum & æternarum beatitudinum. Cap. V  
 De utili, non quaestioso illo, sed iusto & honesto. Cap. VI  
 Utilitatem præcipue fide & dilectione & æquitate metiendam: Exempla de Dauid & Moÿse, qui idcirco maxime diligebantur a populis, quia pro ipsis sese obiectarent periculis. Cap. VII  
 Consilia plurimum ad conciliationẽ ualere aliorũ, quod clauit in Salomone. Cap. VIII  
 Virtutes omnes indiuiduas, sed opinione uulgi seiunctas, nec tamen apud ipsum uulgus alteram sine altera comprobari, non solum a philosophis, sed plus etiam intimantur a nostris. Cap. IX  
 Mystica interpretatio super Salomone & regina Saba. Cap. X  
 Quod a probis uiris consiliũ sit requirendum: Exempla de patribus. Cap. XI  
 Improbos homines, licet prudentes uideantur, fugiendos. Cap. XII  
 Sapientiam uitiosos homines sibi uendicare non debere, quippe quæ nullum confortium cum uitijs potest habere. Cap. XIII  
 Quod prudentia omnibus uirtutib. sit associa, maxime in cupiditate calcãda. Cap. XIII  
 De liberalitate quæ non solum facultatum dispersione, sed & beneuolentia constat & consilio. Cap. XV  
 De sobrietate quæ & temperantia, in liberalitate seruanda: Exemplum de Ioseph & eius prudentissimo per interpretationem somnij consilio. Cap. XVI  
 Aqualis meriti uiro consiliũ sit requirendũ: Introducuntur Paulus & Ioseph. Cap. XVII  
 Quod mali consiliarij sepe fiant in ruinam: Introducitur Roboam consilio iuuenum deceptus. Cap. XVIII  
 Iustitia & beneuolentia & affabilitate non fucata plurimos posse conciliari. Cap. XIX  
 Ad commendationes hominum plurimum ualere si probatis adhæreant: Exempla de patribus: & dispares etiam ætate, uitæ delectari similitudine: Exemplum ponitur de Petro & Ioanne. Cap. XX  
 De laude miserationis & hospitalitatis, & malo prodigalitatis & inanis fauoris, & hoc maxime in sacerdotibus reprehenditur, qui omnia ornate & ordinate agere debent. Caput XXI  
 De modo inter remissionem & seueritatem conseruãdo, & quod simulata remissio grauiores

- uiores aliquando cauffas adoriatur: Exemplum de Absalon. Cap. xxii  
 Quòd pecunia redempti non diu fidem custodiant. Cap. xxiii  
 Bonis tantum artibus ad honores nitendum, maxime Ecclesiasticos, nec inferiores ordines simulatis uirtutibus episcopo derogare, nec item episcopum clero esse inuidum, sed iustum in omnibus maxime in iudicando. Cap. xxiiii  
 Fauores & beneficia plus pauperibus quam diuitibus eroganda, quia de eo quod diues forte dedignatur, pauper maximam tibi habet gratiam, & quòd beneficia non sola pecunia fiant. Cap. xxv  
 De malo auaritia: Exempla de Balaam, & Acham, Dalila. Cap. xxvi  
 De benignitate, & quòd excommunicatio tardius sit exerenda. Cap. xxvii  
 De bono compassionis, & quòd sacris ecclesiarum thesauris non sit parcendum tempore necessitatis: Exempli caussa inducitur Laurentius, & ipse Ambro. Cap. xxviii  
 Deposita uiduarum, imò omnium fidelium in ecclesia cum sui etià periculo conseruanda: Exemplum de Onia & Heliodoro, in seipso, & Ticinensi episcopo. Cap. xxix  
 Qui fugiendi, & qui sint in bono zelandi. Cap. xxx

## DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIO-

DIOLANENSIS OFFICIORVM LIBER II.

Honestate uitam acquiri beatam.

Cap. I



Matth. 6.

Luc. 23.

**SUPERIORE** libro De officijs tractauimus, quæ conuenire honestati arbitrabamur, in qua uitam beatam positam esse minime dubitabamus, quam scriptura appellat uitam æternam. Tantus enim splendor honestatis est, ut uitam beatam efficiant tranquillitas conscientia, & securitas innocentia. Et ideo sicut exortus sol, lunæ globum & cætera stellarum abscondit lumina: ita fulgor honestatis, ubi uero & incorrupto uibrat decore, cætera quæ putantur bona secundum uoluptatem corporis, aut secundum seculum clara & illustria, obumbrat. Beata plane, quæ non alienis aestimatur iudicijs, sed domesticis percipitur sensibus, tanquam sui iudex. Neque enim populares opiniones pro mercede aliqua requirit, neque pro supplicio pauet. Itaque quo minus sequitur gloriam, eo magis super eam eminet. Nam qui gloriam requirunt, his iam merces presentium, umbra futurorum est, quæ impedit uitam æternam: quod in Euangelio scriptum est: Amen dico uobis, receperunt mercedem suam, de his scilicet qui uelut tuba canendo uulgare liberalitatem suam quam faciunt circa pauperes, gestunt. Similiter & de ieiunio quod ostentationis causa faciunt. Habent, inquit, mercedem suam. Honestatis igitur est uel misericordiam facere, uel ieiunium deferre in abscondito: ut mercedem uidearis à solo deo tuo querere, non etiam ab hominibus. Nam qui ab hominibus querit, habet mercedem suam: qui autem à deo, habet uitam æternam, quam præstare non potest nisi author æternitatis, sicut illud est: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Vnde expressius scriptura uitam æternam appellauit eam, quæ sic sit beata, ut non hominum opinionibus aestimanda relinqueretur, sed diuino iudicio committeretur.

Beatitudinem multis & diuersis modis philosophos aestimasse, sed iuxta nostros in cognitione diuina solummodo & bonis operibus constare. Cap. II

Taque philosophi uitam beatam, alij in non dolendo posuerunt, ut Hieronymus: Alij in rerum scientia, ut Herillus: qui audiens ab Aristotele & Theophrasto mirabiliter laudatam esse rerum scientiam, solam eam quasi summum bonum posuit, cum illi eam quasi bonum, non quasi solum bonum laudauerint. Alij uoluptatem dixerunt, ut Epicurus: alij, ut Callipho, & post eum Diodorus, ita interpretati sunt, ut alter ad uoluptatem, alter ad uacuitatem doloris, consortium honestatis adiungerent, quòd sine ea non possit esse beata uita. Zenon Stoicus, solum & summum bonum quod honestum est: Aristoteles autem & Theophrastus & cæteri Peripaterici, in uirtute quidem, hoc est, in honestate uitam beatam esse, sed compleri eius beatitudinem etiam corporis uoluptatibus atque externis bonis asseruerunt. Scriptura autem diuina uitam beatam in

tam in cognitione posuit diuinitatis, & fructu bonæ operationis. Deniq; utriusq; assertionis Evangelicum suppetit testimoniū. Nam & de sciētia ita dicit dominus Iesus: Hęc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Et de operibus ita respōdit: Omnis qui reliquerit domum, uel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam æternā possidebit. Sed ne æstimetur hoc recens esse, & prius tractatum à Philosophis, quā in Euangelio prædicatum: anteriores Euangelio Philosophi, id est Aristoteles, & Theophrastus uel Zenōn atq; Hieronymus, sed posteriores propheta, accipiāt, quia longe antequam Philosophorum nomen audiretur, per os sancti Dauid utriq; aperte uideatur expressum. Scriptum est enim: Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Habemus & alibi: Beatus uir qui timet dominum, in mādatis eius cupiet nimis. Docuimus de cognitione, cuius præmium æternitatis fructum esse commemorauit, adijciens Propheta, quæ sint in domo huius timentis domini, uel eruditi in lege, & cupientis in mandatis diuinis: Gloria, inquit, & diuitia in domo eius, & iustitia eius manet in seculum seculi. De operibus quoq; in eodem psalmo subiunxit, uita æternæ suppetere præmium uiro iusto. Deniq; ait: Beatus uir qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in iudicio, quia in seculum non commouebitur. In memoria æterna erit iustus. Et infra: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternum. Habet ergo uitam æternam fides, quia fundamentū est bonum. Habent & bona facta, quia uir iustus & dictis & rebus probatur. Nam & si exercitatus sit in sermonibus, & desidiosus in operibus, prudentiam suam factis repellit: & grauius est scire quid facias, nec fecisse quod faciendum cognoueris. Contra quoq; strenuum esse in operibus, affectu infidum, ita est ac si uitioso fundamento pulchra culminum uelis eleuare fastigia: quod quo plus struxeris plus corruit: quia sine iunimēto fidei bona opera non possunt manere. Infida statio in portu nauem perforat, et arenosum solum cito cedit, nec potest impositæ edificationis sustinere onera. Ibi ergo plenitudo præmij, ubi uirtutum perfectio, & quædam in factis atq; dictis equalitas est sobrietatis.

Ioan. 17.  
Matth. 19.Psal. 93.  
Psal. 111.

Omnia philosophorum apud nos argumenta uanescere, qui aut in sola rerum scientia, aut uoluptate, aut commoditate corporis externa beatitudinem constituere.

## Cap. III

Quoniam sola rerum scientia explosa est, uel quasi inanis secundum philosophiæ disputationes superfluas, uel quasi semiperfecta sententia: considerare quam enodem de eo diuina scriptura absoluat sententiam, de quo tam multiplices & implicatas atq; cōfusas uidemus esse quæstiones philosophiæ. Nihil enim bonum scriptura nisi quod honestum asserit, uirtutemq; in omni rerum statu beatam iudicat, quæ neq; augeatur bonis corporis, uel externis, neq; minuatur aduersis: nihilq; beatum, nisi quod à peccato alienum sit, plenum innocentia, plenum gratia dei. Scriptum est enim: Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum, & in uia peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentia non sedit, sed in lege domini fuit uoluntas eius. Et alibi: Beati immaculati in uia, qui ambulant in lege domini. Innocentia igitur & scientia beatum faciunt. Bonæ quoq; operationis mercedem esse beatitudinem uitæ æternæ, superius aduertimus. Restat igitur, ut spreto patrocínio uoluptatis, aut doloris metu (quorum alterum quasi infractum & molliculum, alterum quasi euiratum & infirmum despuitur) in ipsis doloribus uitam beatam eminere demonstrarem. Quod facile doceri potest, cum legerimus: Beati estis, cum uobis maledicent & persequentur, & dicent omne malum aduersum uos, mentientes, propter iustitiam. Gaudete & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cælo. Sic enim persecuti sunt & prophetas ante uos. Et alibi: Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

Psal. 1.

Psal. 118.

Matth. 5.

Matth. 16.

Beatitudinem doloribus & necessitatibus adquiri: Exempla de patribus. Cap. IIII

St ergo beatitudo & in doloribus, quos plena suauitatis uirtus comprimere & coercet: ipsa sibi domesticis opibus abundans, uel ad conscientiam uel ad gratiam. Neq; enim parum beatus Moyses, cum Ægyptiorum uallatus populis, & mari clausus, per fluctus sibi & populo patrum, pedestre uiam pijs meritis inuenisset. Quando autem fortior, quā tunc erat, cum extremis circumuentus periculis, non

Exod. 14.

Heb. 11.



- Num. 16.** non desperabat salutem, sed exigebat triumphum? Quid Aaron, quando se beatiorem credidit, quam tunc quando medius stetit inter uiuos ac mortuos, & obiectu sui statuit mortem, ne ad uiuorū trāfiret agmina, à cadaveribus mortuorū? Quid de puero Daniele loquar, qui tam sapiēs erat, ut inter leones fame exasperatos, nulla bestialis sauitiæ formidine frangeretur: ita alienus à metu ut posset epulari, nec uereretur ne ad pastū exemplo sui feras prouocaret? Est ergo & in dolore uirtus, quæ sibi bonæ suauitatem exhibeat conscientig: & ideo indicio est, quod nō minuat dolor uirtutis uoluptatē. Sicut ergo nulla uirtuti decessio beatitudinis per dolorē, ita etiam nulla accessio per uoluptatem corporis, aut commodorum gratia. De quibus pulchrè Apostolus ait: Quæ mihi lucra fuerunt, hæc duxi propter Christum detrimenta esse. Et addidit: Propter quem omnia duxi damna, & æstimo ut stercore, ut Christum lucrifaciam. Deniq; Moyses damnū suū credidit thesauros esse Ægyptiorum, & opprobrium dominicę crucis pretulit: nec tunc diues cū abundaret pecunia, nec postea pauper cū egeret alimēto: nisi forte tunc cui minus beatus uidetur fuisse, cū in deserto quotidiana alimonia sibi & populo suo deforet. Sed quod summi boni ac beatitudinis nemo negare audeat, manna ei, hoc est, panis angelorū ministrabatur e cœlo, carnes quoq; quotidiana pluuia totius plebis epulis redundabant. Helix quoq; sancto panis ad uictū deerat, si quæreretur: sed non uidebatur deesse, quia non quærebatur. Itaq; diurno coruorum obsequio, mane panis, caro ad uesperam deferebatur. Nunquid ideo minus beatus, quia pauper erat sibi? Minime. Imò eo magis beatus, quia deo diues. Alijs enim quam sibi diuitē esse præstat, ut iste erat, qui tempore famis cibum à uidua petebat, largiturus ei ut hydria farinae per triennium & sex menses non deficeret, & per quotidianos usus olei uas uiduæ inopi sufficeret ac ministraret. Merito sibi uolebat Petrus esse, ubi istos uidebat. Merito in monte cum Christo in gloria apparuerunt, quia & ipse pauper factus est, cū diues esset. Nullū ergo adminiculum præstant diuitiæ ad uitam beatam. Quod euidenter dominus in Euangelio demonstrauit dicens: Beati pauperes, quoniam uestrum est regnum dei. Beati qui nunc esuriunt & sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabuntur. Beati qui nunc fletis quia ridebitis. Itaq; paupertatem, famem, dolorem, quæ putantur mala, non solum impedimento non esse ad uitam beatam, sed etiam adiumento, euidentissime pronunciatum est.
- Quæ putantur bona, plerumq; impedimento esse ad beatam & æternam uitam: & quæ mala, materias quasdam esse uirtutum & æternarum beatitudinum. Cap. V
- Luc. 6.** Ed & illa quæ uidentur bona, diuitias, satietatem, lætitiā expertem doloris, detrimento esse ad fructum beatitudinis, dominico declaratum iudicio liquet, cū dicitur: Væ uobis diuitibus, qui habetis consolationem uestram.
- Luc. 6.** Væ uobis qui saturati estis, quia esurietis. Et illis qui rident, quia lugebunt. Sic ergo non solum adminiculo non sunt ad uitam beatam, corporis aut externa bona, sed etiam dispendio sunt. Inde enim beatus Nabuthe, etiam cū lapidaretur à diuite, quia pauper et infirmus aduersus opes regias solo erat affectu & religione diues, ut pecunia regali non commutaret paternæ uineæ hæreditatem: eoq; perfectus, quia sanguine proprio defenderet iura maiorum suorum: Inde quoq; miser Achab, etiā suo iudicio, quia pauperem necari fecerat, ut eius possideret uineam. Certum est, solum & summum bonum esse uirtutem, eamq; abundare solam ad uitæ fructū beatæ, nec externis aut corporis bonis, sed uirtute sola uitam præstari beatam, per quam uita æterna acquiritur. Vita enim beata fructus præsentium, uita autem æterna spes futurorum est. Sunt tamen qui in hoc corpore tam infirmo, tam fragili, impossibilem uitam beatam putant, in quo necesse est angere, dolere, deplorare, ægrefcere: quasi uerò ego in corporis exultatione dicam uitam beatam consistere, & non in altitudine sapientiæ, suauitate consciētiae, uirtutis sublimitate. Non enim in passione esse, sed uictorem esse passionis beatum est: nec frangi temporalis motu doloris, metuentem accidere hæc quæ grauiā ad uim doloris feruntur, cæcitatem, exilium, famem, stuprum filia, amissionem liberorum. Quis neget beatum Isaac, qui non uidebat in senectute, & beatitudines suis benedictionibus conferebat? An non beatus Iacob, qui profugus patria domo, mercenarius pastor exilium sustinuit, filia pudicitiam ingemuisset esse temeratam, famemq; pertulit? Non ergo beati, quorū fide deus accipit testimonium, cū dicitur: Deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob? Misera est seruitus, sed non

non miser Ioseph, imò planè beatus, cum dominæ libidines in seruitute positus coer-  
ret. Quid de sancto David loquar qui trium filiorum deplorauit obitum: & quod his du-  
rius, incestum filia Thamar: Quomodo non beatus, de cuius successione beatitudinis  
author exortus est, qui plurimos fecit beatos? Beati enim qui non uiderunt & credide-  
runt. Fuerunt & ipsi in sensu infirmitatis, sed conualuerunt de infirmitate fortes. Quid la-  
boriosius autem sancto Iob, uel in domus incendio, uel filiorum decem interitu momē-  
tario, uel doloribus corporis: Nunquid minus beatus, quam si illa non pertulisset, in qui-  
bus magis probatus est: Esto tamen fuisse in illis aliquid acerbitalis: quem uirtus animi  
non abscondit dolorem: Neq; enim profundum mare negauerim, quia uadosa sunt lit-  
tora: neq; cœlum lucidum, quia interdum obtexitur nubibus: neq; terram fœcundam,  
quia aliquibus locis ieiuna glareæ est: aut latas segetes, quia intermixtam solent habere  
sterilem arenam. Similiter puta beatæ conscientia interpellari aliquo acerbis  
dolore. Non ne totius manipulis uitæ beatæ, si quid forte accidit aduersi atq; amaritudi-  
nis, tanquam sterilis arena absconditur, aut tanquam lolij amaritudo frumenti suauita-  
te obducitur: Sed iam ad proposita pergamus.

De utili, non quæstioso illo, sed iusto & honesto.

Cap. VI

V superiore libro ita distinctionem fecimus, ut primo loco esset honestum ac de-  
corum, à quo officia ducerentur, secundo loco quid utile. Et quemadmodū  
in primo diximus, quia inter honestum & decorum est quædam distinctio,  
quæ magis intelligi quam explicari possit: sic & cum utile tractamus, considerandū ui-  
detur quid utilius. Vtilitatem autem non pecuniarij lucri æstimatione subducimus, sed  
acquisitione pietatis, sicut Apostolus ait: Pietas autem ad omnia utilis est, promissionē  
habens uitæ præsentis & futuræ. Itaq; in Scripturis diuinis, si diligenter quæramus, sæpe  
inuenimus quod honestū est, utile uocari. Omnia mihi licent, sed non omnia utilia sunt.  
Supra de uitijs loquebatur. Hoc ergo dicit: Licet peccare, sed nō decet. In potestate sunt  
peccata, sed non sunt honesta. Luxuriari promptum est, sed non iustum. Non enim deo  
esca, sed uentri colligitur. Ergo quia quod utile, id etiam iustum: iustum est, ut seruiamus  
Christo, qui nos redemit. Ideo iusti qui pro eius nomine morti se obtulerunt: iniusti qui  
declinauerunt, de quibus dicitur: Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corru-  
ptionem? Id est, quis iustitiæ meæ profectus? Vnde & illi: Alligemus iustum, quia inuti-  
lis est nobis, id est, iniustus, qui nos arguit, condemnat, corripit. Licet hoc possit etiā ad  
auaritiā hominum impiorum deriuari, quæ perfidiæ uicina est. Sicut in Iuda prodito-  
re legimus, qui auaritiæ studio & pecuniæ cupiditate, laqueum proditionis incurrit. De  
hac igitur tractandum est utilitate, quæ sit plena honestatis, sicut ipsis uerbis definiuit A-  
postolus dicens: Hoc autem ad utilitatem uestram dico, nō ut laqueum inijciam uobis,  
sed ad id quod honestū est. Liqueat igitur quod honestum est, utile & iustū esse: & quod  
utile, honestum & iustum: & quod iustum, utile & honestum. Neq; enim mihi ad merca-  
tores, lucri cupidine auaros, sed ad filios sermo est, & sermo de officijs, quæ uobis (quos  
elegi in ministerium domini) inculcare gestio atq; infundere, ut ea quæ mentibus ac mo-  
ribus uestris usu atq; institutione inolita atq; impressa sunt, sermone ac disciplina aperiā-  
tur. Itaq; de utilitate dicturus, utar illo uersiculo prophetico: Declina cor meum in testi-  
monia tua, & non in auaritiā: ne utilitatis sonus excitet pecuniæ cupiditatem. Deniq;  
aliqui habent: Declina cor meum in testimonia tua, & non ad utilitatem: hoc est, illam,  
quæstum nundinas aucupantem utilitatem, illam usū hominum ad pecuniæ studia in-  
flexam ac deriuatam. Vulgō enim hoc solum dicunt utile, quod quæstuosum. Nos autē  
de ea tractamus utilitate, quæ damnis quæritur, ut Christum lucremur, cuius quæstus est  
pietas cum sufficientia. Magnus profecto quæstus, quo pietatem acquirimus, quæ apud  
deum diues est, nō caducis facultatibus, sed numeribus æternis: in quibus non tentatio  
lubrica, sed constans & perpetua sit gratia. Est ergo utilitas, alia corporalis, alia pietatis,  
sicut diuisit Apostolus. Corporalis enim exercitatio ad modicum inquit utilis est, pie-  
tas autem ad omnia utilis est. Quid autem tam honestū, quam integritas? Quid tam de-  
corū, quam immaculatū seruire corpus, & inuolatū atq; incontaminatum pudorem?  
Quid etiā tā decorum, quam ut uidua uxor defuncto cōiugi fidē seruet? Quid etiā hoc  
utilius, quo regnū cœleste acquirat? Sūt enim qui se castrauerūt propter regnū cœlorū.

Ambr. to. 1

d Utili-

Utilitatem præcipue fide ac dilectione & æquitate metiendam: Exempla de David & Moyse, qui idcirco maxime diligebantur à populis, quia pro ipsis sese obiectarent periculis.

Cap. VII

- Et igitur non solum familiare contubernium honestatis & utilitatis, sed eadem quoque utilitas quæ honestas. Ideo & ille qui regnum cælorum uolebat omnibus aperire, non quod sibi utile quærebat, sed quod omnibus. Vnde ordo quidam nobis & gradus faciendus est, etiam ab his utilitatis & communibus ad ea quæ sunt præcellentia: ut ex pluribus utilitatis colligamus profectum. Ac primum nouerimus, nihil tam utile, quam diligere: nihil tam inutile, quam non amari. Nam odio haberi, exitiale ac nimis capitale arbitror. Itaque id agamus, ut omni sedulitate commendemus existimationem opinionemque nostram, ac primum placiditate mentis & animi benignitate influamus in affectum hominum. Popularis enim & grata est omnibus bonitas, nihilque quod tam facile illabatur humanis sensibus. Ea si mansuetudine morum ac facilitate animi, moderatione præcepti, & affabilitate sermonis, uerborumque honore, patienti quoque sermonum uice, modestiæque adiuuetur gratia, incredibile quantum procedit ad cumulum dilectionis. Legimus enim non solum in priuatis, sed etiam in ipsis regibus, quantum facilitas blandæ affabilitatis profuerit, aut superbia uerborumque obsuerit tumor, ut regna ipsa labefactaret, & potestatem solueret. Iam si quis consilio, usu, ministerio, officijs popularem comprehendat gratiam, aut si quis periculum suum pro uniuersa plebe offerat, non est dubium quod tantum charitas à plebe in eum refundatur, ut populus salutem eius & gratiam sibi præferat. Quantas Moyse à populo dei illatas absorbebat contumelias, & cum dominus in insolentes uindicare uellet, se tamen pro populo offerebat frequenter, ut indignationi diuine plebem subduceret. Quam miti sermone post iniurias appellabat populum, solabatur in laboribus, delinibat oraculis, fovebat operibus, & cum deo constanter loqueretur, homines tamen humili & grata appellatione affari solebat. Merito æstimatus est supra homines, ut & uultui eius non possent intendere, & sepulturam eius non repertam crederent: quia sic sibi totius plebis mentes deuinxerat, ut plus eum pro mansuetudine diligerent, quam pro factis admirarentur.
- Exod. 32 Quid eius imitator sanctus David, electus ex omnibus ad plebem regendam, quam mitis & blandus, humilis spiritu, sedulus corde, facilis affatu: Ante regnum se pro omnibus offerebat, rex cum omnibus æquabat suam militiam, & partiebatur laborem: fortis in prælio, mansuetus in imperio, patiens in conuitio, ferre magis promptus quam referre iniurias. Ideo tam charus erat omnibus, ut iuuenis ad regnum etiam inuitus peteretur, resistens cogeretur, senex ne prælio interesset à suis rogaretur, quod mallent omnes pro ipso periclitari, quam illum pro omnibus. Ita sibi gratis officijs plebem obligauerat.
2. Reg. 2 Primum, ut in discordijs populi exulare in Hebron mallet, quam in Hierusalem regnare. Deinde ut etiam in hoste positam uirtutem diligeret: iustitiam etiam his qui arma contra se tulerant, æquè ac suis præstandam putaret. Denique fortissimum aduersæ partis pro pugnatorem Abner ducem, & inferentem prælia miratus est, & oratorem pacis gratiam, non aspernatus, honorauit conuiuio: interemptum insidijs doluit & fleuit: prosequutus exequias, honestauit mortem ultus, conscientiæ fidem præstitit, quam filio inter hæreditaria iura transcripsit: magis sollicitus, ne innocenti mortem inultam relinqueret, quam quo suam mortem doleret. Non mediocre istud, præsertim in rege, sic obire humilitatis munia, ut communem se exhiberet etiam infimis: alieno periculo cibum non quærere, potum recusare, peccatum fateri, seque ipsum pro populo offerre morti, ut in se diuina indignatio conuerteretur, cum ferienti angelo offerens se diceret: Ecce sum ego qui peccaui, & ego pastor malum feci, & iste grex quid fecit? Fiat manus tua in me. Nam quid alia dicam, quod dolum meditantibus os suum non aperiebat, & tanquam non audies, nullum sermonem referendum putabat: Non respondebat conuiuijs: cum sibi derogaretur, orabat: cum malediceretur, benedicebat. Ambulans in simplicitate, & superbiorum fugitans arrogantiam, sectator immaculorum, qui cinerem miscebat alimentis suis, cum peccata propria deploraret, & potum suum temperabat fletibus. Merito sic expetitus est ab uniuerso populo, ut uenirent ad eum omnes tribus Israel dicentes: Ecce nos ossa tua & caro tua sumus: & heri & nudius tertius cum esset Saul & regnaret super nos,

nos: tu eras qui producebas & inducebas Israel. Et dixit tibi dominus: Tu pascas populum meum. Et quid plura de eo dicam, de quo huiusmodi dei processit sententia, ut de eo diceret: Inueni Dauid seruum meum secundum cor meum: Quis enim in sanctitate cordis & iustitia sicut iste ambulauit, ut impleret uoluntatem dei? Propter quem & delinquentibus posteris eius uenia data, & prerogativa est reseruata heredibus. Quis igitur non diligeret eum, quem uidebat ita charum amicis, ut quia ipse sincere amicos diligebat, æque diligere se à suis amicis arbitraretur? Denique parentes eum filijs suis, filij præferbant parentibus. Vnde grauer indignatus Saul, percutere Ionathan filium suum hasta uoluit, quia pluris apud eum ualere Dauid amicitiam iudicabat, quam uel pietatem uel authoritatem paternam. Etenim ad incentiuum charitatis communis plurimum proficit, si quis uicē amantibus reddat: nec minus redamare se probet, quam ipse amatur, idque amicitia fidelis patet exemplis. Quid enim tam popolare, quam gratia? Quid tam insitum naturæ, quam ut diligentem diligas? Quid tam inolitum atque impressum affectibus humanis, quam ut eum amare inducas in animum, à quo te amari uelis? Merito sapiens dicit: Perde pecuniam propter fratrem & amicum. Et alibi: Amicum salutare non erubescam, & à facie illius non me abscondam. Siquidem uitæ & immortalitatis medicamentum in amico esse, Ecclesiasticus sermo testatur. Et summum in charitate præsidium nemo dubitauerit, cum Apostolus dicat: Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, charitas nunquam cadit. Ideo Dauid non cecidit, quia charus fuit omnibus: & diligere à subiectis quam timeri maluit. Timor enim temporalis tutaminis seruat excubias, nescit diuturnitatis custodiam. Itaque ubi timor decesserit, audacia obrepit: quoniam si dem non timor cogit, sed affectus exhibet. Prima ergo ad commendationem nostri est charitas. Bonum est ergo testimonium habere de plurimorum dilectione. Hinc nascitur fides, ut committere se tuo affectui non uereantur etiam alieni, quem pluribus charum aduerterint. Similiter etiam per fidem ad charitatem peruenitur: ut qui uni aut duobus præstiterit fidem, tanquam influat in animos uniuersorum, & omnium acquirat gratiam.

1. Reg. 20

Eccl. 29

Eccl. 22

1. Corin. 13

Consilia plurimorum ad conciliationem ualere aliorum, quod claruit in Salomone.

Cap. VIII

Vo igitur hæc ad commendationem nostri plurimum operantur, charitas & fides, & tertium hoc, si habeas quod in te admiratione dignum plerique existiment, & iure honorandum putent. Et quia consiliorum ulus maxime conciliant homines, ideo prudentia & iustitia in unoquoque desiderantur, & ea expectantur à pluribus: ut in quo ea sint illi deferatur fides, quo possit utile consilium ac fidele desideranti dare. Quis enim ei se committat, quem non putet plus sapere, quam ipse sapiat, qui querit consilium? Necesse est igitur, ut præstantior sit à quo consilium petitur, quam ille est qui petit. Quid enim consulas hominem, quem non arbitreris posse melius aliquid reperire, quam ipse intelligis? Quod si eum inueneris qui uiuacitate ingenij, mentis uigore atque autoritate præstet, & accedat eò ut exëplo & usu paratior sit, præsentia soluat pericula, prospiciat futura, denunciât imminentia, argumenta expediat, remediū ferat in tempore; paratus sit non solum ad consulendum, sed etiam ad subueniendum: huic ita fides habetur, ut dicat qui consilium petit. Et si mala mihi euenerint, per illum sustineo. Huiusmodi igitur uiro salutem nostram & existimationem committimus, qui sit (ut supra diximus) iustus & prudens. Facit enim iustitia, ut nullus sit fraudis metus: facit etiam prudentia, ut nulla sit erroris suspicio. Promptius tamen nos iusto uiro quam prudenti committimus, ut secundum usum uulgi loquar. Cæterum sapientum definitione, in quo unâ uirtus est, concurrunt cæteræ: nec potest sine iustitia esse prudentia. Quod etiã in nostris inuenimus. Dicit enim Dauid: Iustus autem miseretur & scenerat. Quid sceneret iustus, alibi dicit: Iocundus uir qui miseretur & scenerat, disponet sermones suos in iudicio. Ipsum illud nobile Salomonis iudicium nonne sapientiæ plenum ac iustitiæ est? Itaque spectemus illud si ita est. Duæ, inquit, mulieres in conspectu regis Salomonis steterunt, & dixit una ad eum: Audi me domine: Ego & hæc mulier in uno habitantes cubiculo, ante diem tertium partu edito singulos filios suscepimus, & eramus unâ, arbiter nullus domi, nec ulla alia scemina nobiscum nisi nos solæ: & mortuus est filius eius hac nocte, ut obdormiuit super eum: & surrexit media nocte, & accepit filium meum

Psal. 36

Psal. 111

3. Reg. 3

Ambr. to. 1

d 2 de

de sinu meo, & collocauit eum in sinu suo, & filium suum mortuum posuit in sinu meo. Et surrexi mane, ut lactarem paruulum, & inueni eum mortuum. Et consideravi illū diluculo, & non erat filius meus. Et respondit altera: Non, sed filius meus est hic qui uiuit, filius autem tuus qui mortuus est. Et hæc erat contentio, cum utraq; filium sibi uindicaret superstitem, defunctum autem suum negaret. Tunc rex iussit afferri macheram, & infantem diuidi, & singulas partes dari singulis: dimidiā uni, & dimidiā alteri. Exclamauit mulier quæ uero erat affectu percita: Nequaquam domine infantem diuidas, detur potius illi & uiuat, & non interficias eum. At respondit altera: Neq; meus, neq; huius sit infans, diuidite eum. Et statuit rex dari infantem ei mulieri quæ dixerat: nolite interficere eum, sed date eum illi mulieri: quia mota sunt, inquit, uiscera eius in filio suo. Itaq; non immerito aestimatus est intellectus dei in eo esse, in quo occulta sunt dei. Quid autem occultius, quàm internorum uiscerum testimonia, in quæ sapientis intellectus uelut quidam pietatis descendit arbiter, & uelut quandam genitalis alui uocem eruit, quæ maternus patuit affectus, qui elegerat filium suum uel apud alienam uiuere, quàm in cōspectu matris necari: Sapientiæ igitur fuit, latentes distinguere conscientias, ex occultis eruere ueritatem, & uelut quadam machæra ita spiritus gladio penetrare, non solum uteri, sed etiam animæ & mentis uiscera. Iustitię quoq; ut quæ suum necauerat, alienum non tolleret, sed uera mater reciperet suum. Deniq; etiam scriptura hoc pronnciat. Audiuit inquit omnis Israel hoc iudicium, quod iudicauit rex: & timuerunt à facie regis, eo quòd intellectus dei in eo esset, ut faceret iustitiam. Deniq; & ipse Salomon ira poposcit sapientiam, ut daretur sibi cor prudens audire & iudicare cum iustitia.

Virtutes omnes indiuiduas, sed opinione uulgi esse seiunctas: nec tamen apud ipsum uulgus alteram sine altera comprobari, non solum à philosophis, sed plus etiam intimatur à nostris.

Cap. IX

Dani. 13

**L** Iquet igitur etiam secundum scripturam diuinam quæ antiquior est, sapientiam sine iustitia esse non posse: quia ubi una earum uirtutū, ibi utraq; est. Daniel quoq; quàm sapienter alta interrogatione fraudulentæ accusationis deprehendit mendacium, ut calumniatorum sibi responsio non conueniret: Prudentię igitur fuit uocis suæ testimonio reos prodere, iustitiæ quoq; nocentes supplicio dare, innocentem subducere. Est ergo indiuiduum sapientiæ atq; iustitiæ contubernium: sed uulgi usu diuiditur una quædam forma uirtutum, ut temperantia sit in despiciendis uoluptatibus: fortitudo spectetur in laboribus & periculis, prudentia in delectu bonorum, sciēs commoda & aduersa distinguere: iustitia quæ sit bona custos iuris alieni, & uindex proprietatis, suum cuiq; cōseruans. Sit igitur nobis communis opinionis gratia, quadriparsita hæc facta diuisio, ut ab illa subtili disputatione philosophicæ sapientiæ, quæ eliminat de ueritatis causâ quasi ex adyto quodam eruitur, retrahentes pedem, forenses usum ac popularem sensum sequamur. Hac igitur diuisione seruata, reuertamur ad propositum. Prudentissimo cuiq; causam nostram committimus, & ab eo consiliū promptius quàm à cæteris poscimus. Præstat tamen fidele iusti consiliū uiri, & sapientissimi ingenio frequenter præponderat. Vtiliora enim uulnera amici, quàm alienorum oscula.

Proh. 27

Mystica interpretatio super Salomone & regina Saba.

Cap. X

**D** Eniq; quia iusti iudicium est, sapientis autem argumentum: in illo censura disceptationis, in hoc calliditas inuentionis. Quod si utrunq; connectas, erit magna consiliorum salubritas, quæ ab uniuersis spectatur admiratione sapientiæ & amore iustitiæ, ut omnes quærant audire sapientiam eius uiri, in quo utriusq; uirtutis copula sit: sicut quærebant omnes reges terræ uidere faciem Salomonis, & audire sapientiam eius, ita ut & Saba regina ueniret ad eum, & tentaret eum in quæstionibus. Et uenit, inquit, & omnia locuta est quæ habebat in corde suo, & audiuit omnem sapientiā Salomonis, nec ullum uerbum præteriiuit eam. Quæ sit ista, quam nihil prætereat, nec sit aliquid quod ei non annunciauerit uerus Salomon, cognosce o homo ex his quæ audis loquentem. Verus est inquit sermo quem audiui in terra mea de sermonibus tuis, & de prudentia tua, & non credidi his qui dicebant mihi, donec ueni, & uiderunt oculi mei, & nunc non est nec dimidiā quidem pars secundum ea quæ annunciabatur mihi. Apposuisi bona super omnia quæ audiui in terra mea. Beatæ mulieres tuæ, & beati pueri tui qui

3-Reg. 10

qui assistunt tibi, qui audiunt omnem prudentiam tuam. Intellige conuiuium ueri Salomonis: & quæ apponuntur in eo conuiuio, intellige sapienter, & considera in qua terra congregatio nationum audierit famam sapientiæ ueræ atq; iustitiæ, & quibus eum uiderit oculis, contemplantibus utiq; quæ non uidentur. Quoniam quæ uidentur, temporalia sunt: quæ autem non uidentur, æterna. Quæ sunt beatæ mulieres, nisi illæ de quibus dicitur: Quia multæ uerbum dei audiunt & pariunt: Et alibi: Quicumque enim uerbum dei fecerit, ipse meus frater & soror & mater est. Qui etiam pueri tui beati qui assistunt, nisi Paulus qui dicebat: Usq; in hunc diē sto contestans minori ac maiori: & Simeon qui expectabat in templo ut uideret consolationem Israel: Quomodo ergo dimitti posceret, nisi quia assistens domino, discedendi habere facultatem non poterat: nisi uoluntatem domini adeptus esset: Exempli causa propositus est nobis Salomon, à quo certatim ut audiretur eius sapientiā postulabatur.

2. Cor. 4

Matt. 12

Act. 26

Luc. 2

Quod à probis uiris consilium sit requirendum: Exemplum de patribus. Cap. XI

Oseph quoq; nec in carcere feriatuſ erat, quo minus de rebus incertis con-

Gen. 40

et 41

fuleretur. Cuius consilium Aegypto uniuersæ profuit, ut nō sentiret septem

annorum sterilitatem, aliosq; populos miseræ famis leuaret ieiunio. Daniel

Dan. 2. 7

et seq. capi-  
tibus.

ex captiuis regalium consultorum arbiter factus, consilijs suis emendauit præsentia, an-

nunciauit futura. Ex his enim quæ frequenter interpretatus ostenderat ueri se esse an-

nuncium, fides ei in omnibus deferebatur. Sed etiam tertius locus de his qui admiratio-

ne digni estimarentur, Ioseph, Salomonis & Danielis exemplo decursus uidetur. Nam

quid de Moyse loquar, cuius omnis Israel quotidie consilia præstolabatur, quorum uita

fidem faciebat prudentiæ, admirationemq; eius augebat: Quis se non committeret con-

silio Moyſi, cui seniores si qua supra suum intellectum & uirtutem esse arbitrarentur, di-

iudicanda seruabant: Quis Danielis consilium refugeret, de quo ipse deus dixit: Quis

Ezech. 28

Daniele sapientior: Aut quomodo dubitare homines de eorum mentibus possent, qui

bus deus tantam conferebat gratiam: Moyſi consilio bella conficiebantur, Moyſi me-

ritis de cœlo affluebat alimonia, potus è petra. Quam purus Danielis animus, ut mulce-

Dan. 14

ret Barbaros mores, mitigaret leones: Quæ in illo temperantiæ: quanta animi & corpo-

ris continentia: Nec immerito mirabilis factus omnibus, quando (quod uehementer

admirantur homines,) regalibus fultus amicitijs, aurum non quærebat, nec delatum si-

Heb. 11

Gen. 39

bi honorem pluris faciebat quam fidem. Quinetiam periclitari malebat pro lege domi-

ni, quam pro gratia hominis inflecti. Nam de sancti Ioseph, (quem pene præterieram)

castimonia & iustitia quid dicam: quarum altera illecebras heriles respuit, refutauit præ-

mia: altera mortem contempsit, metum repulit, carcerem præoptauit: Quis hunc priua-

tæ causæ ad consulendum idoneum non iudicaret, cuius ferax animus & mens fertilis,

Gen. 41

temporis sterilitatem quodam consiliorum & cordis ubere fecundauit:

Improbos homines licet prudentes uideantur, fugiendos. Cap. XII

Duertimus igitur, quod in acquirendis consilijs plurimum adiūgat uitæ pro-

bitas, uirtutum prerogatiua, beneuolentiæ usus, frugalitatis gratia. Quis e-

nim in cœno fontem requirat: Quis è turbida aqua potum petat: Itaque ubi

luxuria est, ubi intemperantia, ubi uitiorum confusio, quis inde sibi aliquid hauriendum

existimet: Quis non despiciat morum colluuiōem: Quis utilem causæ alienæ iudicet,

quem uidet inutilem uitæ suæ: Quis iterum improbum, maleuolum, contumeliosum nō

fugiat, & ad nocendum paratum: Quis non eum omni studio declinet: Quis uero, quā-

uis instructum ad consilij opem, difficilem tamen accessu, ambiat, in quo sit illud, tan-

quam si quis aquæ fontem præcludat: Quid enim prodest habere sapientiam, si consili-

um neget: Si consulendi intercludas copiam, clausisti fontem, ut nec alijs influat, nec ti-

bi proſit. Pulchre autem & de illo conuenit, qui habens prudentiam, commaculat eam

uitiorum sordibus, eo quod aquæ exitum contamineſcit, Degeneres animos uita arguit.

Quomodo enim eum potes iudicare consilio superiore, quem uideas inferiore mo-

ribus: Supra me debet esse, cui me committere paro. An uero idoneū eum putabo, qui

mihī det consilium, quod non dat sibi: & mihī eum uacare credam, qui sibi non uacet:

cuius animum uoluptates occupent, libido deuinciat, auaritia subiuguet, cupiditas per-

turbet, quatiat metus: Quomodo hic consilij locus, ubi nullus quieti: Admirandus mihī

& suspiciendus consiliarius, quem propitius dominus patribus dedit, offensus abstulit. Huius imitator debet esse, qui potest consilium dare, & alienam à uitijs custodire prudē-  
*Apoc. 21* tiam, quia nihil inquinatum in illam incurrit.

Sapientiam uitiosos homines sibi uendicare non debere, quippe quę nullum  
 consortium cum uitijs potest habere. Cap. XIII

*Sap. 7* Vis igitur tantam uultu speciem præferat pulchritudinis, & beluinis poste-  
 rioribus ac ferinis unguibus formę superioris dehonestet gratiam: cum tam  
 admirabilis & præclara forma uirtutum sit, & specialiter pulchritudo sapien-  
 tia, sicut series scripturę indicat: Est enim hæc speciosior sole, & super omnem stellarū  
 dispositionem luci comparata inuenitur prior. Lucem etenim hanc suscipit nox, sapien-  
 tiam autem non uincit malitia. Diximus de eius pulchritudine, & scripturę testimonio  
 comprobauimus: superest ut doceamus scripturę autoritate nullum ei contubernium  
 cum uitijs esse, sed indiuiduam cum cæteris uirtutibus coniunctionem, cuius spiritus est  
 difertus, sine inquinamento, certus, sanctus amans bonum, acutus, qui nihil uetet bene-  
 facere, benignus, stabilis, securus, omnem habens uirtutem, omnia prospiciens.

Quod prudentia omnibus uirtutibus sit associa, maxime in cupiditate cal-  
 canda. Cap. XIII

*Prou. 17* Mnia igitur operatur prudentia, cum omnibus bonis habet consortium. Nā  
 quomodo potest utile consilium dare, nisi habeat iustitiam, induat constan-  
 tiam, mortem non formidet, nullo terrore, nullo reuocetur metu, nulla adu-  
 latione à uero deflectendum putet: exilium non refugiat, quæ nouerit sapienti patriam  
 mundum esse: egestatem non timeat, quę nihil deesse sapienti sciat, cui totus mundus di-  
 uitiarum est: Quid enim præcellius illo uiro, qui auro moueri nesciat, contemptum ha-  
 beat pecuniarum, & uelut ex arce quadam despiciat hominum cupiditates? Quod qui  
*Eccl. 31* fecerit, hunc homines supra hominem esse arbitrant. Quis est, inquit, hic & laudabimus  
 eum? Fecit enim mirabilia in uita sua. Quomodo enim non admirandus, qui diuitias sper-  
 nit, quas plerique saluti proprię pretulerunt? Decet igitur omnes censura frugalitatis, cō-  
 tinentię autoritas, & maxime eum qui honore præstet, ne præminentem uirum thesau-  
 ri possideant sui, & pecunijs seruiat, qui præest liberis. Illud magis decet, ut supra thesau-  
 rum sit animo, & infra amicum obsequio. Humilitas enim gratiam auget. Hęc plena lau-  
 catoribus habere turpis lucri cupidinē, nec omne bonum locare in pecunia, & tanquā  
 mecennario munere quotidianos numerare quęstus calculari compendio.

De liberalitate, quę non solum facultatum dispersione, sed & beneuolentia  
 constat & consilio. Cap. XV

*Q*uod si ab his sobrium gerere animum, laudabile est: quanto illud præstātius  
 si dilectionem multitudinis liberalitate acquiras, neque superflua circa impor-  
 tunos, neque restricta circa indigentes? Plurima autē genera liberalitatis sunt,  
 non solum quotidiano sumptu egentibus, quo uitam suam sustinere possint, disponere  
 ac dispensare alimoniam: uerum etiam his qui publice egere uerecundantur, consulere  
 ac subuenire, quatenus communis egenorum alimonia non exhauriatur. De eo enim  
 loquor qui præest alicui muneri, ut si officium sacerdotis gerat, aut dispensatoris, ut de  
 his suggerat Episcopo, nec reprimat si quem positum in necessitate aliqua cognouerit,  
 aut deiectum opibus ad inopię necessitatem redactum, maxime si non effusione adole-  
 scentię, sed direptione alicuius & amissione patrimonij in eam reciderit iniuriā, ut sum-  
 ptum exercere diurnum non queat. Summa etiam liberalitas, captiuos redimere, eripe-  
 re ex hostium manibus, subtrahere neci homines, & maxime foeminas turpitudini, red-  
 dere parentibus liberos, parentes liberis, ciues patrię restituere. Nota sunt hæc nimis Il-  
 lyrici uastitate & Thracię, quanti ubique uenales erant toto captiui orbe: quos si reuoces,  
 unius provincię numerum explere non possint. Fuerunt tamen qui etiam quos Eccle-  
 się redemerūt, in seruitutē reuocare uellēt, ipsa grauiore captiuitate, qui inuiderēt alijs  
 alienam misericordiam. Ipsi in captiuitatem uenissent, seruirent liberi: si uēditi fuissent,  
 seruitutis ministerium non recusarent: & uolunt alienam libertatem rescindere, qui suā  
 seruitutem non possent rescindere, nisi forte precium recipere emptori placeret: in quo  
 tamen

tamen non rescinditur seruitus, sed redimitur. Præcipua est igitur liberalitas, redimere captiuos, & maxime ab hoste Barbaro, qui nihil deferat humanitatis ad misericordiam, nisi quod avaritia reseruauerit ad redemptionem: æs alienum subire, si debitor soluendo non sit, atque arctetur ad solutionem, quæ sit iure debita, & inopia destituta: enutrire paruos pupillos tueri. Sunt etiam qui uirgines orbatas parentibus tuendæ pudicitia gratia connubio locent, nec solum studio sed etiam sumptu adiuuent. Est etiam genus illud liberalitatis quod Apostolus docet, si quis fidelis habet uiduas, subministret illis, ut earum alimonijs Ecclesia non grauetur, ut his quæ uerè uiduæ sunt sufficiat. Vtilis igitur huiusmodi liberalitas, sed non communis omnibus. Sunt enim plerique etiam uiri boni, qui tenues sunt censu, contenti quidem exiguo ad sui usum, sed non idonei ad subsidium leuandæ paupertatis alienæ. Tamen suppetit aliud beneficentiæ genus, quo iurare possint inferiorum. Est enim duplex liberalitas, una quæ subsidio rei adiuuat, id est, usu pecuniæ: altera quæ operarum collatione impenditur, multo frequenter splendidior, multoque clarior. Quanto illustrius Abraam captum armis uictricibus recepit nepotem, quam si redemisset: Quanto utilius regem, Pharaonem sanctus Ioseph consilio prouidentia iuuuit, quam si contulisset pecuniam: Pecunia enim unius ciuitatis non redimit ubertatem, prospicientia totius Aegypti per septennium famem repulit. Facile autem pecunia conficit, atque ipsam destituit benignitatem: ut quo pluribus largiri uolueris, eo pauciores adiuues, & sæpe tibi desit quod alijs conferendum putaueris. Consilij autem operisque collatio, quo in plures diffunditur, eo redundantior manet, & in suum fontem recurrit. In se enim refluit ubertas prudentiæ: & quo pluribus fluxerit, eo exercitius sit omne quod remanet.

1. Tim. 5.

Gen. 14

Gen. 41

De sobrietate, quæ & temperantia, in liberalitate seruanda: Exemplum de Ioseph, & eius prudentissimo per interpretationem somnij consilio. Cap. xvi

Iquet igitur debere esse liberalitatis modum, ne fiat inutilis largitas: cuius sobrietas tenenda est, maxime sacerdotibus, ut non pro iactantia, sed pro iustitia dispensent. Nusquam enim maior auaritia petitionis. Veniunt ualidi, ueniunt nullam causam nisi uagandi habentes, & uolunt subsidia iacuare pauperum, exinanire sumptum: nec exiguo contenti, maiora quærunt, ambitu uestium captantes petitionis suffragium, & natalium simulatione licitantes incrementa quæstum. His si quis facile deferat fidem, cito exinanit pauperum alimonijs profutura cõpendia. Modus affit largiendi, ut nec illi inanes recedant, neque transcribatur uita pauperum in spolia fraudulentorum. Ea ergo mensura sit, ut neque humanitas deseratur, nec destituatur necessitas. Plerique simulant debita, sit ueri examen. Exutos se per latrocinia deplorant: aut iniuria fidem faciat, aut cognitio personæ, quo propensius iuuentur. Ab ecclesia relegatis sumptus impartiendus, si desit eis alendi copia. Itaque qui modum seruat, auarus nulli, sed largus omnibus est. Non enim solas aures præbere debemus audiendis precatium uocibus, sed etiam oculos considerandis necessitatibus. Plus clamat operatori bono debilitas, quam uox pauperi. Neque uerò fieri potest, ut non extorqueat amplius importunitas uociferantium: sed non semper impudentia locus sit. Videndus est ille, qui te non uidet: requirendus ille, qui erubescit uideri. Ille etiam clausus in carcere, occurrat tibi, ille affectus agitudine mentem tuam personet, qui aures non potest. Quo plus te operari uiderit popularis, magis diliget. Scio plerosque sacerdotes, quo plus contulerunt, plus abundasse: quoniam quicumque bonum operarium uidet, ipsi confert, quod ille suo officio dispenset, se curus quod ad pauperem sua perueniat misericordia. Nemo enim uult, nisi pauperi proficere suam collationem. Nam si quem aut immoderatum aut nimis tenacem dispensatorem uiderit, utrumque despiciet: si aut superfluis erogationibus dissipet alieni fructus laboris, aut recondat sacculis. Sicut igitur modus liberalitatis tenendus est, ita etiam calcar plerumque adhibendum uidetur. Modus ideo, ut quod benefacis, id quotidie facere possis, ne subtrahas necessitati, quod induleris effusioni: Calcar propterea, quia melius operatur pecunia in pauperis cibo, quam in diuitis sacculo. Caue ne intra oculos tuos includas salutem inopum, & tanquam in tumultis sepelias uitam pauperum. Potuit donare Ioseph totas opes Aegypti, & effundere thesauros regios: noluit tamē de alieno effusus



- uideri: maluit frumenta uendere, quàm donare esurientibus: quia si paucis donasset, pluribus defuisset. Eam liberalitatem probauit, quæ abundaret omnibus. Patefecit horrea ut omnes emerent subsidium frumentarium, ne gratis accipiendo, cultus terrarum relinquerent: quoniam qui alieno utitur, suum negligit. Itaque primum omnium coaceruauit pecunias, deinde instrumenta cætera, ad postremum iura terrarum regi acquisiuit: non ut omnes exueret suo, sed fulciret publicum tributum constitueret, quo sua tutius habere possent. Quod ita fuit gratum omnibus quibus terras ademerat, ut non uenditionem sui iuris, sed redemptionem salutis putarent. Denique dixerunt: Sancti nos, inuenimus gratiam in conspectu domini nostri. Nam & de proprietate nihil amiserant, qui ius receperant: & de utilitate nihil perdiderant, qui acquisierant perpetuitatem. O uisum magni, qui non largitatis superflua temporalem captauit gloriam, sed perpetuam commoditatem constituit providentia. Fecit enim ut tributis populi se iuuarent suis, nec in tempore necessitatis aliena subsidia desiderarent. Melius enim fuit conferre aliquid de fructibus, quàm totum de iure amittere. Quintam portionem collationis statuit, & in prouidendo perspicacior, & in tributo liberalior. Denique nunquam postea Aegyptus huiusmodi famem pertulit. Quam præclare autem collegit futura: Primum quam argute regalis interpret somnii ueritatem expressit: Somnium regis primum hoc fuit. Septem iuuenca ascendeant de flumine uisu decora, & pingues corpore, & ad oram pascebantur fluminis. Alia quoque uitula uisu deformes ac ieiuna corpore, post illas iuuenca ascendeant de flumine, & iuxta eas in ipso riparum thoro pascebantur: & uisæ sunt hæ uitule tenues atque exiles deuorare illas quæ præstabant & forma & gratia. Et somnium secundum hoc fuit: Septem spica pingues, electæ & bonæ de terra surgebant: & post eas septem spica exiles & uento corruptæ ac marcidæ se subiicere moliebantur: & uisum est quod lætas & uberes spicas, steriles spica & tenues deuorauerunt. Hoc somnium ita aperuit sanctus Ioseph, eo quod septem iuuenca septem anni forent, & septem spica similiter septem anni forent, ex foetu & fructu interpretatus tempora. Foetus enim iuuenca annum exprimit, & fructus segetis annum consummat integrum. Quæ ideo ascendeant de flumine, quod dies, anni, ac tempora, fluminis prætereunt modo & cursim labuntur. Annos itaque septem priores, ubertate terræ fertiles ac fecundos declarat futuros: posteriores autem alios septem annos steriles atque infecundos, quorum sterilitas absumptura foret ubertatem superiorum. Qua gratia prospiciendum admonuit, ut uberioribus annis congregaretur subsidium frumentarium, quod sustentare posset inopiam futura infecunditatis. Quid primum mirer? Ingenium, quo in ipsum ueritatis descendit cubile, an consilium, quo tam graui atque diuturnæ prospexit necessitati: an uigilantiam atque iustitiam: quarum altera, imposito sibi tanto munere congregauit tam multiplices com meatus, altera, æqualitatem per omnes seruauit? Nam de magnanimitate quid loquar? quod uenditus à fratribus in seruitutem non retulit iniuriam, sed famem depulit? Quid de furauitate, qua dilecti fratris præsentiam pia fraude quæsiuit, quem simulato per elegantiam furto reum statuit rapinae, ut obsidem teneret gratiæ? Unde merito ei à patre dicitur: Filius ampliatus meus Ioseph, filius meus ampliatus, zelotes filius meus, filius meus adolescentior. Adiuuet te deus meus, & benedicat te benedictione cæli à summo, benedictione terræ habebitis omnia, propter benedictiones patris tui & matris tuæ. Præualeas super benedictiones montium manentium, & desideria collium æternorum.
- Et in Deuteronomio: Qui uisus est, inquit, in rubo, ueniat super caput Ioseph, & super uerticem ipsius. Honorificus inter fratres suos, primitiuus tauri, decus eius, cornua unicornis, cornua ipsius. In ipsis Gentes uentilabit simul usque ad extremum terræ. Ipsi decem milia Effraim, & ipsi milia Manasses.

A qualis meriti uiro consilium sit requirendum, introducuntur Paulus & Ioseph.

Cap. XVII

- T Alis itaque debet esse qui consilium alteri det, ut seipsum formam alijs præbeat ad exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate: ut sit eius sermo salubris atque irreprehensibilis, consilium utile, uita honesta, sententia decora. Talis erat Paulus, qui consilium dabat uirginibus, magisterium sacerdotibus, ut primum seipsum præberet nobis formam ad imitandum. Ideo & humiliari sciebat,

1. Cor. 7

sciebat, sicut sciuit & Ioseph, qui summo ortus Patriarcharum genere, non dedignatus de genere seruitutem, exhibebat eam obsequijs, illustrabat uirtutibus. Sciuit humiliari, qui & uenditores & emptorem passus est, & dominum appellabat eum. Audi humiliantem se: Si dominus meus prater me nihil scit in domo sua, & omnia quaecunque habet, dedit in manus meas, neque subtractum est à me quicquam prater te, quæ uxor illius es, quomodo faciam uerbum malum hoc, & peccabo coram deo? Plena uox humilitatis, plena castimoniam. Humilitatis, quia domino deferebat honorificentiam, quia referebat gratiam. Plena quoque castimoniam, quia turpi flagitio contaminari, graue peccatum putabat. Talis igitur debet esse consiliarius, qui nihil nebulosum habeat, nihil fallax, nihil fabulosum, nihil simulatum, quod uitam eius ac mores refellat, nihil improbū ac maleuolum, quod auertat consulentes. Alia sunt enim quæ fugiuntur, alia quæ contemnuntur. Fugimus ea quæ possunt nocere, quæ malitiose possunt in noxam serpere: ut si is qui consulitur, dubia sit fide, & pecuniæ auidus, ut possit precio mutari: si iniuriosus, hic turgitur ac declinatur. Qui uero uoluptarius, intemperans, & si alienus à fraude, tamen avarus & cupidior lucri turpis, hic contemnitur. Quod enim specimen industriæ, quem fructum laboris edere potest, quam recipere animo curam ac sollicitudinem, qui se torpori dederit atque ignauitæ? Ideo boni uir consilij dicit: Ego autem didici, in quibus sum sufficiens esse. Sciebat enim omnium malorum radicem esse auaritiam, & ideo suo contentus erat, alienum non requirebat. Satis mihi, inquit, est, quod habeo, siue parum siue plurimum habeam, mihi plurimum est. Expressius aliquid dicendum uidetur. Signato uerbo usus est. Sufficit mihi, inquit, in quo sum: id est, nec deest, nec superfluit. Non deest, quia nihil quæro amplius: Non superfluit, quia non soli mihi habeo, sed pluribus. Hoc de pecunia. Cæterum de omnibus dici potest, quia sufficiebant illi præsentia: hoc est, non honorem maiorem, non obsequia uberiora desiderabat, non gloriæ immodicè cupidus, aut gratiam indebitè quærebat: sed debiti finem certaminis, patiens laboris, securus meriti præstolabatur. Scio, inquit, & humiliari. Non ergo indocta humilitas, sed quæ habeat sui modestiam & scientiam, laudi datur. Est enim humilitas formidinis, est & imperitiæ atque ignorantia. Ideo & scriptura ait: Et humiles spiritu saluabit. Præclare ergo dixit: Scio & humiliari, id est, quo in loco, qua moderatione, quo fine, in quo officio, in quo munere. Nesciuit Phariseus humiliari, ideo deiectus est: sciuit publicanus, ideo iustificatus est. Sciebat & abundare Paulus, qui animum habebat diuitem, & si thesaurum diuitis non habebat. Sciebat abundare, quia non quærebat datum in pecunia, sed requirebat fructum in gratia. Possumus & sic intelligere, quia sciebat abundare, qui poterat dicere: Os nostrum patet ad uos o Corinthij, cor nostrum dilatatum est. In omnibus erat imbutus, & saturari & esurire. Beatus qui sciebat saturari in Christo. Non ergo illa corporalis, sed spiritalis est saturitas, quam operatur scientia. Et merito scientia opus est, quia non in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo dei. Ergo qui sic sciebat saturari & sic esurire, sciebat ut semper noua quæreret, esurire & sitire dominum. Sciebat & esurire, qui sciebat, quia esurientes manducabunt: sciebat & poterat abundare, qui nihil habebat, & possidebat omnia.

Quod mali consiliarij sæpe fiant in ruinam, introducitur Roboam consilio iuuenum deceptus.

Cap. XVIII

Gregie itaque uiros alicui præsidetes muneri commendat iustitia: e contra, iniquitas destituit atque impugnat. Exemplo nobis est Scriptura quæ dicit: Cum populus Israel post mortem Salomonis rogasset filium eius Roboam, ut releuaret ceruices eorum à seruitute dura, & paterni imperij temperaret austeritatem, illū spreto senili consilio de suggestionem adolescentium responsū dedisse huiusmodi, quod & onus adijceret super patris iugum, & leuiora grauioribus supplicijs mutaret. Quo responso exasperati populi responderunt: Non est nobis portio cum Dauid, neque hæreditas in filijs Iesse. Reuertere unusquisque in tabernacula tua Israel, quoniam hic homo neque in principem neque in ducem erit nobis. Itaque desertus à populo ac destitutus, uix duarum tribuum propter Dauidis meritum habere potuit societatem.

Iustitia

Iustitia & beneuolentia & affabilitate non fucata plurimos posse conciliari.

Cap. XIX

**C** Laret ergo quoniam & æquitas imperia cõfirmet, & iniustitia dissoluat. Nã quomodo potest malitia regnum possidere, quę ne unam quidem priuatam potest regere familiam; Summa igitur benignitate opus est, ut nō solum publica gubernacula, sed etiam priuata iura tueamur. Plurimum iuuat beneuolentia, quę omnes studet beneficijs amplecti, deuincire officijs, oppignerare gratia. Affabilitatem quoq; sermonis diximus ad conciliandam gratiam ualere plurimum. Sed hęc uolumus esse synceram ac sobriam sine ulla adulatione, ne simplicitatem ac puritatē alloquij deceat sermonis adulatio. Forma enim esse debemus ceteris, non solum in opere, sed etiam in sermone, in castitate ac fide. Quales haberi uolumus, tales simus: & qualem affectum habemus, talem aperiamus. Neq; dicamus in corde nostro uerbum iniquũ, quod abscondi putemus silentio ab eo qui audit in occulto dicta, qui occulta facit, & cognoscit secreta uiscerum, qui sensum uisceribus infundit. Ergo tanquam sub oculis cõstituti iudicis, quicquid gerimus, in luce positum putemus, ut omnibus manifestetur.

Ad commendationes hominum plurimũ ualere si probatis adhæreant: Exempla de patribus. Et dispares etiam ætate, uitæ delectari similitudine: Exemplum ponitur de Petro & Ioanne.

Cap. XX

**P** Lurimum itaq; prodest unicuiq; bonis iungi. Adolescentibus quoq; utile, ut claros & sapientes uiros sequantur: quoniam qui congregitur sapiētibus, sapiens est: qui autem cohæret imprudentibus, imprudens agnoscitur. Et ad instructionem itaq; bonis iungi plurimum proficit, & ad probitatis testimonium. Ostendunt enim adolescentes eorum se imitatores esse, quibus adhæserint: & ea conualescit opinio, quod ab his uiuendi acceperint similitudinem, cum quibus conuersandi hauserint cupiditatem. Inde tantus Iesus Naue, quod eum non solum erudiuit ad legis scientiam Moyli copula, uerum etiam sanctificauit ad gratiam. Deniq; cum in eius tabernaculo diuina refulgeret presentia, & uideretur maiestas domini, solus erat in tabernaculo Iesus Naue. Moyses cum deo loquebatur, Iesus pariter nube sacra tegebatur. Presbyteri & populus deorsum stabant, Iesus cum Moysse ad accipiendam legem ascendebat. Omnis populus intra castra erat, Iesus extra castra in tabernaculo testimonij. Cum columna nubis descenderet, & loqueretur cum Moysse, quasi fidus astabat minister. Nec exhibat de tabernaculo iuuenis, cum seniores longe positi diuina trepidarent miracula. Vbiq; igitur inter admiranda opera & reuerenda secreta sancto Moyli indiuiduus adhærebat. Vnde factum est, ut qui fuerat socius conuersationis, fieret successor potestatis. Merito uir huiusmodi euasit, ut susteret fluminũ cursus, diceret: Stet sol, & staret Sol: quasi eius spectator uictorię noctem differret, diem produceret. Quod quidem Moyli negatum est, solus eligitur, ut populum introduceret in terrã repromissionis. Magnus uir fidei miraculis, magnus triumphis. Illius augustiora opera, huius prosperiora. Vterq; igitur diuina subnixus gratia, ultra humanam processit conditionem. Ille mari, hic cœlo imperauit. Pulchra itaq; copula seniorum atq; adolescentium. Alij testimonio, alij solatio sunt, alij magisterio, alij delectationi. Omitto quod Abrahæ adhæsit Loth adolescentulus etiam proficiscenti, ne fortē hoc propinquitatis magis fuisse existimetur, & necessaria potius quam uoluntariæ adiunctionis. Quid de Helia atq; Helisæo loquamur: Licet enim non expresse Helisæum iuuenem scriptura significauerit, aduertimus tamen & colligimus iuniorem fuisse. In Actibus Apostolorum Barnabas Marcum assumpsit, Paulus Silan, Paulus Timotheum, Paulus Titum. Sed illis superioribus uideamus diuina officia, ut seniores consilio preualerent, iuueniores ministerio. Plerunq; etiã uirtutibus pares, dispares ætatibus, sui delectantur copula, sicut delectabantur Petrus et Ioannes. Nam adolescentem legimus in Euangelio Ioannem & sua uoce, licet meritis & sapientia nulli fuerit seniorum secundus. Erat enim in eo senectus uenerabilis morum, & cana prudentia. Vita enim immaculata, bonę senectutis stipendium est.

Prouer. 13

Deut. 31

Iosue 10

Sapient. 4

De

De laude miserationis & hospitalitatis, & malo prodigalitatis & inanis fauoris, & hoc maxime in sacerdotibus reprehenditur, qui omnia ornate & ordinate agere debent.

Cap. XXI

A Diuat hoc quoq; ad profectum bonæ existimationis, si de potentis manibus eripias inopem, de morte damnatum eruas, quantum sine perturbatione fieri potest: ne uideamur iactantiæ magis causa facere, quam misericordiae, & grauiora inferre uulnera, dum leuioribus mederi desideramus. Jam si oppressum opibus potentis, & factione magis quam sceleris sui precio grauatum liberaueris, egræ conualescit opinionis testimonium. Commendat plerosq; etiam hospitalitas. Est enim publica species humanitatis, ut peregrinus hospitio non egeat, suscipiatur officiose, pateat aduenienti ianua. Valde id decorum totius est orbis existimatione, peregrinos cum honore suscipere, non deesse mensæ hospitalitatis gratiam, occurrere officijs liberalitatis, explorare aduentus hospitem. Quod Abrahæ laudi est datum, qui ante ianuam suam speculabatur, ne fortè præteriret peregrinus aliquis, & diligenter prætendebat excubias ut occurreret, ut præueniret, ut rogaret, ne transiret hospes, dicens: Domine, si inueni gratiam ante te, ne præterieris puerum tuum. Et ideo pro hospitalitatis mercede fructum posteritatis recepit. Loth quoq; nepos eius, non solum genere, sed etiam uirtute proximus, propter hospitalitatis affectum, Sodomitana à se suisq; supplicia detorsit. Decet igitur hospitalem esse, benignum, iustum, non alieni cupidum, imò de suo iure cedentem potius aliqua si fuerit lacessitus, quam aliena iura pulsantem: fugitantem litium, abhorrentem à iurgijs, redimentem concordiam & tranquillitatis gratiam. Siquidem de suo iure uirum bonum aliquid relaxare, non solum liberalitatis, sed plerunq; etiam commoditatis est. Primum dispendio litis carere, non mediocre est lucrum. Deinde accedit ad fructum quod augetur amicitia, ex qua oriuntur plurimæ commoditates, quæ contemnti aliquo in tempore, postea fructuosæ sint. In officijs autem hospitalibus omnibus quidem humanitas impartienda est, iustis autem uberior deferenda honorificentia. Quicumq; enim iustum receperit in nomine iusti, mercedem iusti accipiet, ut dominus pronunciauit. Tanta autem est apud deum hospitalitatis gratia, ut ne potus quidem aquæ frigidæ à præmijs remunerationis immunis sit. Vides quia Abraam Deum recepit hospitio, dum hospites quærit? Vides quia Loth angelos suscepit? Qui scis an & tu cum suscipis hospitē, suscipias Christum? Licet in hospite sit Christus, quia Christus in paupere est, sicut ipse ait: In carcere eram, & uenistis ad me: nudus eram, & operuistis me. Suauis est igitur non pecuniæ, sed gratiæ studere. Verum hoc malum iam dudum humanis influxit mentibus, ut pecuniæ honori sit, & animi hominum diuitiarum admiratione capiantur. Inde se immersit auaritia, ueluti quædam bonorum ariditas officiorum: ut homines damnatum putent, quicumquid præter morem impenditur. Sed etiam in hoc aduersus auaritiam, ne quod afferre possit impedimentum, prospexit scriptura uenerabilis, dicens: Quia melior est hospitalitas cum holeribus. Et infra: Melior est panis in suauitate cum pace. Non enim prodigos nos docet esse scriptura, sed liberales. Liberale est hospitio suscipere, nudum uestire, redimere captiuos, non habentes sumptum iuuare: Prodigum est, sumptuosus effluere cõuiujs, & uino plurimo. Vnde legitur: Prodigum est uinum, & contumeliosa ebrietas. Prodigum est, popularis fauoris gratia exinanire proprias opes. Quod faciunt qui ludis circensibus uel etiam theatralibus & muneribus gladiatorijs, uel etiam uenationibus patrimonium dilapidant suum, ut uincant superiorum celebritates, cum totum illud sit inane quod agunt. Quandoquidem etiam bonorum operum sumptibus inmoderatum esse non deceat. Pulchra liberalitas, erga ipsos quoq; pauperes mensuram tenere, ut abundes pluribus, non cõciliandi fauoris gratia ultra modum fluere. Quicquid ex affectu puro ac sincero promittitur, hoc est decorum: non superfluas adificationes aggredi, nec prætermittere necessarias. Et maxime Sacerdoti hoc cõuenit, ornare dei templum decore congruo, ut etiam hoc cultu aula domini resplendeat, impensas misericordiae conuenientes frequentare, quantum oporteat largiri peregrinis, non superflua, sed competentia: non redundantia, sed congrua humanitati: ne sumptu pauperum alienam sibi

Gen. 18

Gen. 19

Math. 10

Math. 25

Prover. 15

Proh. 20

sibi quærat gratiam, ne restrictiorem erga clericos aut indulgentiorem se præbeat. Alterum enim inhumanum, alterum prodigum: si aut sumptus delit necessitati eorum, quos à sordidis negociationis aucupijs retrahere debeas, aut uoluptati superfluat.

Demodo inter remissionem & seueritatem conseruando, & quod simulata remissio grauiore aliquando causas adoriatur: Exemplum de Absalon.

Cap. XXII

**Q**uinetiam uerborum ipsorum & præceptorum esse mensuram conuenit, ne aut nimia remissio uideatur, aut nimia seueritas. Pleriq; enim remissiores malunt esse, ut uideantur boni. Sed nihil simulatum & fictū uerę uirtutis esse certum est, quinetiam diuturnum esse non solet. In principio uernat, in processu tanquam flosculus dissipatur & soluitur: quod autem uerum ac syncerum, alta radice fundatur. Et ut exemplis assertiones nostras probemus ( quoniam quę simulata sunt diuturna esse non possunt, sed tanquam ad tempus uirentia cito decidunt ) ex ea familia ex qua nobis plurima ad uirtutis profectum exempla accersuimus, unū simulationis & fraudis proferamus testimonium. Absalon erat Dauid regis filius, decore insignis, egregius forma, præstans iuuenta: ita ut uir talis in Israel non reperiretur, à uestigio pedis usque ad uerticem immaculatus. Is fecit sibi currus, & equos, & uiros quinquaginta, qui præcurrerent ante eum. Surgebat diluculo, & stabat ante portam in uia: & si quem aduertisset regis iudicia quærentem, accedebat ad eum, dicens: Ex qua ciuitate es tu? Respondit ille: Ex una tribu sum de tribubus Israel, seruus tuus. Referebat Absalon: Verba tua bona sunt & directa: & qui te audiat non est tibi datus à rege. Quis constituet me iudicem? Et quisquis ad me ueniet, cuiuscunq; fuerit iudicium necessarium, iustificabo illum, Talibus delinibat singulos sermonibus. Et cum accederent adorare eum, extendens manus suas, apprehendebat atque osculabatur eos. Sic conuertit in se corda omnium, dum blanditiæ huiusmodi in timorum tangunt uiscerum sensum. Sed delicati isti & ambitiosi elegerunt honorabilia & grata ad tempus & iocunda, ubi autem parua processit dilatio, quam prudens omnium Propheta paulisper cedendo interponendam putauit, non potuerunt tolerare ac sustinere. Deniq; non dubitans de uictoria Dauid, commendabat filium dimicaturis, ut ei parcerent. Ideoq; nec prælio interesse uoluit, ne uel inferre arma parricidæ licet uideretur, sed tamen filio. Liquet igitur ea esse perpetua ac solida, quę uera sunt, & quę syncere, potius quam dolo congregantur. Ea uerò quę simulatione, atq; assentatione parta sunt, non posse diu perseverare.

2. Reg. 15

Quòd pecunia redempti non diu fidem custodiant, quia quos semel pecunia redemeris, semper se remissione & adulatione putant redimendos.

Cap. XXIII

**Q**uis igitur uel illos qui pecunia ad obedientiam redimuntur, uel eos qui assentatione inuitantur, fidos sibi arbitretur? Nam & illi frequenter se uendere uolunt, & isti imperia dura ferre non possunt. Leui assentatiuncula facile capiuntur: si perstrinxeris uerbo, immurmurant, deserunt, infesti abeunt, indignantes relinquunt, imperare malunt quam obedire. Quasi obnoxios beneficio, subiectos sibi debere esse existimant, quos præpositos sibi habere debebant. Quis igitur sibi fideles putet, quos uel pecunia uel adulatione sibi obligandos crediderit? Nam & ille qui pecuniam acceperit, uilem se & despectum iudicat, nisi saepe redimatur, itaq; frequenter expectat precium suum: & ille qui obsecratione ambitus uidetur, uult semperrogari.

Bonis tantum artibus ad honores nitendum, maxime ecclesiasticos, nec inferiores ordines simulatis uirtutibus episcopo derogare, nec item episcopum clero inuidere debere sed iustum, in omnibus, maxime in iudicando.

Cap. XXIII

**E**rgo bonis artibus & sincero proposito nitendum ad honorem arbitror, & maxime ecclesiasticum: ut neq; resupina arrogantia, uel remissa negligentia sit, neq; turpis affectatio, & indecora ambitio. Ad omnia abundat animi directa simplicitas, satisq; seipsa commendat. In ipso uerò munere, neq; seueritatem esse duram conuenit, nec nimiam remissionem: ne aut potestatem exercere, aut susceptum officium

officium nequaquam implere uideamur. Enitendum quoque ut beneficijs atq; officijs obligemus plurimos, & collatam referemus gratiam: ne iure beneficij fiant immemores, qui se grauiter laesos dolent. Saepe enim usu uenit, ut quos gratia foueris, uel aliquo superiore cumulaueris gradu, auertas, si indignè aliquem eis præponendū iudices. Sed & Sacerdotem beneficijs suis uel iudicijs fauere conuenit, ut æquitatem custodiat, & presbytero uel ministro deferre, ut parenti. Neq; eos, qui semel probati sunt, arrogantes esse oportet, sed magis tanquam memores gratiæ, humilitatem tenere: neq; offendi sacerdotem, si aut presbyter, aut minister, aut quisquam de clero, aut misericordia, aut ieiunio, aut integritate, aut doctrina, aut lectione existimationem accumularet suam. Gratia enim Ecclesiæ, laus doctoris est. Bonum, opus alicuius prædicari, ita tamen si nullo studio fiat iactantia. Laudent enim unumquemq; proximorū labia, & non os suū: & commendent opera, non studia sua. Cæterū si quis non obediat episcopo, extollere atq; exaltare sese desiderans, obumbrare merita episcopi simulata affectatione doctrinæ, aut humilitatis aut misericordiæ: is à uerò deuius superbit: Quoniam ueritatis ea est regula, ut nihil facias commendandi tui causa, quo minor alius fiat: neq; si quid boni habeas, id ad deformationem alterius & uituperationem exerceas. Non defendas improbum, & sancta indigno committenda arbitreris: neq; iterum urgeas & impugnes, cuius crimen non deprehenderit. Nam cum in omnibus iniustitia cito offendat, tum maximè in Ecclesia, ubi æquitatē esse oportet, ubi æqualitatē haberi decet: ut nihil sibi potentior plus uindicet, nihil usurpet ditior. Siue enim pauper, siue diues, in Christo unū sunt: nihil sanctior plus sibi arroget. Ipsum enim par est esse humiliorem. Sed nec personam alterius accipiamus in iudicio: gratia absit, causam merita decernant. Nihil sic opinione, imò fidem grauat, quàm si in iudicando, potentiori dones causam inferioris, uel pauperē innocentem arguas, diuitem excuses reum culpæ. Pronum quippe est genus hominū fauere honoratioribus, ne laesos se putent, ne uicti doleant. Sed primum si offensam uereris, nō recipias iudiciū: si Sacerdos es, aut si quisquam alius, non laceffas. Licet tibi silere in negotio duntaxat pecuniario quāquam sit cōstantiæ, adesse equitati. In causa autē dei, ubi communionis periculum est, etiam dissimulare, peccatum est non leue.

Prouer. 27

Iacob. 2

Fauores & beneficia plus pauperibus quàm diuitibus eroganda, quia de eo quod diues fortè dedignatur, pauper maximam tibi habet gratiam: & quod beneficia non sola fiant pecunia.

Cap. xxv

Vid autem tibi prodest fauere diuiti? An quia citius amantem remuneret?

Q His enim fauemus frequentius, à quibus referendæ uicem speramus gratiæ.

Sed eo magis infirmo & inopino nos studere conuenit, quia pro eo qui non habet, remunerationem speramus à domino Iesu: qui sub specie conuiuij generalē uirtutis edidit formam, ut his potius nostra conferamus beneficia qui nobis ea non possunt re-presentare, dicens: Ad cōuiuium atq; epulas nō eos qui diuites sunt, sed pauperes inuitandos. Diuites enim rogari uidentur, ut ipsi quoq; nobis reddant cōuiuium: pauperes (quia non habent quod restituant) cum acceperint, remuneratorem nobis faciunt donum, qui se pro paupere obligandū obtulit. Ad ipsum quoq; seculi usum collatio beneficij facta in pauperes magis quàm in locupletes, plus iuuat: quia diues dedignatur beneficium, & pudet eum debitorem esse gratiæ. Quinetiam id quod collatum est sibi, meritis suis arrogat, quod uel ut debitum acceperit, uel ideo datum sit, eo quod is qui dedit reddendū sibi à diuite uberius existimauerit. Ita in accipiendo beneficio, eo ipso quod acceperint diuites, dedisse se magis quàm accepisse existimant: pauper uerò & si non habet unde reddat pecuniam, refert gratiam. In quo certū est, quod plus reddat, quàm acceperit. Pecunia enim numo soluitur, gratia nunquam exinanitur. Reddendo uacuatur pecunia, gratia autē & habendo soluitur, & soluendo retinetur. Deinde quod diues refugit, pauper fatetur, quod sit obligatus debito, sibiq; subuentum, non honori suo delatum putat: donatos sibi arbitratu filios, uitam redditam, seruatam familiam. Quanto igitur melius, apud bonos, quàm apud ingratos locare beneficium? Vnde dominus ad discipulos ait: Nolite possidere aurum, neq; argentum, neq; pecuniam: qua uelut falce, pullulantem in pectoribus humanis succidit avaritiam. Petrus quoq; claudo (qui ex utero matris suæ portabatur) ait: Argentum & aurum non habeo, sed quod habeo, do

Luc. 14

Matth. 10

Ambr. To. 1.

e tibi. In

tibi. In nomine Iesu Christi Nazareni, surge & ambula. Itaque pecuniam non dedit, sanitatem dedit. Quanto melius est salutem habere sine pecunia, quam pecuniam sine salute. Surrexit claudus, quod non sperabat: pecuniam non accepit, quam sperabat. Sed hec uix in sanctis domini reperiuntur, ut diuitiae contemptui sint.

De malo auaritia: Exempla de Balaam, & Acham, & Dalila. Cap. XXVI

Aeterum ita incubuerunt mores hominum ad admirationem diuitiarum, ut nemo nisi diues honore dignus putetur. Neque hic recens usus, sed iam dudum, quod peius est inoleuit hoc uitium humanis mentibus. Siquidem cum Hierico magna ciuitas tubarum sacerdotalium sono corruisset, & Iesus Naue potiretur uictoria, cognouit infirmatam esse uirtute populi per auaritiam, atque auri cupiditatem. Nam cum de spolijs urbis incensae, fustulisset Acham uestem auream, & ducenta argenti didrachmata, & linguam auream, oblatum domino negare non potuit, sed prodidit furtum. Vetus igitur & antiqua auaritia est, quae cum ipsis diuinae legis coepit oraculis, imo propter ipsam reprimendam lex dei lata est. Propter auaritia Balac putauit Balaam praemijs posse tentari, ut malediceret populo patrum: & uicisset auaritia, nisi dominus a maledicto eum abstinere uetisset. Propter auaritiam praecipitatus Acham, in exitum deduxerat totam plebem parentum. Itaque Iesus Naue, qui potuit solem sistere ne procederet, auaritiam hominum non potuit sistere ne serperet. Ad uocem eius sol stetit, auaritia non stetit. Sole itaque stante confecit Iesus triumphum, auaritia autem procedente, penes amiserit uictoriam. Quid fortissimum omnium Samson, nonne Dalila mulieris auaritia detraditus, sine ullo adiutore solus dissolutis uinculis, mille ex his peremit uiros, qui funes intextos neruis uelut mollia sparti fila dirupit, is super genua mulieris inflexa ceruice truncatus, inuicti crinis ornatum, praerogatiuam suae uirtutis amisit. Influxit pecunia in gremium mulieris, & a uiro discessit gratia. Feralis igitur auaritia, illecebrosa pecunia, quae habentes contaminat, non habentes non iuuat. Esto tamen ut aliquando adiuuet pecunia, inferiorem tamen, & ipsum desiderantem. Quid ad eum, qui non desiderat, qui non requirit, qui auxilio eius non indiget, studio non flectitur? Quid ad alios, si sit ille copiosior qui habet? Nunquid idcirco honestior quia habet quo honestas plerumque amittitur, quia habet quod custodiat, magis quam quod possideat? Illud enim possidemus quo utimur: quod autem ultra usum est, non utique habet possessionis fructum, sed custodire periculum.

De benignitate, & quod excommunicatio tardius sit exerenda. Cap. XXVII

Disummam, nouimus quod pecuniae contemptus iustitiae forma sit: & ideo auaritiam declinare debemus, & omni studio intendere, ne quid faciamus unquam aduersus iustitiam, sed in omnibus gestis & operibus custodiamus eam. Si uolumus commendare nos deo, charitatem habeamus, unanimes simus, humilitatem sequamur, alter alterum existimantes superiorē sibi. Haec est enim humilitas, si nihil sibi quis arroget, sed inferiorem se esse existimet. Episcopus ut membris suis utatur clericis, & maxime ministris qui sunt uere filij: quem cuique uiderit aptum muneri, ei deputet. Cum dolore amputatur etiam quae putruit pars corporis, & diu tractatur si potest sanari medicamentis: si non potest, tunc a medico bona abscinditur. Sic episcopi affectus boni est, ut optet sanare infirmos, serpentina auferre ulcera, adurere aliqua, non abscindere: postremo quod sanari non potest, cum dolore abscindere. Unde pulcherrimum illud praecipuum magis eminet, ut cogitemus non quae nostra sunt, sed quae aliorum. Hoc enim modo nihil erit, quod uel irati nostro indulgeamus affectui, uel fauentes nostrae plus iusto tribuamus aliquid uoluntati.

De bono compassionis, & quod sacris ecclesiarum thesauris non sit parcendum tempore necessitatis: Exempli causa inducitur Laurentius & ipse Ambrosius. Cap. XXVIII

Occurramus maximum inuentiuum misericordiae, ut compatiamur alienis calamitatibus, necessitates aliorum quantum possumus iuuemus, & plus interdum quam possumus. Melius est enim pro misericordia causas praestare, uel inuidiam perpeti, quam praetendere inclementiam: ut nos aliquando in inuidiam incidimus, qui confregerimus uasa mystica, ut captiuos redimeremus: quod Arrianis displicere

displicere poterat, nec tam factum displicere, quam ut esset quod in nobis reprehenderent. Quis autem est tam durus, immitis, ferreus, cui displiceat quod homo redimitur à morte, femina ab impuritatibus Barbarorū, quæ grauiores morte sunt: adolescentulæ, uel pueruli, uel infantes ab idolorū contagijs, quibus mortis metu inquinabantur? Quæ causam nos etsi non sine ratione aliqua gessimus, tamen ita in populo profecuti sumus, ut cōfiteremur, multoq; fuisse commodius astrueremus, ut animas domino quam aurū seruaremus. Qui enim sine auro misit Apostolos, & Ecclesias sine auro cōgregauit. Aurum Ecclesia habet, non ut seruet, sed ut erogat, & subueniat in necessitatibus. Quid opus custodire, quod nihil adiuuat? An ignoramus quantum auri atq; argenti de templo domini Assyrii sustulerint? Nonne melius conflat sacerdos propter alimoniam pauperum, si alia subsidia desint, quam sacrilegus contaminata asportet hostis? Nonne dicturus est dominus: Cur passus es tot inopes fame emori? Et certe habebas aurū, ministras-fes alimoniam. Cur tot captiui deducti in commercium sunt, nec redempti? Cur tot ab hoste occisi sunt? Melius fuerat, ut uasa uiuentium seruare, quam metallorum. His non posset responsum referri. Quid enim diceres? Timui ne templo dei ornatus deesset? Responderet: Aurum sacramenta non quærunt: neq; auro placent, quæ auro nō emuntur. Ornatus sacramentorum, redemptio captiuorū est. Et uere illa sunt uasa preciosa, quæ redimunt animas à morte. Ille uerus thesaurus est domini, qui operatur quod sanguis eius operatus est. Tunc uas dominici sanguinis agnosco, cum in utroq; uidero redemptionem: ut calix ab hoste redimat, quos sanguis à peccato redemit. Quam pulchrū ut cum agmina captiuorū ab Ecclesia redimuntur, dicatur: Hos Christus redemit: Ecce aurum quod probari potest, ecce aurum utile, ecce aurum Christi quod à morte liberat, ecce aurum quo redimitur pudicitia, seruatur castitas. Hos ergo malui uobis liberos tradere, quam aurum reseruare. Hic numerus captiuorum, hic ordo præstantior est, quam species poculorū. Huic muneri proficere debuit aurum redemptoris, ut redimeret periclitantes. Agnosco infusum auro sanguinem Christi, non solum irrutilasse, uerum etiam diuinæ operationis impressisse uirtutem redemptionis munere. Tale aurum sanctus martyr Laurentius domino reseruauit, à quo cum quærerentur thesauri ecclesiæ, promisit demonstraturū se. Sequenti die pauperes duxit. Interrogatus ubi essent thesauri quos promiserat ostendit pauperes, dicens: Hi sunt thesauri Ecclesiæ. Et uerè thesauri, in quibus Christus est, in quibus Christi fides est. Deniq; Apostolus ait: Habemus thesaurū in uasis fictilibus. Quos meliores thesauros habet Christus, quam eos in quibus se esse dixit? Sic enim scriptū est: Esuriui, & dedistis mihi māducare: situi, & dedistis mihi bibere: hospes erā, & collegistis me. Et infra: Quod enim uni horū fecistis, mihi fecistis. Quos meliores Iesus habet thesauros, quam eos in quibus amat uideri? Hos thesauros demonstrauit Laurētius, & uicit, quod eos nec persecutor potuit auferre. Itaq; Ioachim qui aurū in obsidione seruabat, nec dispensabat alimonix cōparandæ: & aurū uidit diripi, & se in captiuitatē deduci. Laurentius qui aurū Ecclesiæ maluit erogare pauperibus, quam persecutori reseruare, pro singulari sua interpretationis uiuacitate, sacrā martyrij accepit coronā. Nunquid dictū est sancto Laurentio: Non debuisti erogare thesauros ecclesiæ, uasa sacramentorū uendere? Opus est, ut quis fide sincera & perspicaci prouidentia munus hoc impleat. Sanè si in sua aliquis deriuat emolumenta, crimen est: Sin uerò pauperibus erogat, captiuum redimit, misericordia est. Nemo enim potest dicere, cur pauper uiuit? Nemo potest queri, quia captiui redempti sunt: nemo potest accusare, quia templum dei ædificatum est: nemo potest indignari, quia humanis fidelium reliquijs spacia laxata sunt: nemo potest dolere, quia in sepulturis Christianorum requies defunctorum est. In his tribus generibus uasa ecclesiæ etiam iniuriata infringere, conflare, uendere licet. Opus est ut de Ecclesia mystici poculi forma non exeat, ne ad usus nefarios sacri calicis ministerium transferatur. Ideo intra Ecclesiam primum quæsitæ sunt uasa quæ iniuriata non essent: deinde comminuta, postremo conflata, per minutas erogationes dispensata egentibus, captiuorum quoque precijs profecerunt. Quod si defunt noua, & quæ nequaquam iniuriata uideantur: in huiusmodi usus, quos supra diximus, arbitror omnia piè posse conuerti.

Ecclesia quare  
habeat aurum.

Sacramentorū  
ornatus.  
Thesaurus do-  
mini.

Thesauri ec-  
clesiæ paupe-  
res.  
2. Corin. 4  
Matth. 25

4. Reg. 25  
2. Paral. 36

Vasa ecclesiæ  
confringenda  
sunt tribus ge-  
neribus.



Deposita uiduarum, imò omnium fidelium in ecclesia cum sui etiam periculo conseruanda: Exemplum de Onia & Heliodoro, & seipso, & Ticinensi episcopo. Cap. XXIX

Lud sanè diligenter tuendum est, ut deposita uiduarum intemerata maneant, sine ulla seruentur offensione: nec solum uiduarum, sed etiam omnium. Fides enim exhibenda omnibus, sed maior est uiduarum causa & pupillorum.

*1 Mach. 3.* Deniq; hoc solo uiduarum nomine (sicut in libris Machabæorū legimus) commendatum templo omne seruatum est. Nam cum iudicium factum esset pecuniarum, quas in templo Hierosolymis maximas reperiri posse Simon nefarius Antiocho regi prodidit, missus in Hierusalem Heliodorus, ad templū uenit, & summo Sacerdoti aperuit iudicij inuidiam, & aduentus sui causam. Tunc Sacerdos deposita esse dixit uiduarum uictualia & pupillorum, quædam autem Hircani Tobia uiri sancti: eaq; demonstrauit. Argenti talenta quadringenta erant, auri uerò ducenta. Quæ cum Heliodorus ereptum ire uellet, & regis uindicare commodis, sacerdotes ante altare iactauerunt se, induti sacerdotales stolas, & deum uiuum qui de depositis legem dederat, flentes inuocabant, custodem se præceptorum præstare suorum. Vultus uerò & color summi sacerdotis immutatus, declarabat dolorem animi, & mentis intentæ sollicitudinem. Flebant omnes, quòd in contemptum locus uertur foret, si nec in dei templo tuta fidei seruaretur custodia: accinctæq; mulieres pectus, & clausæ uirgines pulsabant ianuas, ad muros alij currebant, per fenestras alij prospectabant, omnes ad cælum tendebant manus, orantes, ut suis dominus adesset legibus. Heliodorus autem nec his territus, quod intenderat, urgebat, & satellitibus suis ararium seperat. Tum subito apparuit illi terribilis eques armis præfulgens aureis: equus autem eius erat insigni ornatus opertorio. Alij quoque duo iuuenes apparuerunt in uirtute incluta, decore grato, cum splendore gloriæ, speciosi amictu, qui circumsteterunt eum, & utraq; ex parte flagellabant sacrilegum, sine ulla intermissione continuato uerbere. Quid multa? Circumfusus caligine in terram concidit, & euidenti diuinæ operationis indicio exanimatus iacebat, nec ulla spes in eo residebat salutis. Oborta est lætitia metuentibus, metus superbis, deiectiq; ex amicis Heliodori quidam rogabant Oniam, ut uitam posceret ei, quoniam supremum agebat spiritum. Rogante itaq; Sacerdote summo, isdem iuuenes iterum Heliodoro apparuerunt, isdem amicti uestibus, & dixerunt ad eum: Onia summo Sacerdoti gratias age: propter quem tibi uita est reddita. Tu autem expertus flagella dei, uade & nuncia tuis omnibus, quantam cognoueris templi religionem, & dei potestatem. His dictis non comparuerunt. Heliodorus itaq; recepto spiritu, hostiam domino obtulit, Onia sacerdoti gratias egit, & cum exercitu ad regem reuertitur, dicēs: Si quem habes hostem, aut insidiatorem rerum tuarum, illuc eum dirige, & flagellatum recipies eum. Seruanda est igitur filij depositis fides, adhibenda diligentia. Egregie hinc uestrū enitescit ministerium, si suscepta impressio potentis quam uel uidua uel orphanus tolerare non queant, Ecclesiæ subsidio cohibeatur: si ostendatis plus apud uos mandatum domini, quam diuitis ualere gratiam. Meministis ipsi quoties aduersus regales impetus pro uiduarum, imò omnium depositis certamen subierimus. Commune hoc uobiscum mihi, recens exemplum ecclesiæ Ticinensis proferam, quæ uiduæ depositum quod susceperat, amittere periclitabatur. Interpellante enim eo qui sibi illud imperiali rescripto uindicare cupiebat, clerici non tenebant auctoritatem, honorati quoque & intercessores dati non posse præceptis Imperatoris obuiari ferebant. Legebatur rescripti forma, directio Magistri officiorum statuta, Agens in rebus imminebat. Quid plura? Traditum erat. Tamen communicato mecum consilio, obsedit sanctus episcopus ea conclauiā, ad quæ translatum illud depositum uiduæ cognouerat. Quod ubi non potuit auferri, receptum sub chirographo est. Postea iterum flagitabatur ex chirographo: Præceptum Imperator iterauerat, ut ipse per semetipsum nos conueniret. Negatum est: & exposita diuinæ legis auctoritate, & ferie lectionis, & Heliodori periculo, uix tandem rationem Imperator accepit. Post etiam tentata fuerat obreptio, sed præuenit sanctus episcopus ut redderet uiduæ quod acceperat. Fides interim salua est, oppressio non est formidini, quia iam res non fides periclitatur.

Qui fugiendi, & qui sint in bono zelandi.  
 Illi fugite improbos, caute inuidos. Inter improbum & inuidum hoc inter-  
 est. Improbis suo delectatur bono, inuidus torquetur alieno. Ille diligit ma-  
 la, hic bona odit: ut propè tolerabilior sit, qui sibi uult bene, quam qui male  
 omnibus. Filij ante factum cogitate: & cum diutius cogitaueritis, tunc facite quod pro-  
 batis. Laudabilis mors, cum occasio datur, rapienda est illico. Dilata gloria fugit, nec fa-  
 cile comprehenditur. Fidem diligite, quoniam per fidem & deuotionem Iosias magnum  
 sibi ab uniuersis amorem acquisiuit: quoniam celebravit pascha domini, cum esset an-  
 norum decem & octo, quemadmodum nemo ante eum. Zelo itaq; ut uicit superiores,  
 ita & uos filij zelum dei sumite. Exquirat uos dei zelus & deuoret, ut unusquisq; uestrum  
 dicat: Exquisiuit me zelus domus tuæ. Apostolus Christi zelotes dictus est. Quid de  
 Apostolo dico: Ipse Dominus ait: Zelus domus tuæ comedit me. Sit ergo inter uos dei  
 zelus, non iste humanus quem inuidia generat. Sit inter uos pax, quæ super omnem sen-  
 sum est. Amate uos inuicem. Nihil charitate dulcius, nihil pace gratius. Et uos ipsi scitis,  
 quod præ cæteris uos semper dilexi & diligo: Quasi unius patris filij, coaluistis in affe-  
 ctum germanitatis. Quæ bona sunt tenete, & deus pacis & dilectionis erit uobiscum in  
 domino Iesu, cui est honor, gloria, magnificentia, potestas, cum spiritu sancto in secu-  
 la seculorum, Amen.

1. Timot. 5.

4. Reg. 22.

2. Paral. 35.

3. Esdr. 1.

Ioan. 2.

Psal. 68.

Philip. 4.

## CAPITVLA LIBRI TERTII OFFICIORVM.

- Quod sancti & in quiete maxima operentur & mira, ostendit ex Moyse & Heliseo. Cap. I  
 Honestum & utile apud Christianos unum esse, qui non commoda temporalia sequi-  
 mur, sed aeterna. Cap. II  
 De calumnia reprimenda, & beneficentia cunctis exhibenda: Exemplum de harmonia  
 membrorum, quæ singula singulis obsequuntur. Cap. III  
 Alienis incommodis nostra lucra non quaerenda. Cap. IIII  
 Nihil à sapientibus nisi quod honestum sit expetendum, & honestati salutem quoq; post-  
 ponendam, in quo Dauid maxime commendatur, & Ioannes. Cap. V  
 Famis tempore subueniendum, nec auare partis incubandum, uel precia captanda: Ex-  
 empla de Ioseph, & diuite auaro in Euangelio. Cap. VI  
 Peregrinos tempore famis urbe non arcendos: quod non solum inhonestum, sed & in-  
 utile præpositis comprobatur exemplis. Cap. VII  
 Honestatem salutis quoq; prælatam à deo comprobari: Exemplum de Iosue & Caleb & ce-  
 teris exploratoribus. Cap. VIII  
 Fraudes & turpia lucra clericos maxime dedecere, & omnes honestatem Dauid & Na-  
 buthe imitari debere. Cap. IX  
 Vitia uirtutibus obliterari, & perfidis etiam ac fraudulentis fidem oportere custodiri:  
 quod Iosue Gabaonitis intimatur exhibuisse. Cap. X  
 Auaros & fraudulentos interdum cupitis fraudari, semper autem apud deum maleuo-  
 lentia reatu obnoxios teneri. Fabula de quodam Syracusano, & paradigma de Doechi  
 Idumæo, & Anania. Cap. XI  
 De malo temerarij iuramenti: paradigma de Herode & Iepte. & quod filia eius sponte  
 sua die condita reuersa, fidem illorum præcellat Pythagoræorum, qui se uades inui-  
 cem dederunt. Cap. XII  
 Quantum periculum Iudith honestatis intuitu subierit. Cap. XIII  
 Quod semper honestatem sequatur utilitas, quod licet apud homines aliter sæpe con-  
 tingere uideatur, apud deum tamen perpetuo ita esse comprobatur multis exem-  
 plis. Cap. XIII  
 Laus honestatis, magnanimitate Hester, & fide Ionathæ commendatur & Abimelech.  
 Caput XV  
 De moderamine amicitia conseruanda, clauditur uolumen. Cap. XVI

DIVI AMBROSII EPISCOPI ME-  
DIOLANENSIS OFFICIORVM LIBER III.

Quod sancti & in quiete maxima operentur & mira, ostenditur ex Moyse & Helisæo.

Cap. I



*Psal. 38.  
Prouer. 5.*

*Exod. 17.*

*Psal. 48.*

*Act. 5.*

*3. Reg. 17.*

*4. Reg. 6.*

*4. Reg. 2.*

*Rom. 8.*

*Prouer. 17.*

*iuxta 70.*

*2. Corin. 6.*

**D**AVID propheta docuit nos tanquam in ampla dōmo deambulare in corde nostro, & conuersari cum eo tanquam cum bono contubernali: ut ipse sibi diceret, & loqueretur secum, ut est illud: Dixi, custodiam uias meas. Salomō quoque filius eius ait: Bibe aquam de uasis, & de puteorum tuorum fontibus: hoc est, tuo consilio utere. Aqua enim alta, consilium in corde uiri. Nemo, inquit, alienus particeps sit tibi. Fons aquæ tuæ sit tibi proprius: & iocundare cum tua uxore, quæ est tibi à iuuetute. Cereus amicitia, & pullus gratiarum confabulentur tecum. Non ergo primus Scipio sciuit solus non esse, cum solus esset: nec minus negociosus, cum ociosus esset: sciuit ante ipsum Moyses, qui cum taceret, clamabat: cum ociosus staret, præliabatur: nec solum præliabatur, sed etiam de hostibus quos non contigerat, triumphabat. Ad eum ociosus, ut manus eius alij sustinerent: nec minus quam ceteri negociosus, qui ociosis manibus expugnabat hostem, quem non poterant uincere qui dimicabant. Ergo Moyses & in silentio loquebatur, & in ocio operabatur. Cuius autem maiora negocia, quam huius ocia, qui quadraginta diebus positus in monte, totam legem cōplexus est, & in illa solitudine qui cum quo loqueretur non defuit: Vnde & David ait: Audiam quid loquatur in me deus. Et quāto plus est, si cum aliquo deus loquatur, quam ipse secum? Transibant Apostoli, & umbra eorū curabat infirmos. Tangebantur uestimēta eorum, & sanitas deferebatur. Sermonem locutus est Helias, & pluuia stetit, nec cecidit super terram tribus annis, & sex mēsis. Iterum locutus est, & hydria farina non defecit, & uas olei toto famis diuturnæ tempore non est exinanitum. Et quoniam plerisque delectant bellica: Quid est præstantius, exercitus magni laertis, an suis meritis confecisse prælium? Sedebat Helisæus in uno loco, & rex Syriæ magnam belli molem inferebat populo patrum, diuersisque consiliorum acerbabat fraudibus, & circumuenire insidijs moliebatur, sed omnes eius apparatus Propheta deprehendebat, & uigore mentis per gratiam dei ubique præsens, cogitationes hostium suis annuntiabat, & monebat quibus cauerent locis. Quod ubi regi Syriæ manifestatum est, misso exercitu clausit prophetam. Orauit Helisæus, & omnes illos cæcitate percuti fecit, & captiuos intrare Samariam, qui uenerant obsidere eum. Conferamus hoc ocium cum aliorum ocio. Alij enim requiescēdi causa abducere animum à negocijs solent, & à conuentu cœtūque hominum subtrahere sese: & aut ruris petere secretum, captare agrorum solitudines, aut intra urbem utacare animo, indulgere quieti & tranquillitati: Helisæus autem in solitudine Iordanem transitu suo diuidit, ut pars defluat posterior, superior autem in fontem recurrat: aut in Carmelo resoluta difficultate generandi, inopina sterilem conceptione fœcundat, aut resuscitat mortuos, aut ciborum temperat amaritudines, & facit farinae admixtione dulcescere: aut decem panibus distributis reliquias colligit plebe saturata: aut ferrum securis excussum, & in fluij Iordanis mersum profundo, misso in aquas ligno facit supernatare: aut emundatione leprosum, aut siccitatem imbribus, aut famem mutat fœcunditate. Quando ergo iustus solus est, qui cum deo semper est: Quando solitarius est, qui nunquam separatur à Christo? Quis nos, inquit, separabit à dilectione Christi? Confido quia neque mors, neque uita, neque angelus. Quando autem feriatum à negotio, qui nunquam feriatum à merito, quo consummatur negocium? Quibus autem locis circumscribitur, cui totus mundus diuitiarum possessio est? Qua æstimatione definitur, qui nunquam opinione comprehenditur? Etenim quasi ignoratur & cognoscitur: quasi moritur, & ecce uiuit: quasi tristis, & semper lætior, ut egenus & largus: ut qui nihil habeat, & possideat omnia. Nihil enim spectat uir iustus, nisi quod constans & honestum est. Et ideo etiam si alij uideatur pauper, sibi diues est, qui non eorum quæ caduca, sed eorum quæ æterna sunt æstimatione censetur.

Honestum

Honestum & utile apud Christianos unum esse, qui non commoda temporalia sequimur, sed aeterna.

Cap. II

Quoniam de duobus superioribus locis diximus, in quibus honestum illud & utile tractauimus, sequitur utrum honestatem & utilitatem inter se comparare debeamus, & quaerere quid sit sequendum. Sicut enim supra tractauimus, utrum honestum illud an turpe esset, & secundo loco, utrum utile an inutile: similiter hoc loco, utrum honestum sit an utile, nonnulli requirendum putant. Nos autem monemus, ne haec inter se uelut compugnantia inducere uideamur, quae iam supra unum esse ostendimus: nec honestum esse posse, nisi quod utile: nec utile, nisi quod honestum: quia non sequimur sapientiam carnis, apud quam utilitas pecuniariae istius communitatis pluris habetur, sed sapientiam quae ex deo est, apud quam ea quae in hoc seculo magna aestimantur, pro detrimento habentur. Hoc enim cato orthoma, quod perfectum & ab solutum officium est, a uero uirtutis fonte proficiscitur. Cui secundum est commune officium, quod ipso sermone significatur, non esse arduae uirtutis ac singularis, quod potest plurimis esse commune. Nam pecuniae compendia captare, familiare multis: elegantiori conuiuio & suauioribus delectari epulis uisatum est: leiuare autem & continentem esse paucorum est: & alieni cupidum non esse, rarum: contra autem, detrahere uelle alteri & non esse contentum suo, in hoc cum plerisque consortium est. Alia igitur prima, alia media officia. Prima cum paucis, media cum pluribus: Denique in iisdem uerbis frequenter discretio est. Aliter enim bonum deum dicimus, aliter hominem: aliter iustum deum appellamus, aliter hominem. Similiter & sapientem deum aliter dicimus, aliter hominem. Quod & in Euangelio docemur: Estote ergo & uos perfecti, sicut & pater uester qui in caelis est, perfectus est. Ipsum Paulum lego perfectum & non perfectum. Nam cum dixisset: Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim, sequar autem si comprehendam, statim subiecit: Quicumque ergo perfecti sumus. Duplex est enim forma perfectionis: alia medius, alia plenos numeros habens. Alia hic, alia ibi: alia secundum hominis possibilitatem, alia secundum perfectionem futuram. Deus autem iustus per omnia, sapiens super omnia, perfectus in omnibus. Inter ipsos quoque homines distantia est. Aliter Daniel sapiens, de quo dictum est: Quis Daniele sapientior: aliter alij sapientes, aliter Salomon, qui repletus est sapientia super omnem sapientiam antiquorum, & super omnes sapientes Aegypti. Aliud est enim communiter sapere, aliud sapere perfecte. Qui communiter sapit, pro temporalibus sapit, pro se sapit, ut alteri aliquid detrahat, & sibi adiungat. Qui perfecte sapit, nescit sua spectare commoda, sed ad illud quod aeternum est, quod decorum atque honestum toto affectu intendit, quaerens non quod sibi utile est, sed quod omnibus. Itaque haec sit formula, ut inter duo illa honestum atque utile errare nequeamus. eò quod iustus nihil alteri detrahendum putet, nec alterius incommodo suum commodum augeri uelit. Hanc formam sibi praescribit Apostolus dicens: Omnia licent, sed non omnia expediunt. Omnia licent, sed non omnia aedificant. Nemo quod suum est quaerat, sed quod alterius. Hoc est, nemo commodum suum quaerat, sed alterius: nemo honorem suum quaerat, sed alterius. Vnde & alibi dicit: Alter alterum existimantes superiorem sibi, non quae sua sunt singuli cogitantes, sed quae aliorum. Nemo etiam suam gratiam quaerat, nemo suam laudem, sed alterius. Quod euidenter etiam in Proverbijs declaratum esse aduertimus, dicente sancto per Salomonem spiritu: Fili si sapiens fueris, tibi sapiens eris & proximis: si autem malus euaseris, solus hauries mala. Sapiens enim alijs consulit sicut iustus, quando quidem consors sui est utriusque forma uirtutis.

Matth. 5  
Philip. 3

Ezech. 28  
3. Reg. 4

Philip. 2

1. Corin. 10

Philip. 2

Prouer. 9

De calumnia reprimenda, & beneficentia cunctis exhibenda: Exemplum de harmonia membrorum, quae singula singulis obsequuntur.

Cap. III

I quis igitur uult placere omnibus per omnia, quaerat non quod sibi utile est, sed quod multis, sicut quaerebat & Paulus. Hoc est enim conformari Christo, alienum non quaerere, nihil alteri detrahere ut acquirat sibi. Christus enim dominus cum esset, in forma dei, exinaniuit se ut formam susci-peret hominis, quam operum suorum locupletaret uirtutibus. Tu ergo expolias, quem Christus induit: Tu exuis, quem uestiuit Christus: Hoc enim agis, quando alterius detrimento tua comoda

Ibidem.

augeri expetis. Considera o homo, unde nomen sumpseris: Ab humo utiq; que nihil cui qua eripit, sed omnia largit omnibus, & diuersos in usum omnium animantium fructus ministrat. Inde appellata humanitas, specialis & domestica uirtus hominis, qua consortem adiuuet. Ipsa te doceat forma tui corporis, membrorumq; usus. Numquid membrum tuum alterius membri officia sibi uindicat, ut oculus officium oris, aut os oculi officium sibi uindicet, aut manus pedum ministerium, aut pes manuum? Quinetiam ipsa manus dextra ac sinistra dispartita habent officia pleraq;, ut si usum commutes utriusq;, aduersum naturam sit, priusq; totum hominem exuas, quam membrorum tuorum ministeria conuertas: si aut de sinistra cibum suggeras, aut de dextera fungaris ministerio sinistra, ut reliquias ciborum abluas: nisi forte poscat necessitas. Finge hanc & da oculo uirtutem, ut possit detrahere sensum capiti, auditum auribus, menti cogitationes, odoratum naribus, ori saporem, & sibi conferat, nonne omnem statum dissoluet natura? Vnde pulchre Apostolus ait: Si totum corpus oculus, ubi auditus? si totum auditus, ubi odoratus? Omnes ergo unum corpus sumus & diuersa membra, sed omnia corpori necessaria. Non enim potest membrum membro dicere, non es mihi necessarium: quinetiam ipsa qua uidentur infirmiora membra esse, multo magis necessaria sunt, & maiorem plerumq; tuendi se requirunt sollicitudinem. Et si quid dolet membrum unum, compatiuntur ei membra omnia. Vnde quam graue est ut detrahamus aliquid ei, cui nos compati oportet: & cui debemus consortium ministerij, ei fraudi & noxae sumus? Hec utiq; lex naturae est, qua nos ad omnem stringit humanitatem, ut alter alteri tanquam unius partes corporis inuicem deferamus. Nec detrahendum quicquam putemus, cum contra naturam legem sit non iuuare. Sic enim nascimur ut consentiant membra membris, & alterum alteri adhaereat, & obsequantur sibi mutuo ministerio. Quod si unum desit officio suo, impediuntur & caetera: ut si eruat oculus manus, nonne sibi operis sui usum negauit? Si pedem uulneret, quantorum sibi actum profectum inuiderit? Et quanto grauius est totum hominem quam unum membrum detrahi: iam si in uno membro totum corpus uiolatur, utiq; in uno homine communitio totius humanitatis soluitur, uiolatur natura generis humani, & sanctae ecclesiae congregatio, qua in unum connexum corpus atq; compactum unitate fidei & charitatis assurgit. Christus quoq; dominus qui pro uniuersis mortuus est, mercedem sanguinis sui euacuatam dolebit. Quid quod etiam ipsa lex domini hanc formam tenendam edocet, ut nihil alteri detrahas tui commodi seruandi gratia, cum dicit: Non transferas terminos antiquos, quos statuerunt patres tui, cum uirtutum errantem fratris tui reducendum praecipit, cum furem mori iubet, cum uetat mercenarium debita mercede fraudari, cum pecuniam sine usuris reddendam censet? Subuenire enim non habenti, humanitatis est: duritiae autem, plus extorquere quam dederis. Etenim si ideo inops auxilio tuo eguit, quia non habuit unde de suo redderet, nonne impium est, si sub humanitatis simulatione amplius ab eo poscas, qui non habebat unde minus solueret? Absoluis igitur alteri debitorem, ut condemnes tibi: & hanc humanitatem uocas, ubi est iniquitatis auctio? Hoc praestamus caeteris animantibus, quod alia generum animantium conferre aliquid nesciunt. Ferae autem eripiunt, homines tribuunt. Vnde & Psalmista ait: Iustus miseretur & tribuit. Sunt tamen quibus & ferae conferant. Si quidem collatione sobolem suam nutriunt, & aues cibo suo pullos satiant suos: homini autem soli tributum est, ut omnes tanquam suos pascat. Debetur istud ipso naturae iure. Quod si non licet non dare, quomodo detrahere licet? Nec ipsae leges nos docent, qua ea qua detracta sunt alicui cum iniuria personae, aut rei ipsius cumulo, restitui iubent: quo furem a detrahendo, aut poena deterreant, aut multa reuocent. Pone tamen quod aliquis possit aut poenam non timere aut multa illudere. Numquid dignum est ut alter alteri detrahat? Seruile hoc uitium, & familiare ultimae conditioni, adeo contra naturam, ut inopia magis hoc extorquere uideatur, quam natura suadere. Seruorum tamen occulta furta, diuitum rapinae publicae. Quid autem tam contra naturam, quam uiolare alterum tui commodi causa, cum pro omnibus excubandum, subeundas molestias, suscipiendum laborem naturalis affectus persuadeat, & gloriosum unicuique ducatur, si periculis proprijs quaerat uniuersorum tranquillitatem: multoq; sibi unusquisq; arbitretur gratius excidia patriae repulisse, quam propria pericula: praestantiusq; esse existimet, quod

1. Cor. 12

Exod. 23

Deut. 22

Tob. 4

Psalm. 36

quod operam suam patriæ impenderit, quam si in ocio positus tranquillam uitam uoluptatum copijs functus egisset.

Alienis incommodis, nostra lucra non quaerenda.

Cap. IIII

**H** Incigitur colligitur, quod homo qui secundum naturam formatus est directionem ut obediat ei, nocere non possit alteri. Quod si cui nocent, naturam uident: neque tantum esse commodi quod adipisci sese putet, quantum incommodi quod ex eo sibi accidat. Quæ enim poena grauior, quam interioris uulnus conscientia? Quod seuerius iudicium quam domesticum, quo unusquisque sibi est reus, seque ipse arguit: Ex ore stultorum baculus contumeliae. Stultitiae igitur condemnatur, qui contumeliam facit. Nonne hoc magis fugiendum, quam mors, quam dispendium, quam inopia, quam exilium, quam debilitatis dolor? Quis enim uitium corporis, aut patrimonij damnum non leuius ducat uitio animi, & existimationis dispendio? Liqueet igitur id expetendum & tenendum omnibus, quod eadem singulorum sit utilitas, quæ sit uniuersorum: nihilque iudicandum utile, nisi quod in comune proficit. Quomodo enim potest uni prodesse, quod inutile sit omnibus? Mihi certe non uidetur, qui inutilis est omnibus, sibi utilis esse posse. Etenim si una lex naturæ omnibus, una utique utilitas uniuersorum. Quod si una utilitas uniuersorum, ad consulendum utique omnibus naturæ lege constringimur. Non est ergo eius qui consultum uelit alteri secundum naturam, nocere ei aduersus legem naturæ. Etenim si hi qui in stadio currunt, ita feruntur præceptis informari atque instrui, ut unusquisque celeritate non fraude contendat, cursuque quantum potest ad uictoriam properet, supplantare autem alterum aut manu deicere non audeat: quantum magis in hoc cursu uitæ istius, sine fraude alterius & circumscriptione quaerenda nobis uictoria est? Quærent aliqui, si sapiens in naufragio positus insipienti naufrago tabulam extorquere possit, utrum debeat. Mihi quidem, & si præstabilius communi uideatur usui, sapientem de naufragio quam insipientem euadere, tamen non uidetur quod uir Christianus, & iustus, & sapiens quaerere sibi uitam aliena morte debeat: utpote qui etiam si in latronem armatum incidat, ferientem referre non possit: ne dum salutem defendit, pietatem contamineat. De quo in Euangelij libris aperta & euidentis sententia est: Reconde gladium tuum. Omnis enim qui gladio percusserit, gladio ferietur. Quis latro detestabilior, quam persecutor qui uenerat ut Christum occideret? Sed noluit se Christus persecutorum defendi uulnere, qui uoluit suo uulnere omnes sanare. Cur enim te potiore altero iudices, cum uiri sit Christiani præferre sibi alterum, nihil sibi arrogare, nullum sibi honorem assumere, non uindicare meriti sui precium? Denique cur non tuum tolerare potius incommodum, quam alienum commodum diripere assuescas? Quid tam aduersus naturam, quam non esse contentum, eo quod habeas aliena quaerere, ambire turpiter? Nam si honestas secundum naturam (omnia enim fecit deus bona ualde) turpiter: utique contraria est. Non potest ergo honestati conuenire & turpitudini, cum hæc inter se discreta naturæ sint lege.

Prover. 14

1. Cor. 9

Matth. 26

Gene. 1

Nihil à sapientibus nisi quod honestum sit expetendum, & honestati salutem quoque postponendam. In quo David maxime commendatur.

Cap. V

**S** Ed iam ut etiam in hoc libro ponamus fastigium, in quo uelut in finem disputationis nostræ dirigamus sententiam, ut nihil expetendum sit, nisi quod honestum. Nihil nanque agit sapiens, nisi quod honestum sit, nisi quod cum sinceritate sine fraude sit: neque quicquam facit, in quo se crimine quoquam obliget, etiam si latere possit. Sibi enim est reus priusquam cæteris: nec tam pudenda apud eum publicatio flagitij, quam conscientia est. Quod non fictis fabulis, ut Philosophi disputant, sed uerissimis iustorum uirorum exemplis docere possumus. Non igitur ego simulabo terræ hiatum, quæ magnis quibusdam dissiluerit soluta imbribus, in quem descendisse Gyges, atque ibi fabularem illum equum æneum offendisse à Platone inducitur, qui in lateribus suis fores haberet: quas ubi aperuit, animaduertisse annulum aureum in digito mortui hominis, cuius illie exanime corpus iaceret, aurique auarum sustulisse annulum. Sed cum se ad pastores recepisset regios, de quorum ipse numero foret, casu quodam, quod palam eius annuli ad palmam conuerterat, ipse omnes uidebat, atque à nullo uidebatur: deinde cum

1. Timot. 1.

1. Reg. 26.

Colof. 3.

cum in locum suum reuocasset annulū, uidebatur ab omnibus. Cuius solers factus miraculi, per annuli opportunitatē regine stupro potitus, necem regi intulit, ceterisq̄ interemptis, quos necandos putauerat, ne sibi impedimento forent, Lydiæ regnum adeptus est. Da, inquit, hūc annulum sapiēti, ut beneficio eius possit latere, cum deliquerit. Non minus fugiet peccatorum contagium, quā si non possit latere. Non enim latebra sapienti spes impunitatis, sed innocentia est. Denique lex non iusto est posita, sed iniusto: quia iustus legem habet mentis suæ, & æquitatis ac iustitiæ suę normam: Ideoq̄ non terrore pœnæ reuocatur à culpa, sed honestatis regula. Ergo ut ad propositum redeamus, non fabulosa pro ueris sed uera pro fabulosis: Exempla proferamus. Quid enim mihi opus est fingere hiatum terræ, equum æneum, annulumq̄ aureum in digito defuncti repperit: cuius annuli rāta sit uis, ut pro arbitrio suo qui eum sit indutus, appareat cum uelit: cum autem nolit, conspectui se præsentium subtrahat, ut præsens non possit uideri? Nempe eò tendit istud, utrum sapiens etiam si isto utatur annulo, quo possit propria flagitia celare & regnum assequi, nolit ne peccare, & grauius ducat sceleris contagium, pœnarum doloribus: an uerò spe impunitatis utatur ad perpetrandum scelus. Quid, inquam, mihi opus est fingēto annuli, cum possim docere ex rebus gestis, quòd uir sapiens cum sibi in peccato non solum latendum, sed etiam regnandum uideret, si peccatum admitteret, contra autem periculum salutis cerneret, si declinaret flagitium: eligere tamen magis salutis periculum ut uacaret flagitio, quā flagitium quo sibi regnum pararet? Denique Dauid cum fugeret à facie regis Saul, cum eum rex cum tribus milibus uirorum electorum ad inferendam necem in deserto quæreret, ingressus in castra regis, cum dormientem offendisset, non solum ipse non percussit, sed etiam protexit, ne ab alio qui simul ingressus fuerat, perimeretur. Nam cum diceret ei Abisai: Conclufit hodie dominus inimicum tuum in manibus tuis, & nunc occidam eum: respondit: Non consumas illum, quoniam quis iniiciet manum suam in Christum domini, & purus erit: Et addidit: Viuit dominus, quia nisi dominus percusserit illum, aut nisi hora illius uenerit ut moriatur, uel in pugnam descenderit, & opponatur mihi, non sit à domino iniicere manum meam in Christum domini. Itaque non permisit necari eum, sed solum lanceam, quæ erat ad caput eius, & lenticulam tulit aq̄e, dormientibus cunctis. Egressusq̄ de castris transiuit in cacumen montis, & coarguere cœpit stipatores regios, & præcipue principem militiae Abner, quòd nequaquam fidam custodiam regi & domino suo adhiberet: denique demonstraret, ubi esset lancea regis, uel lenticula quæ erat ad caput eius. Et appellatus à rege lanceam reddidit: & dominus, inquit, restituat unicuique iustitias suas, & fidem suam: sicut tradidit te dominus in manus meas, & nolui iniicere manum meam in Christum domini. Et cum hoc diceret, timebat tamen insidias eius, & fugit, sedem exilio mutans. Nec tamen salutem prætulit innocentia, cum iam secundo facultate sibi tributa regis necandi noluisse uti occasionis beneficio: quæ & securitatem salutis metuēti, & regnum offerebat exuli. Vbi opus fuit Ioanni Gyge annulo, qui si tacuisset, non esset occisus ab Herode: Præstare hoc illi potuit silentium suum, ut & uideretur & non occideretur. Sed quia non solum peccare se propter salutis defensionem passus non est, sed ne alienum quidem peccatum ferre ac perpeti potuit, ideo in se causam necis excitauit. Certè hoc negare non possunt, potuisse fieri ut taceret, qui de illo Gyge negant potuisse fieri, ut annuli beneficio absconderetur. Sed fabula, & si uim non habet ueritatis, hanc tamen rationem habet: ut si possit celare se uir iustus, tamen ita peccatum declinet, quasi celare nō possit: nec personam suam indutus annulum, sed uitam suam Christum indutus abscondat, sicut Apostolus ait: Quia uita nostra abscondita est cum Christo in deo. Nemo ergo hic fulgere quærat, nemo sibi arroget, nemo se iactet. Nolebat se Christus hic cognosci, nolebat prædicari in Euangelio nomen suum cum in terris uersaretur, uenit ut lateret seculum hoc. Ergo & nos simili modo abscondamus uitam nostram Christi exemplo, fugiamus iactantiam, prædicari non expectamus. Melius est hic esse in humilitate, ibi in gloria. Cum, inquit, Christus apparuerit, tunc & uos cum illo apparebitis in gloria.

Famis tempore subueniendum, nec auarè partis incumbendum, uel precia captanda: Exempla de Ioseph, & diuite auaro in euangelio. Cap. VI

**N**on uincat igitur honestatem utilitas, sed honestas utilitatem. Hanc dico utilitatem, quæ æstimatur secundum uulgi opinionem. Mortificetur auaritia, moriatur concupiscentia. Sanctus in negotiationem introisse se negat: quia preciorum captare incrementa, non simplicitatis, sed uersutiae est. Et alius ait: Captans precia frumenti, maledictus in plebe est. Definita est sententia, nihil disputationi relinquens, quale controuersiarum genus solet dicendi esse, cum alijs alleget agriculturam laudabilem apud omnes haberi, fructus terræ simplices esse triplos, plus qui seminauerit, eum probatiorem fore, uberiores redditus industria non fraudari, negligentiam magis & in curiam ruris inculti reprehendi solere. Araui, inquit, studiosius, ubi uberius seminauit, diligentius excolui, bonos collegi proventus, sollicitus recondidi, seruaui fideliter, prouidè custodiui. Nunc in tempore famis uēdo, subuenio esurientibus, uendo frumentum non alienum, sed meum, non pluris quam ceteri, imo etiam minori precio. Quid hic fraudis est, cum multi possent periclitari si non haberent quod emerent? Num industria in crimen uocatur? Num diligentia reprehenditur? Num prouidentia uituperatur? Fortasse dicat: Et Ioseph frumenta in abundantia collegit, in caritate uendidit. Num carius aliquis emere compellitur? Num uis adhibetur emptori? Omnibus deferatur emendi copia, nulli irrogatur iniuria. His igitur quantum cuiusque fert ingenium disputatis, exurgit alius, dicens: Bona quidem agricultura, quæ fructus ministrat omnibus, quæ simplici industria accumulatur terrarum fecunditatem, nihil doli, nihil fraudis interferens. Denique si quid uitij fuerit, plus dispendij est: quia si bene aliquis seuerit, melius metet: & si syncerum tritici granum seminauerit, puriorem ac synceram messem colliget. Fœcunda terra multiplicatum reddit quod acceperat: fidelis ager fœnatores solet restituere proventus. De redditibus igitur uberis glebæ, expectare debes tui mercedem laboris, de fertilitate pinguis soli iusta sperare, compendia. Cur ad fraudem conuertis naturæ industriam? Cur inuides uisibus hominum publicos partus? Cur populis minus abundantiam? Cur affectas inopiam? Cur optari facis à pauperibus sterilitatem? Cum enim non sentiant beneficia fœcunditatis, te auctionante precium, te condente frumentum, optant potius nihil nasci, quam te de fame publica negociari. Ambis frumentorum indigentiam, alimentorum penuriam, uberis soli partus ingemis, fles publicam fertilitatem, horrea frugum plena deploras, exploras quando sterilior proventus sit, quando exilior partus. Votis tuis gaudes arrisisse maledictum, ut nihil usquam nasceretur. Tunc messem tuam uenisse letaris, tunc tibi de omnium miseria congeris opes, & hanc tu industriam uocas, hanc diligentiam nominas, quæ calliditatis uersutia, quæ astutia fraudis est? & hoc tu remedium uocas, quod est commentum nequitiae? Latrocinium hoc, aut fœnus appellem? Captantur tanquam latrocinij tempora, quibus in uiscera hominum durus insidiator obrepas. Augetur pretium tanquam sorte cumulatam fœnoris, quo periculum capitis acerratur. Tibi condita frugis multiplicatur usura, tu frumentum quasi fœnator occultas, quasi uenditor auctionaris. Quid imprecaris male omnibus, quia maior futura sit fames, quasi nihil frugum supersit, quasi infœcundior annus sequatur? Lucrum tuum, damnum publicum est. Ioseph sanctus omnibus aperuit horrea, non clausit: nec precia captauit annonæ, sed perenne subsidiū collocauit: nihil sibi acquisiuit, sed quemadmodum fames etiam in posterum uinceretur, prouida ordinatione disposuit. Legisti quemadmodum hunc frumentarij precij captatorem exponat in euangelio dominus Iesus, cuius possessio diuites fructus attulit, & ille quasi egens dicebat: Quid faciam? non habeo quo congregem. Destruam horrea mea, & maiora faciam. cum scire non posset, utrum sequenti nocte anima sua ab eo reposceretur. Nesciebat quid faceret: quasi ei alimenta deessent, hærebat ambiguo. Nō capiebant horrea annonam, & ille se egere credebat. Rectè igitur Salomon: Qui continet, inquit, frumentum, relinquet illud nationibus, non hæredibus: quoniam auaritiæ emolumentum ad successorum iura non peruenit. Quod non legitime acquiritur, quasi uentis quibusdam ita extraneis diripientibus dissipatur. Et addidit: Captas annonam maledictus in plebe est, benedictio autem in capite eius qui participat. Vides ergo quod largitorem frumenti

Prover. II

Luc. I 2

Prover. II



frumenti esse deceat, non precij captatorem. Non est igitur ista utilitas, in qua plus honestati detrahatur, quam utilitati adiungitur.

Peregrinos tempore famis urbe non arcendos, quod non solum inhonestum, sed & inutile propositis comprobatur exemplis. Cap. VIII

Ed & illi qui peregrinos urbe prohibent, nequaquam probandi. expellere eo tempore quo deberent iuuare, separare à commercijs communis parentis, fusos omnibus partus negare, inita iam consortia uiuendi auerruncare: cum quibus fuerint communia iura, cum his nolle in tempore necessitatis subsidia partiri. Feræ non expellunt feras, & homo excludit hominem: Feræ ac bestiae communem putant omnibus uictum, quem terra ministrat. Illæ etiam conformem sui generis adiurant, homo impugnat: qui nihil à se alienum debet credere, quicquid humani est. Quanto ille rectius, qui cum iam prouecta processisset ætate, & famem toleraret ciuitas, atque (ut in talibus solet) peterent uulgo, ut peregrini urbe prohiberentur, præfecturæ urbanæ curam cæteris maiorem sustinens, conuocauit honoratos, & locupletiores uiros, poposcit ut in medium consulerent, dicens: quam immane esset peregrinos eijci, quam hominem exueret, qui cibum morienti negaret? Canes antè mensam impastos esse non patimur, & homines extrudimus? Quam inutile quoque tot populos mundo perire, quos dira conficeret tabes? quantos urbi suæ perire, qui solerent adiumento esse, uel in conferendis subsidijs, uel in celebrandis commercijs: neminem fame aliena iuuari: protrahere ut plurimum diem posse, non inopiam repellere: imò tot cultoribus extinctis, tot agricolis occidentibus, occasura in perpetuum subsidia frumentaria. Hos igitur excludimus, qui uictum nobis inferre consueverunt? Hos nolumus in tempore necessitatis pascere, qui nos omni ætate pauerunt? Quanta sunt quæ ab ipsis nobis hoc ipso tempore ministrantur? Non in solo pane uiuit homo. Nostra illic familia, plerique etiam nostri parentes sunt. Reddamus quod accepimus. Sed ueremur, ne cumulemus inopiam. Primum omnium misericordia nunquam destituitur, sed adiuuatur. Deinde subsidia annonæ quæ his impartienda sunt, collatione redimamus, reparemus auro. Nunquid his deficientibus, non alij nobis redimendi cultores uidentur? Quanto uilius est pascere quam emere cultores? Vbi etiam repares? Vbi inuenias quem reformes? Adde: si inuenias quem ignarum, & alieni usus: numero possis substituere, non cultui. Quid plura? Collato auro, coacta frumenta sunt. Ita nec abundantiam urbis minuit, & peregrinis alimoniam submisit. Quanta hoc commendationis apud deum fuit sanctissimo seni? Quanta apud homines gloriæ? Hic magnus uere probatus, qui uere potuit Imperatori dicere, demonstrans prouinciæ totius populos: Hos tibi omnes reseruauit, hi uiuunt beneficio tui senatus, hos tua curia iam morti abstulit. Quanto hoc utilius, quam illud quod proxime Romæ factum est, eiectos esse urbe amplissima, qui iam plurimam illic ætatem transegerant, flentes cum filijs abiisse, quibus uelut ciuibus amolendum exilium deplorarent, interruptas complurium necessitudines, diremptas affinitates? Et certe ariserat anni foecunditas, inuecticio urbs sola egebat frumento: potuisset iuuari, si peterent ab Italis frumentum, quorum filij expellabantur. Nihil hoc turpius, excludere quasi alienum, & exigere quasi suum. Quid illum eijcis, qui de suo pascitur? Quid illum eijcis, qui te pascit? Seruum retines, trudas parentem? Frumentum suscipis, nec affectum impartis? Victum extorques, nec rependis gratiam? Quam deforme hoc, quam inutile? Quomodo enim potest utile esse quod non decet? Quantis corporatorum subsidijs dudum Roma fraudata est? Potuit & illos non amittere, & euadere famem, expectatis uentorum opportunis flatibus, & speratarum comæatu nauium. Quam uero illud superius honestum atque utile? Quid enim tam decorum atque honestum, quam collatione locupletum iuuare egentes, ministrare uictum esurientibus, nulli cibum defore? Quid tam utile, quam cultores agrorum reseruari, non interire plebem rusticanorum? Quod honestum igitur, utile: & quod utile, honestum. E contra, quod inutile, indecorum: quod autem indecorum, id etiam inutile.

Honestum

Honestatem salutis quoque prælatam à deo comprobari: Exempla de Iosue, & Caleb, & cæteris exploratoribus.

Cap. VIII

Numc. 13

Ibidem. 14

Q Vando maiores nostri seruitio exire potuissent, nisi id non solum turpe, sed etiam inutile credidissent, regi seruire Aegyptiorum? Iesus quoque & Caleb missi ad explorandam terram, uberem quidem terram, sed à ferocissimis inhabitari gentibus nunciauerunt. T errore belli populus infractus, recusabat terræ eius possessionem. Suadebant missi exploratores Iesus & Caleb terram esse utilem: indecorum putabant cedere nationibus: lapidari potius eligebant, quod minabatur populus, quam decedere de honestate. Dissuadebant alij, plebs reclamabat, dicēs aduersus diras & asperas gentes bellū fore, cadendum sibi in prælio, mulieres suas & pueros direptioni futuros. Exarsit domini indignatio, ut omnes uellet perdere, sed rogante Moyse temperauit sententiam, ultionem distulit: satis esse perfidis supplicij iudicans, ut si parceret interim, nec percuteret incredulos, ad eam tamen terram quam recusauerant, propter incredulitatis suæ precium non peruenirēt: sed pueri & mulieres qui non immurmurauerant, uel sexu, uel etate ueniabiles, caperent eius terræ promissam hæreditatem. Denique quicumque erant à uicesimo anno & supra, in deserto eorum membra ceciderunt: sed aliorum dilata est pœna. Qui autē ascenderunt cum Iesu, & dissuadendum putauerunt, plaga mala statim mortui sunt. Iesus uerò & Caleb cum innoxia ætate uel sexu in terram promissionis intrarunt. Pars igitur melior gloriam salutis prætulit, deterior salutem honestati. Diuina autem sententia eos probauit, qui honesta utilibus præstare arbitrabantur: eos uerò condemnauit, apud quos ea quæ uidebantur salutis potius quam honestati accomoda, præponderabant.

Fraudes & turpia lucra clericos maxime dedecere, & omnes honestatem Dauid & Nabuthe imitari debere.

Cap. IX

Nihil itaque deformius, quam nullū habere amorem honestatis, & usu quodam degeneris mercaturæ quæstu sollicitari ignobili, auaro æstuarie corde, diebus ac noctibus inhiare in alieni detrimenta patrimonij, nō eleuare animum ad honestatis nitorem, non considerare ueræ laudis pulchritudinem. Hinc nascuntur auaritia quæsitæ hæreditatis, continentia atque grauitatis simulatione captatæ, quod abhorret à proposito Christiani uiri. Omne enim quod arte elicatum, & fraude compositum est, caret merito simplicitatis. In ipsis qui nullum ecclesiastici ordinis officium receperint, incongrua iudicatur affectatæ ambitio hæreditatis. In supremo fine uitæ positos suum habere iudicium, ut liberè testentur quod sentiunt, qui postea non sunt emendaturi: cum honestum non sit compendia alijs uel debita, uel parata auertere, cum uel sacerdotis uel ministri sit prodesse si fieri potest omnibus, obesse nemini. Denique si non potest alteri subueniri nisi alter lædatur, commodius est neutrum iuuari, quam grauari alterum. Ideoque in causis pecuniarijs interuenire non est Sacerdotis: in quibus non potest fieri, quin frequenter lædatur alter qui uincitur, quoniam intercessoris beneficio se uictum arbitratur. Sacerdotis est igitur nulli nocere, prodesse uelle omnibus: posse autem solius est dei. Nam in causa capitis nocere ei quem iuuare debeas periclitantē, non sine peccato est graui. In causa autem pecuniæ odia quærere, insipientia est: cum pro salute hominis graues frequenter fiant molestia: in quo etiam periclitari gloriosum sit. Proposita igitur forma in Sacerdotis officio teneatur: ut nulli noceat, ne laceffitus quidem, & aliqua iniuria offensus. Bonus enim est uir qui dixit: Si reddidi retribuentibus mihi mala. Quæ enim est gloria, si eum non lædimus, qui nos non læserit? Sed illa uirtus est, si læsus remittas. Quam honestum, quod Dauid cum potuisset regi inimico nocere, maluit parcere: Quam etiam utile: quia successori hoc profuit, ut discerēt omnes fidē regi proprio seruare, nec usurpare imperium, sed uereri: Itaque & honestas utilitati prælata est, & utilitas secuta est honestatem. Parum est quod pepercit: addidit, quod etiam in bello doluit occisum, & flebiliter deplorauit dicens: Montes qui estis in Gelboe, neque ros, neque pluuia cadat super uos. Montes mortis, quoniam ibi sublata est protectio potentium, protectio Saul. Non est unctus in oleo, sed sanguine uulneratorum, & ex adipe belligerantium. Sagitta Ionathæ non est retro reuerfa, & gladius Saul non est reuersus uacuus. Saul & Ionathas speciosi & charissimi, inseparabiles in uita sua, & in morte non sunt separati.

Psalm. 7

2. Reg. 1

Ambr. To. 1.

f parati.

parati. Super aquilas leuiores, super leones potēiores. Filii Israel plorate super Saul, qui uestiebat uos uestimēta coccinea cum ornāmēto uestro, qui imponebat aurū super uestimenta uestra. Quomodo ceciderūt potētes in media pugna? Ionathas in morte uulneratus est. Doleo in te frater Ionatha, speciosus ualde. Ceciderat amor tuus in me, sicut amor mulierū. Quomodo ceciderūt potentes, & perierūt arma cōcupiscenda? Quæ mater unicum sic defleret filiū, quemadmodū hic defleuit inimicū? Quis gratiæ authorem tantis prosequeretur laudibus, quantis iste persecutus est insidiatorē capitis sui? Quam piē doluit, quanto ingemuīt affectu? Aruerūt montes prophetico maledictō, & diuina uis sententiā maledictis impleuit. Itaq; pro regiæ necis spectaculo pœnā elementa soluerunt. Quid uerò sancto Nabuthæ, quæ fuit causa mortis, nisi honestatis cōtemplatio?

**3. Reg. 21** Nam cum ab eo uineā rex posceret, pecuniā daturū se pollicēs: indecorū preciū pro paterna recusauit hæreditate, maluitq; morte declinare huiusmodi turpitudinē. Non mihi, inquit, fiat à domino, ut dem tibi hæreditatē patrū meorū. Hoc est, tantū mihi opprobrium non fiat, nō permittat deus tantū extorqueri flagitiū. Nō utiq; de uitibus dicit: (neq; enim de uitibus cura est deo, neq; de terreno spacio) sed de iure loquitur patrum. Potuit utiq; & aliam uineā de uineis regis accipere, & in amicis esse, in quo nō mediocri seculi huius utilitas estimari solet: sed qd turpe erat, iudicauit nō uideri utile: maluitq; periculū cum honestate, q̄ utilitatē cum opprobrio. Vulgarē utilitatē loquor, non illā in qua etiā honestatis gratia est. Deniq; & ipse rex potuit extorquere, sed impudens arbitrabat: sed occisum doluit. Dñs q; mulieris ofus immanitatē, quæ honestatis immemor turpe attulit lucrū, cōgruo supplicio plectēdā annūciauit. Turpis est itaq; omnis fraus. Deniq; etiā in reb. uilib. execrabilis est statera fallacia, & fraudulēta mēsurā. Si in foro rerū uenaliū in usu cōmerciorū fraus plectit, potest ne irreprehensibilis uideri inter officia uirtutē?

**Prover. 20** Clamat Salomon: Pōdus magnū & exiguū, & mēsurę duplices, immūda sunt apud deū. Suprà q; ait: Statera adultera, abominatio est dño: pōdus aut equū, acceptabile est illi. Vitia uirtutibus obliterari, & perfidis ac etiam fraudulentis fidem oportere custodiri: quod Iosue Gabaonitis intimatur exhibuisse. Cap. x

I Nomnib. igiť decora est fides, iustitia grata, mēsurā equitatis iocūda. Quid autem loquar de cōtractibus cæteris, ac maximē de cōceptione prædiorū, uel transactionibus, atq; pactis? Nōne honestatis formulę sunt, dolū malū abesse: eumq; cuius dolus fuerit deprehēsus, duplici pœnę obnoxii fore? Vbiq; igiť honestas prepōderat cōsideratio, quę dolū excludit, fraudē eiicit. Vnde recte generalē Dauid propheta prōpsit sententiā, dicēs: Nec fecit pximo suo malū. Nō solū itaq; in contractibus (in quib. etiā uitia eorū quę ueneūt, pdi iubent: ac nisi intimauerit uēditor, quamuis in ius emptoris trāscripserit, doli actiōe uacuant) sed etiā generaliter in omnibus dolus abesse debet: aperienda simplicitas, intimāda ueritas est. Veterē autē istā de dolo nō iurisperitorū formulā, sed patriarcharū sententiā scriptura diuina euidenter expressit in libro testamenti ueteris, qui Iesu Naue inscribit. Nā cum exisset fama per populos, siccatū esse mare in Hebræorū trāsitu, fluxisse aquā de petra, de cœlo diurnā ministrari alimoniam tot

**Iosue. 3** **Ibidem. 6** **Iosue. 9** populi milib. abūdantē, corruisse muros Hierico, sacro tubarū sono ictos, & ululatu plebis arietatos, Gethæorū quoq; regē uictū, & suspēsum in ligno usq; ad uesperā: Gabaonitę metuētes ualidā manū, uenerūt cum uersutia, simulātes se de terra lōginqua esse, diuq; peregrinatos dirupisse calciāmēta, detriuisse amictus uestiū, quarū ueterascētiū indicia monstrarēt. Causam autē tanti laboris, emerēdæ pacis, & ineūde cū Hebræis esse amicitia cupiditatē, & cœperunt ab Iesu Naue poscere, secū firmaret societātē. Et quia adhuc erat ignarus locorū, atq; incolarū inscius, non cognouit fraudes eorū, neq; dominū interrogauit, sed cito credidit. Adeo sancta erat illis tēporibus fides, ut fallere aliq; posse non crederet. Quis hoc reprehendat in sanctis, qui ceteros de suo affectu estimāt? Et quia ip

**Prover. 14** sis amica est ueritas, mētiri neminē putāt, fallere quid sit ignorāt: libēter credūt quod ipsi sunt, nec possunt suspēctū habere qd non sunt. Hinc Salomō ait: Innocēs credit omni uerbo. Nō uituperāda facilitas, sed laudāda bonitas. Hoc est, innocētē esse, ignorare qd noceat: & si circūscribit ab aliquo, de omnib. tamē bene iudicat, qui fidē esse in omnib. arbitratur. Hac igiť mētis suę deuotione inclinatus ut crederet, testamentū disposuit, pacem dedit, cōfirmauit societātē. Sed ubi in terras eorū uentū est, deprehēsa fraude, quod

cum

tum essent finitimi, aduenas se esse simulauerant, circumscriptum sese populus patrum indignari coepit. Iesus tamen pacem quam dederat reuocandam non censuit, quia firmata erat sacramenti religione: ne dum alienam perfidiam arguit, suam fidem solueret. Multa uero tamen eos uilioris obsequio ministerij. Clementior sententia, sed diuturnior. Manet enim officijs poena ueteris astutiae, haereditario in hunc diem ministerio deputata.

Auaros & fraudulentos interdum cupiditas fraudari, semper autem apud deum maleuolentiae reatu obnoxios teneri, Fabula de quodam Syracusano, & paradigma de Doech Idumaeo, & Anania.

Cap. XI

Non ego in haereditatibus adeundis digitorum percussiones, & nudi successoris simulationes norabo (nam haec etiam uulgo notabilia) non simulatae piscationis compositas copias, ut emptoris illiceres affectus. Cur enim tam studiosus luxuriae ac deliciarum repertus est, ut huiusmodi fraudem pateretur? Quid mihi tractare de Syracusano illo amoenos secretoque secessu, & de Siculi hominis calliditate: qui cum peregrinum aliquem reperisset, cognito quod cupidus esset hortorum uenaliu, ad coenam in hortos rogauit. Promisit inuitatus postridie se uenire. Veniens offendit illic magnam piscatorum multitudinem, exquisitis copiis adornatum conuiuium, in prospectu coenantium ante hortulos compositos piscatores, ubi nuntiam pisces ingerebantur, oculos recubentium resilietes uerberabant. Mirari hospes tantam copiam piscium, tantumque numerum cymbarum. Responsum quaerenti, aquationem illic esse, dulcis aque gratia innumerabiles eorum pisces conuenire. Quid multa? Pellexit hospitem, ut sibi extorqueret hortos: uedere uolens cogit, precium grauatim suscipit. Sequenti die ad hortos emptor cum amicitas, respondetur, nulla, nec unquam illic praeter hesternum diem piscari solitos. Quam hic redarguendi haberet auctoritatem doli, qui tam turpe captarit aucupium deliciarum: Qui enim alterum peccati arguit, ipse a peccato debet alienus esse. Non ergo huiusmodi nugas ego in hac ecclesiasticae censionis auctoritatem uocabo, quae generaliter condennat omnem lucrum turpis appetentiam, breuique sermonis compendio excludit leuitatem ac uersutiam. Nam de illo quid loquar, qui de eo testamento quod ab alijs licet factum, falsum tamen cognouerit, haereditatem sibi aut legatum uindictet, & lucrum quaerat alieno crimine: cum etiam leges publice eum qui sciens falso utitur, tantumque reuolunt astringant facinoris? Regula etiam iustitiae manifesta est, quod a uero declinare uirum non deceat bonum, nec damno iniusto afficere quenquam, nec doli aliquid annexere, fraudis uero compositio. Quid euidentius eo, quod Ananias, quia fraudauit de precio agri sui quem ipse uendiderat, & portionem precij tantumque summam totius numerum ante pedes posuit Apostolorum, sicut reus fraudis interijt: Licuit utique illi nihil offerre, et hoc sine fraude fecisset. Sed quia fraudem admisit, non liberalitatis gratiam reportauit, sed fallaciae poenam exoluuit. Et dominus Euangelio cum dolo accedentes repudiavit, dicens: Vulpes foueas habent: quoniam in simplicitate coram arguens proditorum, eo quod instrumentum huiusmodi ad hominis adhibetur ornatu, & plerumque ulcerat. Si quis igitur praetendat gratiam, & dolum nectat, Doech proditoris exemplo, ut eum quem celare & protegere debeat, prodat ad mortem: instrumentum istius comparatione cessetur quod ebriae mentis & titubantis uitio manus uulnerare consueuit. Sicut iste maliciae ebrius uirum, per funestae proditoris indicium Achimelech sacerdoti necem detulit, eo quod Prophetam hospitio suscepisset, quem rex inuidiae accensus stimulis persequebatur.

Acto. 5

Matth. 8  
Psalm. 51

1. Reg. 22

De malo temerarij iuramenti, paradigma de Herode & Iepte, & quod filia eius sponte sua die condicta reuersa, fidem illorum praecellat Pythagoraeorum, qui se uades inuicem dederunt.

Cap. XII

Virum igitur ac syncerum oportet esse affectum, ut unusquisque simplicem sermonem proferat, uas suum in sanctificatione possideat, nec fratrem suum circumscriptione uerborum inducat, nihil promittat inhonestum: aut si promiserit, tolerabilius est promissum non facere, quam facere quod turpe sit. Saepem plerique constringunt se ipsos iurandi sacramento: & cum ipsi cognouerint promittendum non fuisse, sacramenti tamen contemplatione faciunt quod sponponderunt. Sicut de Herode supra scripsimus, qui saltatrici premium turpiter promisit, crudeliter soluit. Turpe, quod regnum pro saltatione promittitur: crudele, quod mors Prophetae pro iurandi religione donatur. Quanto tolerabilius tali fuisset perjurium sacramento: si tamen perjurium possit dici, quod ebrius inter uina iurauerat, quod

1. Thes. 5

Matth. 14

euiratus inter saltantiū choros promiserat. Inferē disco Prophete caput: & hoc estimatū est  
*judic. 11.* fidei esse, quod amentie fuit. Neq; unq; adducar, ut credā nō incaute principē promississe le-  
 pre, ut immolaret deo quicquid sibi reuertēti intra limē domus suæ occurreret, cū & ipsum  
 uoti pœnituerit sui, postq; filia occurrit sibi. Deniq; cōscidit uestimēta sua, & dixit: Heu me  
 filia, impedisti mihi, impedisti mihi, in stimulū dolorū facta es mihi. Qui licet pio meturac  
 formidine acerbitatē duræ solutionis impleuerit, tamē luctū annuū etiā posteris deploran-  
 dū statuit ac dereliquit. Dura promissio, acerbior solutio: q̄; necesse habuit lugere etiā ipse  
 qui fecit. Deniq; factū est præceptū & decretū in Israel ex diebus in dies. Ambulabunt, in-  
 quit, filiaē populi Israel, lugentes filiā Iepte Galaaditæ quatuor diebus in anno. Nō possum  
 accusare uirū qui necesse habuit implere quæ uouerat: sed tamē miserabilis necessitas, quæ  
 soluitur parricidio. Melius est nō uouere, q̄; uouere id, quod sibi cui promittitur nolit exo-  
 lui. Deniq; in Isaac habemus exemplū, pro quo arietē deus statuit immolari sibi. Non sem-  
 per igit̄ promissa soluenda omnia sunt. Deniq; ipse dominus frequenter suā mutat senten-  
 tiam, sicut scriptura indicat. Nam & in eo libro qui inscribit̄ Numeri, proposuerat percutere  
*Gene. 22* morte, & perdere populū: sed postea rogatus à Moysē, reconciliatus est populo suo. Et  
*Num. 14* iterū ad Moysen & Aarō ait: Diuidite uos de medio synagogæ, & cōsummabo eos simul.  
 Quibus discedētib; à cœtu, Dathan & Abiron, atq; Chore subito impios terra prærupto  
 soluta hiatu absorbuīt. Præcellenti; & antiquius istud exemplū de filia Iepte, quā illud  
 quod memorabile habetur apud Philosophos de duobus Pythagoræis. Quorū alter cū  
 à tyranno Dionysio capitis damnatus esset, præscripto mortis die, poposcit ut domū per-  
 gendi ei facultas daretur, quo cōmendaret suos. Ac ne reuertendi nutaret fides, uadē mor-  
 tis obtulit ea cōditione, ut si ipse deforet ad cōstitutū diem, uas eius sibi pro eo moriendū  
 agnosceret. Nec qualitatē sponsonis qui offerebatur recusauit, cōstantiq; animo diem ne-  
 cis præstolabatur. Itaq; alter se non subtraxit, alter ad diē repedaui. Quod eousq; fuit mira-  
 bile, ut tyrannus eos sibi in amicitiam adscisceret, quorū urgebat periculum. Quod ergo  
 in spectatis & eruditis uiris plenū miraculi est, hoc in uirgine multo magnificentius, mul-  
 toq; illustrius deprehenditur, quæ ingemiscenti patri ait: Fac mihi ut exiuit de ore tuo. Sed  
*judic. 11* spacium duorum poposcit mensum, ut cum æqualibus conuentum ageret in montibus,  
 quæ uirginitatē eius prædestinatā neci pio affectu prosequerentur. Nec fletus æqualium  
 mouit puellā, nec dolor flexit, nec gemitus retardauit, nec dies præterijt, nec fefellit hora.  
 Redijt ad patrem, quasi ad uotum rediret, & uoluntate propria cunctantē impulit, fecitq;  
 arbitratu spontaneo, ut quod erat impietatis fortuitum, fieret pietatis sacrificium.

Quantum periculum ludith honestatis intuitu subierit.

Cap. XIII

*judic. 11. 12*  
13

E Cce tibi ludith se offert mirabilis, quæ formidatū populis uirū Holofernē adiit,  
 Assyriorum triumphali septū caterua. Quē primo formæ gratia & uultus deco-  
 reperculit, deinde sermonis circūscripsit elegantia. Primus triūphus eius fuit,  
 quod integrū pudorē de tabernaculo hostis reuexit. Secundus, quod fœmina de uiro repor-  
 tauit uictoriā, fugauit populos cōsilio suo. Horruerūt Persæ audaciā eius. Utiq; (quod in il-  
 lis Pythagoræis duobus mirantē) nō expauit mortis periculū, sed nec pudoris, quod est gra-  
 uius bonis fœminis: nō unius iclū carnificis, sed nec totius exercitus tela trepidauit. Stetit  
 inter cuneos bellatorū fœmina, inter uictricia arma, secura mortis. Quātū ad molē spectat  
 periculi, moritura processit: quantū ad fidē, dimicatura. Honestatē igitur secuta est ludith:  
 & dū eam sequit̄, utilitatē inuenit. Honestatis em̄ fuit prohibere, ne populus dei se prophe-  
 nis dederet, ne ritus patrios & sacramēta proderet, ne sacras uirgines, uiduas graues, pudic-  
 cas matronas Barbaricæ subiiceret impuritati, ne obsidionē deditiōe solueret. Honestatis  
 fuit se malle pro omnib; periclitari, ut oēs eximeret periculo. Quāta honestatis autoritas,  
 ut consiliū de summis rebus fœmina sibi uindicaret, nec principibus populi committeret.  
 Quanta honestatis autoritas, ut deum adiutorē præsumeret: quanta gratia, ut inueniret.

Quod semper honestatē sequat̄ utilitas: qd licet apud homines aliter sæpe contingere  
 uideatur, apud deū tamen perpetuo ita esse comprobatur multis exemplis. Cap. XIII

4. Reg. 6

Q Vid uerò Helisæus nisi honestatē secutus est, cū exercitū Syriæ, qui ad obsiden-  
 dum eū uenerat, captiuū introduxit in Samarā, cuius oculos cæcitate obduxe-  
 rat, & dixit: Domine aperi oculos eorū, ut uideant, & uiderūt: Itaq; cū rex Israel  
 percutere ingressos uellet, eamq; sibi dari à Propheta facultatē posceret, respondit nō per-  
 cutiendos, quorū captiuitatē non esset manu operatus, armisq; bellicis: sed magis subsidio  
 alimento.

alimentoꝝ iurandos. Deniq; epularibus reſecti copijs, nunq; poſtea in terrã Iſrael piratæ Syriæ reuertendũ putarunt. Quãto hoc ſublimius q̄ illud Græcorũ: quod cum duo populi aduerſum ſe de gloria imperioq; decertarēt, & alter ex his haberet copiã, quemadmodũ naues alterius populi clanculo exureret, turpe credidit: maluitq; minus poſſe honeſtẽ, q̄ plus turpiter. Et iſti quidẽ ſine flagitio hæc facere nequibãt, ut eos qui cõſummãdi belli Perſici gratia in ſocietatẽ cõuenerãt, hac fraude deciperēt: quã licet poſſent negare, nõ poſſent tamen nõ erubescere: Helifæus autẽ nõ fraude, deceptos licet, ſed poteſtate domini percufſos, maluit tamẽ ſeruare quã perdere: quia decorũ foret hoſti parcere, & aduerſario donare uitã, quã potuiſſet auferre, niſi peperciſſet. Liquet igitur id quod decorũ eſt, ſemper eſſe utile. Nã & Iudith ſancta decoro cõtemptu propriæ ſalutis ſoluit obſidionis periculum, & publicam honeſtate propria acquiſiuit utilitatẽ: & Helifæus glorioſius ignouit, quã percudit: & utilius reſeruauit hoſtes, quã ceperat. Quid autẽ aliud Ioannes, niſi honeſtatẽ cõſiderauit, ut inhoneſtas nuptias etiã in rege nõ poſſet perpeti, dicens: Nõ licet tibi illã uxore habere: Potuit tacere, niſi indecorũ ſibi iudicaſſet mortis metu uerũ nõ dicere, inclinari regi, prophetice authoritatẽ adulatione ſubtexere. Sciebat utiq; moriturũ ſe eſſe, quia regi aduerſabatur, ſed honeſtatẽ ſaluti prætulit. Et tamẽ quid utilius quã quod paſſionis uitro ſancto aduexit gloriã? Sancta quoq; Susanna denũciato falſi teſtimonij terrore, cum hinc ſe uideret urgeri periculo, inde opprobriũ, maluit honeſta morte uitare opprobriũ, quã ſtudio ſalutis turpẽ uitã ſubire. Itaq; dũ honeſtati intendit, etiã uitã reſeruauit: quæ ſi id quod ſibi uidebatur ad uitã utile, præoptauifſet, non tantã repõrtafſet gloriã: imò etiã (id quod nõ ſolum inutile, ſed etiã periculoſum foret) pœnã criminis forſitã nõ euafifſet. Aduertimus igitur, quia id quod turpe eſt, nõ poteſt eſſe utile: neq; rurfus id quod honeſtũ eſt, inutile: quia complex honeſtatis eſt ſemper utilitas, & utilitatis honeſtas. Memorabile ferunt rhetores, quod dux Romanorũ cũ ad eum aduerſarij regis medicus ueniſſet, pollicẽs daturũ ſe regi uenenũ, uinctũ eum ad hoſtẽ remiſerit. Et reuera præclarũ, ut qui uirtutis certamẽ ſuſceperat, nollet fraude uincere. Nõ enim in uictoria honeſtatẽ ponebat, ſed ipſam, niſi honeſtate quaſitam, uictoriã turpẽ pronũciabat. Redeamus ad noſtrũ Moyſen, atq; ad ſuperiora reuertamur: ut quanto præſtantiora, tanto antiquiora promamus. Nolebat Aegypti rex populũ dimittere patrũ. Dixit Moyſes ſacerdoti Aaron, ut extenderet uirgã ſuã ſuper omnes aquas Aegypti. Extẽdit Aaron, & cõuerſa eſt aqua fluminis in ſanguinẽ, & nemo poterat bibere aquã: omnesq; Aegyptij ſiti peribant, ſyncera autẽ fluẽta patribus abundabãt. Iactauerunt fauillã in cœlũ, & facta ſunt ulcera, & ueſicæ ſcatentes in hominibus & quadrupedibus. Deduxerunt grandinẽ in igne flãmeo, cõtrita erãt ſuper terrã omnia. Rogauit Moyſes & uniuërſa in ſua gratiam reuerterũt. Grando ſedata eſt, ſanata ulcera, ſolitos potus flumina præbuerunt. Iterũ caligantibus tenebris operta erat terra per triduũ, ex quo Moyſes manũ leuauerat, & tenebras infuderat. Moriebatur omne primogenitũ Aegyptiorũ, cum Hebræorũ omnis eſſet inoffenſa progenies. Rogatus Moyſes, ut his quoq; finẽ exitijs daret, orauit & impetrauit. In illo prædicandũ, quod à fraudis cõfortio temperauit. In hoc mirabile, quoniã diuinitus intenta ſupplicia, uirtute propria etiã ab hoſte detorſerit. Verẽ nimĩũ, ſicut ſcriptũ eſt, manſuetus & mitis, ſciebat quod fidẽ rex nõ ſeruaret promiſſi, tamen honeſtũ putabat ut rogatus oraret, læſus benediceret, appetitus remitteret. Proiecit uirgã, & ſerpens factus eſt, qui deuorauit ſerpentes Aegyptiorũ: ſignificans quod uerbũ caro fieret, quæ ſerpentis diri uenena uacuaret per remiſſionẽ & indulgentiã peccatorũ. Virga eſt enim uerbũ directũ, regale plenũ poteſtatis, inſigne imperij. Virga ſerpẽs facta eſt, quoniã qui erat filius dei ex deo patre natus, filius hominis factus eſt natus ex uirgine: qui quaſi ſerpens exaltatus in cruce, medicinã uulneribus infudit humanis. Vnde & ipſe dominus ait: Sicut Moyſes exaltauit ſerpentẽ in deſerto, ita exaltari oportet filiũ hominis. Deniq; & alterũ ſignũ ad dominũ leſum pertinet, quod fecit Moyſes. Manũ ſuã miſit in ſinũ, & protulit eã, & facta eſt manus eius ſicut nix. Iterũ miſit & protulit eã, & erat ſicut carnis humanæ ſpecies: ſignificans domini leſu primũ fulgorẽ diuinitas, poſtea ſuſceptionẽ carnis, in qua fide credere omnes gentes populoſq; oporteret. Merito manũ miſit, quia dextera dei Chriſtus eſt, in cuius diuinitatẽ et incarnationẽ ſi quis nõ crediderit, quaſi reprobus flagellatur: ſicut iſte rex, qui quoniã ſignis nõ credidit euidentibus, poſtea flagellatus orabat, ut ueniã mereret. Quãtus igitur honeſtatis affectus eſſe debeat, ex his probat, & eo maxime quod ſe obijciabat, p̄ populo dicẽs: ut remitteret populo deus aut certe de libro uiuẽtiũ ſe deleret.

Iudith 11.

12. 13

Marc. 6

Daniel. 13

Exod. 7

Num. 12

Exod. 4

Exod. 32

- Tobia. 2* Tobias quoque formam expressit honestatis euidentius, cum relicto conuicio mortuos sepeliret & ad cibos pauperis mensam inuitaret inopes. Raguel precipue, qui contemplatione honestatis, cum rogaretur, ut filiam suam in coniugium daret, uitia quoque filiae non tacebat, ne circumuenire petitorum uideret tacendo. Itaque cum Tobias filius Tobiae posceret ut sibi dare puellam, respondit: lege quidem ipsi eam deberi tanquam propinquo, sed dedisse se eam iam sex uiris, & omnes eos esse mortuos. Iustus itaque uir plus alienis timebat, & malebat innuptam sibi manere filiam, quam propter nuptias eius extraneos periclitari. Quam breuiter absoluit omnes quaestiones philosophorum. Illi de uitis tractant domorum, tegenda an prodenda a uenditore uideantur: hic non ster, nec filiae uitia celanda arbitratus est. Et certe non ipse affectabat ut eam traderet, sed rogabatur. Quanto utique iste honestior sit illis, dubitare non possumus, si conferamus quanto praestantior sit filiae causa, quam rei uenalis pecunia. Consideremus aliud quod in captiuitate gestum summum tenuit honestatis decorum. Nullis enim aduersis honestas impedit, qui in his eminent, & magis praecellit quam in prosperis. Inter uincula itaque, inter arma, flamas, seruitutem (que liberis omnium supplicio grauior est) inter poenas morientium, excidia patrie, uiuorum formidinem, sanguinem peremptorum, non excidit tamen cura honestatis maioribus nostris, sed inter euerse patriae cineres & fauillas, in affectibus pijs resplenduit, & refulsit. Nam cum in Persidem ducerent patres nostri, qui tunc dei omnipotentis cultores erant, acceptum ignem de altari sacerdotes domini occulte in ualle absconderunt. Erat illic uelut patens puteus, aquae secessu infrequens, nec populari usui patens, ignoto & ab arbitris remoto loco: ibi obsignauerunt indicio sacro pariter ac silentio ignem reconditum. Non illis studio fuit aurum defodere, argentum abscondere, quod serua rent posteris suis: sed inter extrema sua honestatis curam habentes, sacrum ignem seruandum putarunt: ne eum uel impuri contaminaret, uel defunctorum sanguis extingueret, uel deformium ruinam aceruus aboleret. Abierunt itaque in Persidem sola religione liberi, quoniam sola illis per captiuitatem extorqueri nequiuit. Post plurimum uero temporis, quando placuit deo, dedit hanc mentem regi Persarum ut instaurari in Iudaea templum, & legitimos reparari Hierosolymis ritus iuberet. Cuius gratia muneris Neemiae sacerdotem rex Persarum direxit. At ille secum deduxit illorum nepotes, qui profecturi de patrio solo, sacrum (ne periret) ignem absconderat: Venientes autem, ut patrum sermone est proditum, non inuenerunt ignem, sed aquam crassam. Et cum deesset ignis quo adolerent altaria, haurire eos aquam Neemias sacerdos, sibi quoque deferre, & aspergere super ligna iussit. Tunc uisu mirabile, cum esset caelum intextum nubibus, sol repente illuxit, accensus est magnus ignis, ita ut omnes in tam euidenti domini gratia factum stupentes, laetitia perfunderentur. Orabat Neemias, psallebant sacerdotes hymnum deo usque quo consumptum est sacrificium. Iussit iterum Neemias residua aqua maiores perfundi lapides. Quo facto flamma accensa est, lumine autem refulgens ab altari consumptum ilico est. Hoc patefacto indicio, rex Persarum eo loco in quo ignis fuerat absconditus, & postea reperta est aqua: templum fieri mandauit, cui inferebantur dona plurima. Appellauerunt autem illud qui erat cum sancto Neemia, Epathar, quod interpretationem habet purificationis. a plurimis Nephthe uocatur. Inuenitur autem in descriptionibus Hieremiae prophetae, quod iusserit accipere de igne eos qui postea essent futuri.
- Leui. 9* Hic est ignis qui cecidit super sacrificium Moyli, & consumpsit illud, sicut scriptum est: Quia exiuit ignis a domino, & consumpsit uniuersa quae erant super altare holocausta. Hoc igne oportebat sanctificari sacrificium. Ideoque & in filios Aaron qui alienum ignem inferre uoluerunt, exiuit iterum ignis a domino, & consumpsit eos, ita ut mortui extra castra projicerentur.
- 2. Mach. 2* niens autem Hieremias in locum, inuenit domum in modum speluncae, & tabernaculum, & arcam, & altare incensi intulit illuc, & obstruxit ostium. Quod cum hi qui simul uenerant, curiosius perscrutarentur, ut notarent sibi locum, nequaquam comprehendere atque inuenire potuerunt. Ut autem cognouit Hieremias quod affectassent, dixit: Ignotus erit locus, donec congreget deus congregationem populi, & propitius fiat. Tunc deus ostendet haec, & apparebit maiestas domini. Congregationem populi tenemus, propitiationem domini dei nostri agnoscimus, quam propitiator in sua operatus est passione. Arbitror quod nec ignem istum possumus ignorare, cum legerimus, quia baptizat dominus Iesus in spiritu sancto & igni, sicut in Euangelio dixit Ioannes. Merito consumebatur sacrificium, quoniam pro peccato erat. Ille autem ignis typus spiritus sancti fuit, qui descensus erat post domini ascensionem, & remissurus peccata omnium: qui quasi ignis inflamat animum ac mentem fidelem. Vnde ait Hieremias accepto spiritu: Et factum est in corde meo ut ignis ardens, flammigerans in ossibus meis: & dissolutus sum undique, & ferre non possum. Sed & in Actibus aposto-

bus apostolorum cum decidisset super Apostolos spiritus sanctus, & plerosque qui expectabant promissa domini: tanquam ignem dispersas esse linguas legimus. Denique sic uaporabat singulorum animus, ut multo repleti esse aestimarent, qui acceperant linguarum diuersitatem. Quid ergo sibi uult, quod ignis aqua factus est, & aqua ignem excitauit, nisi quia spiritalis gratia per ignem exurit, per aquam mundat peccata nostra: Eluunt enim peccatum, & exurunt. Vnde & Apostolus ait: Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Et infra: Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Quod ideo posuimus, ut probemus per ignem exuri peccata. Notum est ergo hunc esse uerum ignem sacrum, qui tunc in typo futuræ remissionis peccatorum descendit super sacrificium. Hic igitur ignis abscondit captiuitatis tempore, quæ culpa regnat: tempore autem libertatis promittitur. Et licet in aquæ speciem mutatus, tamen seruat ignis naturam, ut consumeret sacrificium. Nec mireris, cum legeris, quia pater deus dixit: Ego sum ignis consumens. Et alibi: Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ. Ipse quoque dominus Iesus quasi ignis inflamat audentium corda, quasi fons refrigerat. Nam ipse in Euangelio suo dicit, quod ideo uenerit ut ignem in terras mitteret, & potum sitientibus aquam uiuam ministraret. Helix quoque tempore descendit ignis, quando puocauit prophetas gentium ut altare sine igne accenderent. Et cum illi nequissent facere, hostiam suam tertio ipse perfudit aqua, & manabat aqua in circuitu altaris, & exclamauit, & cecidit ignis à domino de caelis, & consumpsit holocaustum. Hostia illa tu es. Considera tacitus singula. In te descendit uapor spiritus sancti, te uideatur exurere cum tua peccata consumit. Denique quod consumptum est sacrificium pro peccato erat. Vnde Moyses ait, sicut in Machabæorum scriptum est libro, eò quod non sit manducatum quod erat pro peccato, consumptum est. Nonne tibi consumi uidetur, quando in baptismatis sacramento interit homo totus exterior? Vetus homo noster exterior crucifixus est cruci, Apostolus clamat. Illic, sicut patrum exempla te docent, Aegyptius demergitur. Hebraeus resurgit, sancto renouatus spiritu, qui etiam per mare rubrum inoffenso transiuit uestigio, ubi baptizati sunt patres sub nube, & in mari. In diluuiò quoque Noe tempore mortua est omnis caro, iustus tamen cum sua progenie seruatus est. An non consumitur homo, cum absorbetur mortale istud à uita? Denique exterior corrumpitur, sed interior renouatur. Nec solum in baptismate, sed etiam in poenitentia fit carnis interitus ad profectum spiritus, sicut apostolica docemur autoritate, dicente sancto Paulo: Iudicauit ut praesens eum qui sic operatus est, tradere huiusmodi Satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. Prolixior excursus admirandi gratia mysterij factus uidetur, dum studemus reuelatum plenius sacramentum pandere, quod eousque plenum honestatis est, ut sit plenum religionis. Quanta autem honestatis cura maioribus fuit, ut unius mulieris iniuriam stupro illatam intemperantiis, bello persequeretur, & uicto populo tribus Beniamin obtentarentur in coniugium se eis proprias filias non duros? Remanserat tribus sine ullo posteritas subsidio, nisi fraudis necessaria accepisset licentiam. Quæ tamen indulgentia congruo intemperantiæ supplicio non uidetur uacare, quando illis hoc solum permissum est, ut raptu inirent coniugia, non connubij sacramento. Et reuera dignum fuit, ut qui alienum contubernium soluerant, ipsi nuptiarum amitterent solennitatem. Quam plena autem miserationis historia: Vir, inquit, Leuita acceperat sibi iugalem (quam à concubitu concubinam appellatam arbitror) quæ aliquanto post quibusdam (ut fieri solet) offensa rebus, ad patrem se contulit, & fuit illi quatuor mensibus. Exurrexit uir eius, & abiit ad socerum suum domum, ut cum sua iugali repararet gratiam, & reuocaret eam, ac reduceret. Occurrit mulier, atque in domum patris sui introduxit maritum. Lætatus adolescentulæ pater uenit obuiam, & sedit cum eo tribus diebus, & epulati sunt, & quieuerunt. Et sequenti die surrexit Leuita diluculo, & retentus est à socero, ut tam cito non desereret conuiuij iocunditatem. Et alio & tertio die non permisit pater adolescentulæ proficisci generum suum, donec letitia & gratia inter eos omnis consummaretur. Sed die septimo cum iam ad uesperum declinaret dies, post mensas & læta conuiuia, cum prætexeret finitimæ noctis uiciniam & apud suos potius, quam apud extraneos requiescendum putaret, nequiuit tenere, & dimisit unam cum filia sua uirum. Verum ubi facta est aliqua progressio, cum uesper iam propior urgeret, & appropinquandum foret ad urbem Iebusæorum, dicente serualo, ut ad eam dominus suus desllecteret, non acquieuit dominus suus, quia non erat ea ciuitas filiorum Israel: sed intēdit peruenire usque Gabaa, quæ habitabat à populo tribus Beniamin. Nec erat quisquam qui aduenientes reciperet hospitio, nisi uir peregrinus progressa ætate. Qui cum aspexisset eos,



interrogauit Leuitā: quò uadis, uel unde uenis: quo respōdente quòd esset uisator, & re-  
 teret montē Effrē. & nō esset qui colligeret eū: hospitiū obtulit, adornauit cōuiuū. At ubi  
 satietas epulādi facta est, & mēse remote, irruētes pestilētes uiri circumierūt domū. Tūc se-  
 nior filiā suā uirginē, & coequalē eius cū qua cubitare solita esset, offerebat uiris iniquita-  
 tis, tantū ne uis irrogare hospiti. Verū ubi parū ratio processit, & uis preualuit, cessit Leui-  
 tes iugalē suā. Et cognouerūt eā, & tota nocte illuserūt ei. Quē atrocitate uel dolore uicta  
 iniuriā, ante ostiū hospitiū quō uir suus diuerterat, proiecit se atq; exhalauit spiritū, supremo li-  
 cet uite munere affectū bonę cōiugis seruās, ut exequias saltē sui funeris marito reseruaret.  
 Quo cognito (ne multis morer) omnis, ppe populus Israel in bellū exarsit, dubioq; euentu  
 cum anceps maneret preliū, tertia tñ preliādi uice traditus est populus Beniamin populo  
 Israel, & diuina iudicatus sententiā pœnas intemperatię hūit. Condēnatus quoq; ne quis ei  
 ex numero patrū filiā suā daret in uxorem. Id confirmatum iurisiurandi sacramento  
 est. Sed compuncti quòd tam acerbam in fratres tulissent sententiā, ita seueritatem eius  
 temperauerunt, ut orbatas parentibus uirgines in coniugium sibi asciscerent, quorum pa-  
 tres pro delicto perempti forent, uel raptu copulam sociarent: quia pro tam turpis com-  
 missi facinore, qui alieni matrimonij ius uiolauerant, indignos se impetrando exhibuere  
 matrimonio. Sed ne periret una populo tribus, fraudis indulta est cōiuētia. Quāta igitur  
 honestatis cura maioribus fuerit, hinc prodit, ut quadraginta milia uirorū stringerent gla-  
 diū aduersus fratres suos de tribu Beniamin, dum ulcisci uolūt iniuriā impudicitia, quia  
 temeratores castitatis nō sufferebant. Itaq; eo bello caesa sunt utrinq; sexaginta quinque mi-  
 lia bellatorū, & exusta urbes. Et cum inferior primo fuisset populus Israel, tñ nec aduersi  
 metu belli percitus, uindictā castitatis sequestrauit dolorē. Ruebat in preliū, uel sangui-  
 ne suo parans cōmissi flagitiū diluere notā. Et quid mirū si populo dei decorū illud atq; ho-  
 nestū curę fuit quādo etiā leprosis (sicut in libris Regnorū legimus) honestatis non defuit  
 4. Reg. 6 consideratio? Fames erat magna in Samaria, quia obsederat eā Syrorū exercitus. Rex mili-  
 tares excubias supra murū sollicitus reuisebat, interpellauit eum mulier dicēs: Persuasit mi-  
 hi hec mulier ut afferrē filiū meū, et attuli, et coximus, & comedimus eum, et promisit ut et  
 ipsa postea filium suū afferret, & carnes illius simul māducaremus. Nunc autē filium suum  
 abscondit, & nō uult eū afferre. Motus rex quòd nō solū humanis, sed etiā parricidalibus  
 cadauerib. mulieres pastę uiderent, & tā atrocis calamitatis exēplo percitus, Heliseo pro-  
 pheta denūciāuit necē, cuius in potestate fore crederet, ut obsidionē solueret, propullaret  
 famē, uel quia nō permiserat regi ut percuteret Syros q̄s cecitate perfuderat. Sedebat Heli-  
 seus cū seniorib. in Bethel, & priusquā introiret ad eum regis nūcius, ait ad seniores uiros:  
 Si uidistis, quoniā filius homicidæ illius misit auferre caput meū? Et introiuit nūcius, &  
 mandatū regis pertulit, denunciās præsens capitis periculū. Cui respōdit ppheta: Hac ho-  
 ra diei crastina, mēsurā similaginis siclo, & duā mensurā hordei siclo in porta Samarię. Et  
 cum missus a rege nūcius nō credidisset, dicēs: Si pluerit dominus de celo abundantiam  
 frumētis, ne sic quidē id posse effici: dixit ad eū Heliseus: Quia nō credidisti, oculis uidebis  
 tuis, & non māducabis. Et factus est subito. in castris Syrię uelut quadrigarū sonus, & uox  
 multitudinis, & uox magnę uirtutis, atq; ingēs belli tumultus: & arbitrati sunt Syrii, quòd  
 rex Israel in societate aduocasset prelii regē Ægypti, et regē Amorreorū: et fugerūt dilucu-  
 lo, relinquentes tabernacula sua, quoniā uerebant ne in puiso aduētū nouorū opprimeren-  
 tur hostiū, & cōiunctis regū uirib. non possent resistere. Id incognitū Samarię erat, quoniā  
 uicti metu, & fame tabidi, nec pretēdere audebāt. Erant autē leprosi quatuor ad portā ciui-  
 tatis, quib. uita erat suppliciu, & mori lucrū, & dixerūt ad se inuicē: Ecce nos hic sedemus,  
 & morimur. Si ingredimur urbē, moriemur fame: si manemus hic, nullū subsidiū uiuēdi  
 suppetit nobis. Eamus in castra Syrię, aut cōpendiū mortis erit, aut salutis remediū. Perre-  
 xerunt itaq; & intrauerūt castra: & ecce omnia nuda hostiū. Ingressi tabernacula, primū  
 repertis alimētis fugauerūt famē, deinde auri et argēti quantū potuerūt diripuerūt. Et cum  
 soli possent præde incubare, elegerūt tñ regi nūciare fugisse Syrios: quia id honestius arbi-  
 trabant, q̄ represso indicio fouere fraudis rapinā. Quo indicio egressus est populus, & di-  
 ripuit castra Syrię, & cōmeatus hostiū: Abūdantiā fecit annonę, uilitatē reddidit, ut secun-  
 dum propheticum dictū mensura similaginis siclo, & duę mensurę hordei parī precio con-  
 starent. In hac letitia plebis nūcius ille in quo quiescebat rex, constitutus in porta, inter  
 exeuntium festinationem & remeantium exultationem, cōculcatus a plebe, mortuus est.

Laus honestatis, magnanimitate Hester, et fide Ionathę cōmendat et Achimelech. xv

Vid Hester regina, nōne ut populū suū periculo erueret (quod erat decorum atq; honestū) mortī se obtulit, nec immītis regis trepidauit furorē? Ipse q; rex Persarū ferox atq; tumido corde, tñ decorū iudicauit iudici insidiarum quę sibi paratę forent, gratiā representare, populūq; liberū à seruitute eripere, eruere neci, nec parere neci eius qui tā indecora suasisset. Deniq; quę secundū à se, ac precipuum inter omnes amicos haberet, cruci tradidit, qd de honestatē se eius fraudulētis cōsilijs animaduertisset. Ea enim amicitia p̄habilis, quę honestatē tuef, preferēda sanē opibus, honoribus, potestate nec offensam patris, nec salutis periculū refugiebat. Qualis fuit Ionathę, qui p̄ hospitalis gratię officijs necē potius sibi, q̄ proditiōnē fugiētis amici, subeūdā arbitrabatur.

Hester. 2. & sequent.

4. Reg. 6

De moderamine amicitiaē conseruandę.

Cap. xvi

Nihil igit̄ preferendū honestati: quę tamē ne amicitiaē studio prętereaf, etiā hoc scriptura admonet. Sunt enim plerūq; philosophorū quęstioēs, utrū amici causa quisquā contra patriā sentire nec ne debeat, ut amico obediat: utrū oporteat ut fidē deserat, dū indulget atq; intēdit amici cōmoditatibus. Et scriptura quidē ait: Claua & gladius & sagitta ferrata, sic homo est testimoniū dans falsum aduersus amicum suū. Sed considera quid astruat. Nō testimoniū reprehēdit dictū in amicū, sed falsum testimoniū. Quid enim si dei causa, quid si patrię cogat aliquis dicere testimoniū? Nunquid prępōdere debet amicitia religioni, prępōdere charitati uitiū? In his tamē ipsis rebus requirenda est ueritas testimoni, ne amicus appetat amici perfidia, cuius fide absolui debebat. Amicus itaq; neq; noxiō gratificari debet, neq; innocētī insidiari: Sanē si necesse sit dicere testimoniū, si quid in amico uitiū cognouerit, corripere occulte: si nō audierit, corripere palam. Sunt enim bonę correptiones, & plerūq; meliores, q̄ tacita amicitia. Et si ledi se putat amicus, tu tamē corripe. Et si amaritudo correptionis animū eius uulneret, tu tamē corripere ne uerearis. Tolerabiliora sunt enim amici uulnera, q̄ adulantū oscula. Errant igitur amicū corripe, innocentū amicū ne deserat. Constās enim debet esse amicitia, perseuerare in affectu, nō puerili modo amicos mutare uaga quadam debemus sentētia. Aperi pectus tuum amico, ut fidelis sit tibi, & capias ex eo uitę tuę iocūditatē. Fidelis enim amicus medicamentū est uitę & immortalitatis gratia. Defer amico, ut equali, nec te pudeat ut pręuenias amicum officio. Amicitia enim nescit superbiam. Ideo Sapiēs dicit: Amicū salutare non erubescas. Nec deserat amicū in necessitate, nec derelinquas eū, neq; destituas, quoniā amicitia, uitę adiumentum est. Ideo in ea onera nostra portemus, sicut Apostolus docuit. Dicit enim his quos eadē cōplexa est Charitas. Etenim si amici secundę res amicos adiuuat, cur non et in aduersis amici rebus amicorū adiumentū suppetat: luemus cōsilio, conferamus studia cōpatiamur affectu. Si necesse est, toleremus propter amicū etiā aspera. Plerūq; inimicitia subeūdā sunt propter amici innocentiam, sæpe obtrectatioēs, si restiteris uel responderis cum amico arguit & accusat: nec te pœniteant eiusmodi offensiōes. Iusti enim uox est: Et si mala mihi euenerint propter amicum, sustineo: In aduersis enim amicus probatur. Nam in prosperis amici omnes uident. Sed ut in aduersis amici patientia & tolerantia necessaria, sic in prosperis authoritas cōgrua est, ut insolentiā extollētis se amici reprimat & redarguat. Quam pulchre in aduersis positus Iob dicit: Misere mini mei amici mei, misere mini. Non quasi abiecta uox ista est, sed quasi cęsoria. Nā cum iniuste argueret ab amicis, respōdit: Misere mini mei amici, hoc est, misericordiam debetis facere. Opprimitis autē uos & impugnat is hominē, cuius erumnis compati pro amicitia uos oportebat. Seruate igitur filij in itam cum fratrib. amicitia, qua nihil est in rebus humanis pulchrius. Solatiū quippe uitę huius est, ut habeas cui pectus aperias tuū, cū quo arcana participes, cui cōmittas secretum pectoris, ut colloces tibi fidelē uirū, qui in prosperis gratulef tibi, in tristibus compatiat, in persecutionibus adhortet. Quam boni amici Hebręi pueri, quos à sui amore nec fornacis ardentis flāma diuisit: De quo loco, ut superius, diximus, bene ait sanctus Dauid: Saul & Ionathas speciosi & charissimi, inseparabiles in uita sua, & in morte nō sunt separati. Hic est amicitie fructus, ut non fides propter amicitiam deseratur. Nō potest enim homini amicus esse, qui deo fuerit infidus. Pietatis custos amicitia est, & æqualitatis magistra, ut superior inferiori se exhibeat æqualē, inferior superiori. Inter dispares enim mores nō potest esse amicitia: & ideo cōuenire sibi utriusq; debet gratia. Nec authoritas desit inferiori, si res

Prouer. 25

Prouer. 27

Ecccl. 22

Colof. 6

Eccles. 22

Iob. 19

Danie. 3

2. Reg. 1

poposcerit;

poposcerit, nec humilitas superiori. Audiat quasi parem, quasi æqualem, & ille quasi amicus moneat, obiuret non iactantię studio, sed affectu charitatis. Neq; monitiõ aspera sit, neq; obiurgatio contumeliosa. Sicut em̄ adulariõis fugitã amicitiã debet esse, ita etiã aliena insolentię. Quid est enim amicus, nisi cõsors amoris, ad quẽ animũ tuũ adiungas atq; applices, & ita misceas, ut unũ uelis fieri ex duobus, cui te tanq; alteri tibi committas, à q̄ nihil timeas, nihil ipse cõmodi tui causa inhonestum petas? Nõ enim uectigalis amicitiã est, sed plena decoris, plena gratiẽ. Virtus est em̄ amicitiã, nõ quęstus: quia nõ pecuniã quęrit, sed gratiã: nec licitatiõ preciorum, sed cõcertatione beneuolentiẽ. Deniq; meliores amicitiẽ sunt inopũ plerũq; q̄ diuitũ: & frequẽter diuites sine amicis sunt, quib. abundãt pauperes. Nõ est em̄ uera amicitiã, ubi est fallax adulatio. Diuitibus itaq; pleriq; assentatorie gratificãt, Erga pauperẽ nemo assentator est. Verũ est quicquid deferit pauperi. huius amicitiã inuidiã uacat. Quid amicitiã preciosius, quã angelis cõmunis & hominib. est? Vnde & dominus Iesus dicit: Facite uobis amicos de iniquo mãmona, qui recipiãt uos in eterna tabernacula sua. Ipse nos deus amicos ex seruis facit, sicut ipse ait: Iam uos amici mei estis, si feceritis quę ego præcipio uobis. Dedit formã amicitiẽ quã sequamur, ut faciamus amici uoluntatẽ, ut aperiamus secreta nostra amico quęcũq; in pectore habemus, et nos illius arcanã nõ ignoremus. Ostẽdamus illi nos pectus nostrũ, & ille nobis aperiat suum. Ideo, inquit, uos dixi amicos, quia omnia quęcũq; audiui à patre meo, nota feci uobis. Nihil ergo occultat amicus si uerus est. effundit animũ suũ, sicut effundebat mysteria patris dominus Iesus. Ergo qui facit mandatũ dei, eius amicus est, & hoc honorãt nomine. Qui est unanimitis, ipse amicus est: quod unitas animorum in amicis sit, neq; quisquã detestabilior, q̄ qui amicitiã læserit. Vnde in proditore dominus hoc grauissimũ inuenit quo eius condẽnaret perfidiã, qd gratiẽ uicẽ nõ representauerit, & cõuiujs amicitiẽ uenenum maliciẽ miscuerit. Itaq; sic ait: Tu uerò homo unanimitis, dux meus & notus meus, qui semper mecũ dulces capiebas cibos. Hoc est, nõ potest sustineri istud, quia unanimitis appetisti eum, qui tibi donauerat gratiã. Nam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utiq;: & ab eo qui me oderat, abscõderẽ me. Inimicus uitari potest, amicus nõ potest, si insidiari uelit. Illum cauemus cui nõ cõmittimus cõsilia nostra: hunc cauere non possumus, cui cõmisimus. Itaq; ad aceruandam peccati inuidiã non dixit, tu uerò seruis meus, apostolus meus, sed unanimitis meus: hoc est, non meus: sed etiam tuus proditor es, qui unanimum prodidisti. Dominus ipse cũ à tribus regibus offensus esset, qui sancto Iob honorem non detulissent, ignore scire his per amicum maluit, ut amicitiã suffragium, remissio fieret peccatorum. Itaque rogauit Iob, & dominus ignouit. Profuit illis amicitiã, quibus obfuit insolentiã.

Luc. 16

Ioan. 15

Psal. 54

Hęc apud uos deposui filij, quã custodiãtis in animis uestris: quã utiũ aliquid pfectus habeant, uos pbabitis. Interim copiã multã exemplorũ afferũ. Nã propè omnia maiorum exẽpla, plurimã quoq; dicta his tribus inclusa libris tenent, ut et si sermo nihil deferat gratiã, series tamen uetustatis quodã compendio expressã, plurimum instructionis conferat.

OFFICIORVM FINIS.

## DIVI AMBROSII EPI- SCOPI MEDIOLANENSIS, AD MAR- CELLINAM SOROREM SVAM, DE VIR- ginibus, Liber primus.

Matth. 12

Matth. 25

Luc. 19



Iuxta cœlestis sententiã ueritatis, uerbi totius, quodcũq; ociosum fuerimus locuti, habemus præstare rationẽ: uel si unusquisq; seruis credita sibi talenta gratiã spiritalis, quę nũmularijs diuidẽda forẽt, ut crescentib. multiplicarent usuris, intra terrã suã uel quasi timidus scenerator, uel quasi avarus possessor abscõderit, nõ mediocrẽ domino reuertente offensam incidet: iure nobis uerẽdũ est, quib. licet ingeniu tenue, necessitas tñ maxima, eloquia dei credita populi scenerare mentibus, ne uocis quoq; nostrã poscat usura: præsertim cũ studiũ à nobis dñs, non profectũ requirat. Vnde scribẽdi aliquid sententiã fuit. Maiore siquidẽ pudoris periculo audi-

lo auditur uox nostra quam legitur. Liber enim non erubescit. Equidem ingenio diffi-  
 sus, sed diuinæ misericordiæ prouocatus exemplis, sermonem meditari audeo. Nam uo-  
 lente deo etiam asina locuta est. Quod si mihi sub istius seculi oneribus constituto assi-  
 stat angelus, ego quoque muta diu ora laxabo. Potest enim soluere impedimenta imperi-  
 riæ, qui in illa asina soluit naturæ. In arca ueteris testamenti uirga floruit Sacerdotis. fati-  
 le deo est, ut in sancta Ecclesia de nostris quoque nodis flos germinet. Cur autem desperan-  
 dum quod dominus loquatur in hominibus, qui est locutus in sentibus? Deus nec rubū  
 est dedignatus. Atque utinam meas quoque illuminet spinas. Erunt fortasse qui etiā in no-  
 stris sentibus aliquem mirentur lucere fulgorem, erunt quos spina nostra non urat, erūt  
 quibus de rubo audita uox nostra soluat de pedibus calciamentū, ut impedimentis cor-  
 poralibus exuatur mentis incessus. Sed hæc sanctorum merita uirorū. Utinam me sub  
 illa infructuosa adhuc fici iacentē ex aliqua Iesus parte respiceret, ferret post triennium  
 fructus & nostra ficus. Sed unde tantū peccatoribus spei? Utinā saltem ille euangelicus  
 dominicæ cultor uinæ ficum nostrā fortasse iam iussus excidere, dimittat illam & hoc  
 anno, usque dum fodiat, & mittat cophinū stercoris: nam fortē de terra suscitet inopem, &  
 de stercore erigat pauperem. Beati qui sub uite & olea equos suos alligant, laborē cur-  
 suum suorum paci & lætitiæ consecrantes, ne ficus adhuc, id est, illecebrosa deliciarum  
 obumbret prurigo mundi, humilis ad altitudinem, fragilis ad laborem, mollis ad usum,  
 sterilis ad fructum. Ac fortasse miretur aliquis, cur scribere audeo, qui loqui nequeo. At  
 tamen si repetamus quæ legimus in euangelicis scriptis, & sacerdotalibus factis, ac no-  
 bis sanctus Zacharias propheta documentum sit: inuenies esse quod uox nō explicet, sti-  
 lus signet. Quod si nomen Ioannis reddidit patri uocē, ego quoque desperare non debeo  
 quin uocē licet mutus accipiā, si loquar Christū. Cuius quidē generationē iuxta prophe-  
 ticum dictū quis enarrabit? Et ideo quasi seruus, domini famulā prædicabo. Immacula-  
 tus enim dominus, immaculatā sibi famulā etiam in hoc pleno colluuium fragilitatis  
 humane corpore cōsecrauit. Et bene procedit, ut quoniam hodie natalis est uirginis, de  
 uirginibus sit loquendum, & ex prædicatione liber sumat exordiū. Natalis est uirginis,  
 integritatem sequamur. Natalis est martyris, hostias immolemus. Natalis est sanctæ A-  
 gnes, mirentur uiri, non desperent paruuli, stupeant nupte, imitentur innupte. Sed quid  
 dignum ea loqui possumus, cuius ne nomen quidem uacuum luce laudis? Deuotio su-  
 pra ætatem, uirtus supra naturam, ut mihi uideatur nō hominis habuisse nomen, sed  
 oraculū martyris, quod indicauit, quid esset futura. Habeo tamen unde mihi subsidium  
 comparem. Nomē uirginis, titulus est pudoris. Apellabo martyrē. Prædicauit satis. Pro-  
 lixa laudatio est, quæ nō queritur, sed tenetur. Facebant igitur ingenia, eloquentia con-  
 ticescat. Vox una præconum est. Hanc senes, hanc iuuenes, hanc pueri canant. Nemo  
 est laudabilior, quam qui ab omnibus laudari potest. Quot homines, tot præcones, qui  
 martyrem prædicant, dum loquuntur. Hæc duodecim annorum martyrium fecisse tra-  
 ditur. Quo detestabilior crudelitas, quæ nec minusculæ pepercit ætati: imò magnā uis  
 fidei, quæ etiā ab illa testimoniū inuenit ætate. Fui tne in illo corpuseculo uulneri locus.  
 Et quæ non habuit quo ferrū reciperet, habuit quo ferrum uinceret. At istuc ætatis puel-  
 læ toruos etiam uultus parentum ferre non possunt, & acu districta solent puncta flere  
 quasi uulnera. Hæc inter cruentas carnificū impauida manus, hæc stridentium grauius  
 immobilis tractibus catenarum, nūc furentis mucroni militis totum offerre corpus, mo-  
 ri adhuc nescia, sed parata: uel si ad aras inuita raperetur, tēdere Christo inter ignes ma-  
 nus atque in ipsis sacrilegis focis trophæū domini signare uictoris: nunc ferratis colla ma-  
 nusque ambas inferere nexibus. Sed nullus tam tenuia membra poterat nexus includere.  
 Nouū martyrii genus. Nondū idonea poenæ, & iam matura uictoriæ: certare difficilis, fa-  
 cilis coronari: magisteriū uirtutis impleuit, quæ præiudicium uehebat ætatis. Non sic ad  
 thalamum nupta properaret, ut ad supplicij locū, læta successu, gradu festina uirgo pro-  
 cessit: non intorto crine caput compta, sed Christo: non flosculis redimita, sed moribus.  
 Flere omnes, ipsa sine fletu. Mirari plerique quod tam facile uitæ suæ prodiga, quā nondū  
 hauserat, iam quasi perfuncta donaret. Stupere uniuersi, quid iam diuinitatis testis exi-  
 steret, quæ adhuc arbitra sui per ætatē esse non posset. Effecit denique ut ei de deo credere  
 tur, cui de homine adhuc nō crederet: quia quod ultra naturā est, de authore nature est.

Quanto

Nutte. 22

Ibidem. 27

Exod. 3

Luc. 13

Psal. 112.

Luca. 1

Esaiæ. 53

1. Tim. 1

Quanto terrore egit carnifex ut timeretur, quantis blāditijs ut suaderet, quantorum uo-  
 ta ut sibi ad nuptias proueniret? At illa: Et hæc sponsi iniuria est, inquit, expectare placi-  
 turam. Qui me sibi prior elegit, accipiet. Quid percussor moraris? Pereat corpus, quod  
 amari potest oculis, quibus nolo. Stetit, orauit, ceruicem inflexit. Cerneret trepidare car-  
 nificem, quasi ipse addictus fuisset: tremere percussoris dextrā, pallere ora, alieno timen-  
 tis periculo, cum puella nō timeret suo. Habetis igitur in una hostia duplex martyrium:  
 pudoris & religionis. Et uirgo permansit, & martyrium obtinuit. Inuitat nunc integra-  
 tis amor, & tu soror sancta uel mutis tacita moribus petis, ut aliquid de uirginitate dica-  
 mus: ne ueluti transitu quodam præstricta uideatur, quæ principalis est uirtus. Nō enim  
 ideo laudabilis uirginitas, quia in martyribus reperit, sed quia ipsa martyres faciat. Quis  
 autem humano eam possit ingenio comprehendere, quam nec natura suis inclusit legi-  
 bus? Aut quis naturali uoce complecti, quod supra usum naturæ sit? E cœlo accersuit,  
 quod imitaretur in terris. Nec immerito uiuēdi sibi usum quæsiuit e cœlo, quæ sponsum  
 sibi inuenit in cœlo. Hæc nubes, æra, angelos, sidera q̄ transgrediēs, uerbum dei in ipso  
 sinu patris inuenit, et toto hausit pectore. Nā quis tātum cum inuenerit relinquat bonis?  
 Cantic. 1 Vnguentum enim exinanitū est nomē tuū: Propterea adolescētule dilexerūt te & attra-  
 xerunt te. Postremo non meum est illud, quoniam quæ non nubunt neq̄ nubētur, erunt  
 Matth. 22 sicut angeli dei in cœlo. Nemo ergo miretur si angelis comparentur, quæ angelorū do-  
 mino copulantur. Quis igitur neget hanc uitam fluxisse de cœlo, quam non facile inue-  
 nimus in terris? Nisi postquam deus in hæc terreni corporis membra descendit, tunc in  
 Iohan. 1 utero concepit, & uerbum caro factum est: ut caro fieret deus. Dicit aliquis: Sed etiam  
 4. Reg. 2 Helias nullis corporei coitus fuisse permixtus cupiditatibus inuenitur. Ideo ergo curru  
 raptus ad cœlum, ideo cum domino apparet in gloria, ideo dominici uenturus est præ-  
 Exod. 15 cursor aduentus. Et Maria sumens tympanum pudore uirgineo choros duxit. Sed con-  
 siderate cuius illa speciem tunc gerebat. Nonne Ecclesiæ, quæ religiosos populi cœtus  
 1. Corin. 10 qui carmina diuina concinerēt, immaculato uirgo spiritu copulauit? Nā etiā tēplo Hie-  
 rosolymis fuisse legimus uirgines deputatas. Sed quid Apostolus dicit? Hęc autē in figu-  
 ra contingebant illis, ut essent indicia futurorū. Figura enim in paucis est, uita in plurib.  
 At uerō posteaquā dominus in corpus hoc ueniēs, contuberniū diuinitatis & corporis  
 sine ulla concretæ confusionis labe sociauit, tunc toto orbe diffusus corporibus huma-  
 nis uitæ cœlestis usus inoleuit. Hoc illud est quod ministrantes in terris angeli declara-  
 runt futurū genus, quod ministeriū domino immaculati corporis obsequijs exhiberet.  
 Luc. 2 Hæc est cœlestis illa militia, quam laudantiū exercitus angelorū promittebat in terris.  
 Habemus ergo autoritatē uetustatis à seculo, plenitudinē professionis à Christo. Certē  
 nō est hoc mihi cōmune cū Gentibus, nō populare cū Barbaris, nō cum ceteris animan-  
 tibus usitatū, cum quibus & si unū eundemq̄ uitalē aeris huius capimus spiritū, uulgare  
 terreni corporis participemus statum, generandi quoq̄ non discrepamus usu: hoc solo  
 ramentum naturæ parilis conuitia declinamus, quod uirginitas affectatur à Gentibus, sed  
 cōsecrata uiolatur: incurfatur à Barbaris, nescitur à reliquis. Quis mihi præten-  
 dit Vestæ uirgines & Palladis sacerdotes? Qualis ista est non morum pudicitia sed annorum, quæ  
 non perpetuitate, sed ætate præscribitur? Petulātor est talis integritas, cuius corruptela  
 seniori seruator ætati. Ipsi docent, uirgines suas nō debere perseuerare, nec posse, qui uir-  
 ginitati finem dederunt. Qualis autem est illa religio, ubi pudicę adolēcentes iubentur  
 esse impudicæ anus? Sed nec illa pudica est, quæ lege tenetur: & illa impudica, quæ lege  
 dimittitur. O mysteria, ô mores. Vbi necessitas imponitur castitati, autoritas libidini  
 datur. Itaq̄ nec casta est, quæ metu cogitur: nec honesta, quæ mercede conducitur: nec  
 pudor ille, qui intemperantium oculorum quotidiano expositus conuitio, flagitiosis a-  
 spectibus uerberatur. Conferuntur immunitates, offeruntur precia quasi non hoc maxi-  
 mū petulantię sit indicatiū, castitatem uendere. Quod precio promittitur precio soluitur,  
 precio addicitur, precio adnumeratur. Nescit redimere castitatem, quæ uendere solet.  
 Quid de sacris Phrygijs loquar, in quibus impudicitia disciplina est: atq̄ utinam sexus  
 fragilioris. Quid de Orgijs Liberi, ubi religionis mysterium, est incentiuum libidinis?  
 Qualis igitur potest ibi uita esse Sacerdotū, ubi colitur stuprū deorum? Non habent igi-  
 tur sacra uirginē. Videamus ne forte aliquam uel philosophiæ præcepta formauerint,  
 quæ

quæ magisterium sibi omnium solent vindicare uirtutum. Pythagoreæ quædam una ex uirginibus celebratur fabulis: quæ cum à tyranno cogereetur secretum prodere, ne quid in se ad extorquendam confessionem uel tormentis liceret, morsu linguam abscidisse, atq; in tyranni faciem despuisse: ut qui interrogandi finem non faciebat, nō haberet quā interrogaret. Eadem tamen forti animo, sed tumentū uero, exemplum taciturnitatis, & proluuium castitatis, uicta est cupiditatibus, quæ tormentis uinci nequiuit. Igitur quæ mentis potuit tegere secretum, corporis non texit opprobrium. Vicit naturam, sed non tenuit disciplinam. Quam uellet in uoce munimētum sui pudoris existere. Eoq; fortasse erudierat illam pœnitentia, ut culpam negaret. Non igitur inuicta undiq;. Nam & tyrānus licet non potuerit inuenire quod interrogabat, tamen quod non interrogabat inuenit. Quanto nostræ uirgines fortiores, quæ uincunt etiā quas non uident potestates: quibus non tantum de carne & sanguine, sed etiā de ipso mundi p̄ncipe seculiq; rectorē uictoria est: Aetate utiq; Agne minor, sed uirtute maior, triumpho numerosior, constantia confidentior, nō sibi linguam propter metum abstulit, sed propter trophæū referuauit. Nihil enim habuit, quod prodi timeret: cuius non erat criminosa, sed religiosa confessio. Itaq; illa secretum tantummodo celauit, hæc probauit deum: quē quia ætas nondum poterat confiteri, natura confessa est. In laudationibus solet patria prædicari et parentes, ut in commemoratione authoris, dignitas successionis exaggeretur. Ego licet laudationem non susceperim uirginitatis, sed expressionem, ad rem tamen pertinere arbitror, ut quæ sit ei patria, quis author appareat. Ac prius ubi sit patria definiamus. Si enim ibi est patria, ubi genitale domicilium: in cœlo profecto est patria castitatis. Itaque hic aduena, ibi incola est. Quid autem est castitas uirginalis, nisi expers contagionis integritas? Atq; eius authorem quem possumus existimare, nisi immaculatum dei filium, cuius caro non uidit corruptionem, diuinitas non est experta contagionem? Videte igitur quanta uirginitatis merita sint. Christus ante uirginem, Christus ex uirgine: a patre quidem natus ante secula, sed ex uirgine natus ob secula. Illud naturæ suæ, hoc nostræ utilitatis est. Illud erat semper, hoc esse uoluit. Spectate aliud uirginitatis meritū. Christus uirgo uirginis sponsus, & si dici potest, Christus uirginæ castitatis. Virginitas enim Christi, non uirginitatis est Christus. Virgo est ergo quæ nupsit, uirgo quæ nos suo utero portauit, uirgo quæ genuit, uirgo quæ proprio lacte nutrit, de qua legimus: *Quantum uirgo Hierusalem: Non deficient de petra ubera, neq; nix à libano, aut declinatur aqua ualida uento quæ portatur. Qualis est hæc uirgo quæ Trinitatis fontibus irrigatur: cui de petra fluunt aquæ, non deficient ubera, mella funduntur? Petra autem est iuxta Apostolum Christus. Ergo à Christo non deficient ubera, claritas à deo, flumen à spiritu. Hæc est Trinitas quæ Ecclesiam suam irrigat, Pater, Christus, & Spiritus. Sed iam à matre descendamus ad filias. De uirginibus, inquit Apostolus, præceptum domini nō habeo. Si doctor Gentium non habuit, habere quis potuit? Et præceptum quidem non habuit, sed habuit exemplum. Non enim imperari potest uirginitas, sed optari. Nā quæ supra nos sunt, in uoto magis quàm in magisterio sunt. Sed uolo uos inquit, sine sollicitudine esse. Nā qui sine uxore est, sollicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat deo. Et uirgo cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Nam quæ nupta est, cogitat quæ mundi sunt, quomodo placeat uiro. Non ego quidem dissuadeo matrimonio, sed uirginitatis attexo beneficium. Qui infirmus est, inquit, olera manducet. Aliud exigo, aliud admiro. Alligatus es uxori: noli querere solutionem. Solutus es ab uxore: ne quæsieris uxorem. Hoc præceptum est copulatis. De uirginibus autem quid ait? Et qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Illa nō peccat, si nubat: hæc si non nubat, æterna est. Ibi remediū infirmitatis, hic gloria castitatis. Illa non reprehenditur, ista laudatur. Conferamus si placet bona mulierum cum uirginibus uirginum. lactet licet fœcūdo se mulier nobilis partur: quo plures generauerit, plus laborat. Numerat solatia filiorū, sed numeret pariter & molestias. Nubit, & plorat. Quæ sunt uota quæ flentur: Concipit & grauescit. Prius utiq; impedimentum fœcunditas incipit asferre, quam fructum. Parturit & ægrotat. Quam dulce pignus quod à periculo incipit, & in periculis desinit: prius dolori futurū, quàm uoluptati. Periculis emitur, nec pro arbitrio possidetur. Quid recenseam nutriendi molestias, instituendi & copulandi?*

Ambr. to. 1

g

Feli

Hier. 18

1. Cor. 10

Ibidem 7

Rom. 14

1. Cor. 7

Ibidem.

Felicium sunt iste miserie: Habet mater heredes, sed auget dolores. Nam de aduersis non oportet dicere, ne sanctissimorum parentum animi contremiscant. Vide mi soror quam graue sit pati, quod non oportet audiri. Et haec in presenti seculo. Venient autem dies, quando dicant: Beate sterile, & uentres qui non genuerunt. Filiae enim huius seculi generantur & generant: filia autem regni abstinet a uoluptate uiri & a uoluptate carnis, ut sit sancta corpore & spiritu. Quid ego famulatus graues & addicta uiris seruitia replicem foeminarum, quas ante iussit deus seruire, quam seruos? Quae eod prosequor, ut indulgentius obsequantur. Quibus hoc si probe sunt, merces est charitatis: si improbe, poena delicti. Hinc illa nascuntur incentiua uitiorum, ut quae sitis coloribus ora depingant, dum uiris displicere formidant: & de adulterio uultus, meditentur adulterium castitatis. Quanta haec amentia, effigiem mutare naturae, picturam quaerere, & dum ueretur maritale iudicium, prodere suum? Prior enim de se pronunciat, quae cupit mutare quod nata est. Ita dum alij studet placere, prius sibi ipsa displicet. Quem iudicem mulier ueriores requirimus deformitatis tuae, quam te ipsam, quae uideri times? Si pulchra es, quid abscondideris? Si deformis, cur te formosam esse mentiris, nec tuae conscientiae, nec alieni gratiam erroris habitura? Ille enim alteram diligit, tu alteri uis placere. Et irasceris si amet aliam, qui adulterare in te docetur? Male magistra es iniuriae tuae. Lenocinari refugit etiam quae passa lenonem est. Ac licet uilis mulier, non alteri tamen sed sibi peccat, tolerabiliora quae prope modum in adulterio crimina sunt. Ibi enim pudicitia, hic natura adulteratur. Iam quanto precio opus est, ne etiam pulchra displiceat? Hinc preciosa collo dependunt monilia, inde per humum uestis trahitur aurata. Emitur igitur haec species, an habetur? Quid quod etiam odorum uarie adhibentur illecebrae? Gemmis onerantur aures, oculis color alter infunditur. Quid ibi remanet suum, ubi tam multa mutantur? Sensus suos amittit mulier, & uiuere posse se credit? Vos uero beatae uirgines quae talia tormenta potius quam ornamenta nescitis, quibus pudor sanctus uerecunda suffusus ora, & bona castitas est decori: non humanis addictae oculis, alieno errore merita uestra pensatis. Habetis sane & uos uestrae militiam pulchritudinis, cui uirtutis militat forma non corporis: quam nulla extinguet aetas, nulla eripere mors potest, nulla aegritudo corrumpere. Solus formae arbiter petitur deus, qui etiam in corpore minus pulchro diligit animas pulchriores. Non uterionus notum, non dolor partus, & tamen numerosior soboles pie mentis, quae omnes pro liberis habet. foecunda successoribus, sterilis orbitatibus, nescit funera, nouit haeredes. Sic sancta Ecclesia immaculata coitu, foecunda partu, uirgo est castitate, mater est prole. Parturit itaque nos uirgo: non uiro plena, sed spiritu. Parit nos uirgo: non cum dolore materorum, sed cum gaudijs angelorum. Nutrit nos uirgo: non corporis lacte sed Apostoli, quo infirmam adhuc crescentis populi lactauit aetatem. Quae igitur nupta plures liberos habet quam sancta Ecclesia, quae uirgo est sacramentis, mater est populis, cuius foecunditatem etiam scriptura testatur dicens: Quonia plures filij desertae magis quam eius quae habet uirum. Nostra uirum non habet, sed habet sponsum, eo quod siue Ecclesia in populis, siue anima in singulis, dei uerbo, sine ullo flexu pudoris, quasi sponso innubit aeterno, effoeta iniuriae, foeta rationis. Audistis parentes quibus erudire uirtutibus, quibus instituire disciplinis filias debeat, ut habere possitis quarum meritis uestra delicta redimantur. Virgo, dei donum est, munus parentum, sacerdotium castitatis. Virgo, matris hostia est, cuius quotidiano sacrificio uis diuina placatur. Virgo, indiuiduum pignus parentum, quae non dote sollicitet, non emigratione destituat, non offendant iniuria. Sed ne potes aliquis habere desiderat, & aui nomen acquirere. Primum suos tradit, dum querit alienos. Deinde certis defraudari incipit, dum sperat incertos. confert opes proprias, & adhuc poscitur: nisi dotem soluat, exigitur. Si diu uiuat, onerosus est. Emerere istud est generum, non acquirere, qui parentibus filiae uendat aspectus. Ideo ne tot mensibus gestatur utero, ut in alienam transeat potestatem? Ideo commendandae uirginis cura suscipitur, ut citius parentibus auferatur. Dicet aliquis: Ergo dissuades nuptias? Ego uero suadeo, & eos damno qui dissuadere consuerunt, utpote qui Sarae ac Rebeccae & Rachel caeterarumque ueterum coniugia foeminarum pro documentis singularium uirtutum recensere soleam. Qui enim copulam damnat, dānat & filios: & ductam per successionum seriem, generis societatem dānat humani. Nam quemadmodum duratura in seculum aetas succedere possit

posset ætati, nisi gratia nuptiarum procreandæ studium sobolis incitaret? Aut quomodo predicari potest quod immaculatus Isaac ad altaria dei uictima paternæ pietatis accessit, quod Israel humano litus in corpore deum uidit, & religiosum populo dedit nomen, quorū originem damnat? Vnum sanè licet sacrilegi homines habent, quod in his etiam à sapientissimis probetur: quod coniugia damnando, profitentur se nasci non debuisse. Non utiq; dissuadeo nuptias, sed fructus sacræ uirginitatis enumero. Paucarum quippe hoc munus est, illud omnium. Nec potest esse uirginitas, nisi habeat unde nascatur. Bona cum bonis comparo, quò facilius quid præstet eluceat. Neq; meam ullam sententiã affero, sed eam repeto, quam edidit spiritus sanctus per prophetã. Melior est, inquit, sterilitas cum uirtute. Primū enim quod nupturę præ ceteris concupiscunt, ut sponsi decore se iactent, eo necesse est impares sacris se fateantur esse uirginibus, quibus solis contingit dicere: Speciosus forma præ filijs hominū, diffusa est gratia in labijs tuis. Quis est iste sponsus? Non uisibus addictus obsequijs, nō caducis superbus diuitijs, sed cuius sedes in seculū seculi, filiã regū in honore eius. Astitit regina à dextris eius in uestitu deaurato, uarietate circumamicta uirtutū. Audi igitur filia, & uide, & inclina aurē tuã, & obliuiscere populum tuū & domum patris tui, quoniã concupiuit rex speciem tuã, quia ipse est deus tuus. Aduerte quantū tibi spiritus sanctus scripturæ diuinę testificatione detulerit: Regnum, aurum, pulchritudinem. Regnum, uel quia sponsa es regis æterni; uel quia inuictum animum gerens, ab illecebris uoluptatum non captiua haberes, sed quasi regina dominaris. Aurū, quia sicut illa materies examinata igne preciosior est, ita corporis species uirginalis, spiritu consecrata diuino, formæ suæ acquirit augmentum. Pulchritudinem uero quis potest maiorem existimare decore eius, quæ amatur à rege, probatur à iudice, dedicatur domino, consecratur deo: Semper spōsa, semper inuupta: ut nec amor finē habeat, nec damnum pudor. Hęc hęc profecto uera pulchritudo est, cui nihil deest, quæ sola meretur audire à domino: Tota es formosa proxima mea, & reprehensio non est in te. Veni huc à Libano, ueni huc à Libano, trãsibis & pertransibis à principio fidei, à capite Saniir & Hermon, à latibulis leonū, à montibus pardorum. Quibus indicijs ostēditur perfecta & irreprehensibilis uirginalis animæ pulchritudo, altaribus consecrata diuinis, inter occursum & latibula spiritaliū bestiãrum non inflexa mortalibus, sed inreata mysterijs dei meruisse dilectū, cuius ubera plena lætitiæ. Vinum enim lætificat cor hominis. Et odor, inquit, uestimentorū tuorum super omnia aromata. Et infra: Et odor inquit, uestimentorū tuorū sicut odor Libani. Vide quē nobis tribuas uirgo processum. Primus enim odor tuus super omnia aromata, quę in saluatoris missa sunt sepulturã: & emortuos corporis motus, membrorūq; redolet obisse delitias. Secundus odor tuus sicut odor Libani, dominici corporis integritatē, uirginę florē castitatis exhalat. Fauum itaq; mellis tua opera componat. Digna enim uirginitas quæ apibus cōparetur: sic laboriosa, sic pudica, sic continēs. Rore pascitur apis, nescit concubitus, mella cōponit. Ros quoq; uirgini est sermo diuinus, quia sicut ros dei uerba descendunt. Pudor uirginis est intemerata natura. Partus uirginis, fœtus laborum, expers amaritudinis, fertilis suauitatis. In cōmune labor, cōmunis est fructus. Quam te uelim filiã imitatricē esse huius apiculæ, cui cibus flos est, ore soboles legit, ore cōponitur. Hanc imitare tu filia. Verba tua nullum doli uelamen obtendant, nullum habeant fraudis inuolucrū: ut & puritatem habeant, & grauitatis plena sint. Meritorū quoq; tuorū tibi æterna posteritas tuo ore pariat. Nec soli tibi, sed pluribus congreges. Qui scis enim quando à te anima tua reposcatur, nec receptacula horreorum frumentis coaceruata dimittens, nec uitæ tuæ usui profutura, nec meritis, rapiaris eò quò thesaurum tuum ferre nō possis: Diues igitur esto, sed pauperi: ut naturæ participes tuæ, participes sint etiam facultatum. Florē quoq; tibi demonsfero carpendum: illum utiq; qui dixit: Ego flos campi, & lilium conuallium, tanquã lilium in medio spittarum: quod est euidentis iudicij, spiritalium nequitiarū sentibus uirtutem o, sferi, unde nemo fructū referat, nisi qui cautus accedat. Sume igitur alas uirgo, sed spiritus: ut super uoles uitia, si contingere cupis Christum, qui in altis habitat, & humilia respicit, & species eius sicut cedrus Libani, quæ comam nubibus, radicem terris inserit. Principium enim eius in cœlo, posteriora eius in terris, fructus cœlo proximos ediderunt. Scrutare diligentius tam bonum florem, nec ubi eum in pectoris tui

Gen. 21

Gen. 28

et 32

Sap. 4

Psal. 44

Cantic. 4

Psalm. 103

Cantic. 4

Cantic. 2

Psal. 112



conualle reperias, humilibus enim frequenter inhalatur. Amat generari in hortis, in qui-  
 bus eum Susanna dum deambulare, inuenit: mori prius, quam uiolari parata. Qui sint au-  
 tem horti, ipse demonstrat dicens: Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus cōclusus,  
 fons signatus: eo quod in hortis huiusmodi impressam signaculis imaginem dei, sinceri  
 fontis unda resplendeat, ne uolubris spiritalium bestiarum, sparsa cœno fluenta tur-  
 bentur. Hinc ille murali septus spiritu pudor clauditur, ne pateat ad rapinam. Itaque sicut  
 hortus furibus inaccessus uitam redolet, fragrat olea, rosam renidet, ut in uite religio, in  
 olea pax, in rosa pudor sacrate uirginitatis inoleat. Hic est odor quem Iacob patriar-  
 cha fragrauit, quando meruit audire: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. Nam licet  
 plenus omnibus ferè fructibus Patriarchæ sancti fuerit ager: ille tamè fruges maiore uir-  
 tutis labore generauit, hic flores. Accingere itaque uirgo, & si uis huiuscemodi tibi ut hor-  
 tus aspiret, prophetis eum claude præceptis. Pone custodiam ori tuo, & ostium circū-  
 tus labijs tuis: ut etiam tu possis dicere: Tanquã malus in lignis nemorosis, ita fraternus  
 meus in medio filiorum. In umbra eius concupiui & sedi, & fructus eius dulcis in faucibus  
 meis. Inueni quem dilexit anima mea, tenui eum, & non relinquam eum. Descendat  
 fraternus meus in hortum suum & manducet fructum pomorum suorū. Veni fraterne  
 mi, exeamus in agrum, pone me ut sigillum in cor tuum, & uelut signaculum super bra-  
 chium tuū. Fraternus meus candidus & rubeus. Decet enim ut plene noueris uirgo quæ  
 diligis, atque omne in eo & ingenitæ diuinitatis & assumptæ mysterium incorporationis  
 agnoscas. Candidus merito, quia patris splendor: rubeus, quia partus est uirginis. Color  
 in eo fulget & rutilat utriusque nature. Memento tamen antiquiora in eo diuinitatis insig-  
 nia, quam corporis sacramenta: quia non cœpit à uirgine, sed qui erat, uenit in uirginē. Il-  
 le discretus à militibus, ille lancea uulneratus, ut nos sacri uulneris cruore sanaret, respō-  
 debit tibi profecto, est enim mitis & humilis corde, blandus aspectu. Exurge aquilo, &  
 ueni auster, aspira hortum meū, & fluant aromata mea. Ex omnibus enim partibus mun-  
 di odor sacrate religionis adoleuit, dilectæ quo uirginis membra fragrant. Formosa  
 es proxima mea, ut bona opinio, pulchra ut Hierusalem. Non caduci itaque corporis pul-  
 chritudo uel morbo peritura uel senio, sed nullis obnoxia casibus, opinio bonorum nū-  
 quam moritura meritorum, uirginibus est decori. Et quoniam non humanis iam sed cœ-  
 lestibus, quorum uitā uiuis in terris, digna es comparari: accipe à domino præcepta quæ  
 ferues. Pone me ut sigillum, inquit, in cor tuum, & uelut signaculum super brachium tu-  
 um: quo signatiora prudentiæ tuæ factorumque documenta promantur, in quibus figura  
 dei Christus eluceat, qui paternæ ambitum exaquant naturæ, totum quicquid à patre di-  
 uinitatis assumpsit, expressit. Vnde etiã Apostolus in spiritu nos dicit esse signatos: quo-  
 niam patris imaginem habemus in filio, sigillum filij habemus in spiritu. Hac trinitate si-  
 gnati caueamus diligentius, ne quod accepimus pignus in cordibus nostris, aut morum  
 leuitas, aut ullius adulteri fraudes resignet. Sed facessat hic sacris uirginibus metus, quibus  
 tanta præsidia tribuit primū Ecclesiā, quæ tenere prolis sollicita successu, ipsa quasi mu-  
 rus abundantibus in modum turrium increuit uberibus, donec soluto obsidionis hosti-  
 lis incurfu, pacem ualidæ iuuentuti maternæ præsidio uirtutis acquirat. Vnde & Prophe-  
 ta ait: Fiat pax in uirtute tua, & abundantia in turribus tuis. Tū ipse pacis dominus post-  
 quā ualidioribus brachijs cōmissa sibi uineta complexus, palmites suos gemare conspe-  
 xerit, uultu præfule nascentibus fructibus auras temperat, sicut ipse testatur dicens: Vi-  
 nea mea est in conspectu meo. Mille & ducenti qui seruant fructum eius. Supra ait, Se-  
 xaginta potentes in circumitu propaginis eius, strictis armatos telis, & eruditos prælia-  
 ribus disciplinis, hic mille ducentos. Creuit numerus, ubi creuit & fructus: quia quo san-  
 ctior quisque, eo munitior. Sic Helisæus propheta exercitus angelorum præsidio sibi ad-  
 esse monstrauit: sic Iesus Naue ducenti militiæ cœlestis agnouit. Possunt igitur fructum  
 in nobis custodire, qui possunt etiam militare pro nobis. Vobis autem uirgines sanctæ  
 speciale præsidium est, quæ intemerato pudore sacrum domini seruatis cubile. Neque mi-  
 rum si pro uobis angeli militant, quæ angelorum moribus militatis. Meretur eorū præ-  
 sidium castitas uirginalis, quorum uitam meretur. Et quid pluribus exequar laudem ca-  
 stitatis? Castitas etiam angelum facit. Qui eam seruauit, angelus est: qui perdidit, diabo-  
 lus. Hinc religio etiã nomen accepit. Virgo est, quæ deo nubit: meretrix, quæ deos fecit.  
 Nam

Nam de resurrectione quid dicam, cuius præmia iam tenetis? In resurrectione autem neque nubent, neque ducent uxores, sed erunt sicut angeli, inquit, in cælo. Quod nobis promittitur, uobis præsto est, uotorumque nostrorum usus apud uos est. De hoc mundo estis, & non estis in hoc mundo. Seculum uos habere meruit, tenere non potuit. Quam præclarum autem, angelos propter intemperantiam suam in seculum cecidisse de cælo, uirgines propter castimoniam in cælum transisse de seculo: Beatæ uirgines, quas non illecebra sollicitat corporum, non collutatio præcipitat uoluptatum. Cibus parsimoniam, potus abstinentiam docet uitia nescire, qui docet causas nescire uitiorum. Causa peccandi etiam iustos sæpe decipit. Hinc populus dei postquam sedit bibere, deum negauit. Hinc Loth concubitus filiarum ignorauit & pertulit. Hinc inuersis uestigijs filij Noe patria quodam pudenda texerunt: quæ pro cax uidit, modestus erubuit, pius texit, offensurus si & ipse uidisset. Quanta uis uini, ut quem diluuium non nudauerunt, uina nudarent? Quid illud? Quantæ felicitatis est, quod nulla uos habendi cupiditas inflamat? Pauper quod habes poscit, quod non habes non requirit: fructus laboris tui thesaurus est inopi: & duobus æra si sola sint, census est largientis. Audi ergo soror quãtis careas. Nam cauere quid debeas, nec meum est docere, nec tuum discere. Perfectæ enim uirtutis usus magisterium non desiderat, sed informat. Cernis ut populum ferculis similis incedat, quæ se componit ut placeat, omnium in se uultus & ora conuertens, eo ipso quo studet placere, deformior. Prius enim populo displicet, quam placeat uiro. At in uobis reiecta decoris cura plus placet, & hoc ipsum quod uos non ornatis, ornatus est. Certe lacere uulneribus aures, & depressa onera miseræ ceruicis: non sunt alleuamenta poenarum, sed discrimina metallorum. Hinc collum catena constringit, inde pedem compes includit. Nihil refert, auro corpus oneretur an ferro. Si ceruix premitur, si grauat incessus, nil precium iuuat: nisi quod uos mulieres ne pereat uobis poena, trepidatis. Quid interest, utrum aliena sententia, an uestra uos damnet? Hinc uos etiam miserabiliores quam qui publico iure damnatur: quod illi optant exui, uos ligari. Quam uero miserabilis illa conditio, quod tanquam mæcipij forma uenalis nuptura licitatur: ut qui precio uicerit, emat. Tolerabilius tamen mæcipia ueneunt, quæ sepe sibi dominos legunt. Virgo si eligat, crimen est: si non eligat, contumelia. Quæ quamuis pulchra sit & decora, & timet uideri, & cupit. Cupit, ut se charius uendat: timet, ne hoc ipsum dedecet quod uidetur. Quanta autem uotorum ludibria, & ad procorum euentus suspecti metus, ne pauper illudat, ne diues fastidiat, ne pulcher irrideat, ne nobilis spernat. Dicit aliquis: Tu nobis quotidie uirginum canis laudes: quid faciam qui eadem quotidie cantito, & proficio nihil? Sed non mea culpa. Denique de Placentino sacrandæ uirgines ueniunt, de Bononiensi ueniunt, de Mauritania ueniunt, ut hic uelentur. Magnam rem uidetis. Hic tracto, & alibi persuadeo. Si ita est, alibi tractemus ut uobis persuadeamus. Quid? quod etiã qui me non audiunt sequuntur: qui audiunt, non sequuntur? Nam plerasque uirgines cognoui uelle, & prohiberi etiã prodire a matribus, & quod est grauius, uiduis, cum quibus hic mihi sermo est. Nempe si hominem amarent filie uestre, per legem possent eligere quem uellent. Quibus igitur hominem eligere licet, deum non licet? Contuemini quam dulcis pudicitiam fructus sit, qui Barbaricis quoque inoleuit affectibus. Ex ultimis infra ultraque Mauritaniae partibus deductæ uirgines hic sacrari gestiunt: & cum sint omnes familiae in uinculis, pudicitia tamen nescit esse captiua. Profiteor regnum æternitatis, quæ meret iniuriam seruitutis. Nam quid de Bononiensibus uirginibus loquar, fecundo pudoris agmine, quæ mundanis se delicijs abdicantes, sacrarium uirginitatis incolunt: sine contubernali sexu, contubernali pudore proiectæ ad uicinarium numerum, & centenarium fructum, relicto parentum hospitio tendunt in tabernaculis Christi, indefessæ milites castitatis nunc canticis spiritualibus personant, nunc uicium operibus exercent, liberalitatis quoque subsidium manu querunt. Quod si inuestigandæ uirginitatis inoleuerit odor, (namque præ cæteris speculari uenatum pudoris explorant,) totis curarum uestigijs prædâ latentem usque ad ipsa cubilia persequuntur: aut si liberior alicuius uolatus affulserit, totis oes uideas assurgere alis, concrepare penes, emicare plausu, ut casto pudicitiam choro cingant uolantem, donec albenti delectata comitatu, in plagas pudoris & indaginem castitatis, domus patriæque oblita succedat. Bonum itaque si uirgini studia parietum quasi flabra pudoris aspirant. Sed illud gloriosius, si tenere ignis

Matt. 22

Exod. 32

Gen. 19

Ibidem 9

ætatis, etiam sine ueteribus nutrimentis sponte se rapiat in fomitem castitatis. Dotem negabunt parentes: sed habes diuitem sponsum, cuius contenta thesauro, patrie successio nis emolumenta non quæras. Quanto dotalibus præstat compendijs casta paupertas: & tamen quam audistis aliquando propter studium integritatis, legitimæ factam successio nis extorrem: Contradicunt parentes. Sed uolunt uinci. Resistunt primo, quia credere timent: Indignantur frequenter, ut discas uincere: abdicationem minantur, ut teneant si potes damna seculi non tinere. Quæsitis e blandiuntur illecebris, ut uideant, si uariarum mollire te non queat blanditia uoluptatū. Exerces uirgo, dum cogers. Et hæc tibi prima certamina, anxia parentum uota proponunt. Vince prius puella pietatem. Si uincis domum, uincis & seculum. Sed quid refert, te an tuos maneant uos damna patri monij: Non ne caducarum & fragilium dispendia facultatum, futura cœli regna cōpen sant: **LUC. 18** Quamquam si uerbis cœlestibus credimus, nemo est qui reliquerit domum aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum dei, & non recipiat centies tantum in hoc tempore, in seculo autem uenturo uitam æternam possidebit. Crede fidem tuam deo, quæ homini pecuniam credis, fœnerare Christo. Bonus depositæ spei custos, multiplicatis fidei tuæ talentum soluit usuris. Non fallit ueritas, non circumscribit iustitia, non decipit uirtus. Quod si non creditis oraculo, uel exemplis credite. Memoria nostræ puella dudum nobilis in seculo, nunc nobilior deo, cum urgeretur ad nuptias à parentibus & propinquis, ad sacrosanctum altare confugit. Quò enim melius uirgo recureret, quàm ubi sacrificium uirginitatis offertur: Ne is quidem finis audaciæ. Stabat ad aram dei pudoris hostia, uictima castitatis: nunc capiti dexteram sacerdotis imponens, precem poscens, nunc iuste impatiens moræ, summum altari subiectans uerticem. Num melius, inquit, mater tu me quam altare uelabis, quod sanctificat ipsa uelamina: Plus talis decet flammeus, in quo caput omnium Christus quotidie consecratur. Quid agitis uos propinqui: quid exquirendis adhuc nuptijs sollicitatis animum: Iam dudum prouisas habeo. Spōsum offertis: meliorem reperi. Quaslibet exaggerate diuitias, iactate nobilitatem, prædicate potentiam, habeo eum cui nemo se comparet: diuitem mundo, potentem imperio, nobilem cœlo. Si talem habetis, non refuto optionem: si non reperitis, non prouidetis mihi, sed inuidetis. Silentibus cæteris unus abruptius, Quid si, inquit, pater tuus uiueret, innuptam te manere pateretur: Tum illa maiori religione, moderatio re pietate: & ideo fortasse defecit, ne quod impedimentum posset afferre. Quod iller sponsum de patre, de se oraculum, maturo sui probauit exitio. Ita cæteri eadem quisque metuentes, fauere cœperunt qui impedire quærebant: nec dispendium debitarum attulit uirginitas facultatum, sed etiam emolumentum integritatis accepit. Habetis puella deuotionis præmium, parentes caute offensionis exemplum.

## DIVI AMBROSII EPISCOPI ME-

DIOLANENSIS DE VIRGINIBVS

LIBER II.



**S**VPERIORE libro quantum uirginitatis munus sit, euoluimus (non enim potuimus explicare) ut per se cœlestis gratia muneris inuitet legem. Secundo libro uirginem institui decet, & tanquam competentium præceptorum magisterijs erudiri. Sed quoniam nos infirmi ad monendum sumus, & impares ad docendum, (debet enim is, qui docet, supra eum qui docetur excellere:) ne tuel susceptum deseruisse munus, uel nobis arrogasse amplius uideremur, exemplis potius quàm præceptis putauimus imbuedam: licet amplius proficiatur exemplo: quoniam nec difficile quod iam factum existimatur, & utile quod probatum, & religiosum quod hereditario quodam paternæ uirtutis usu, in nos est successione transfusum. Quod si quis nos præsumptionis arguit, arguat potius sedulitatis: quia rogantibus uirginibus ne hoc quidem putau negandum. Malui enim me in periculum deduci pudoris, quàm non obsequi uoluntati earum, quarum studijs etiã deus noster placido se indulget assensu. Sed neq; præsumptio notari potest: quoniam

quoniam cum haberent unde discerent, affectum potius quam magisterium quaesierunt meum: & excusari sedulitas, quoniam cum haberent auctoritatem martyris ad obseruantiam disciplinam, non superfluum iudicauit, si nostri sermonis blanditiam deriuarent ad professionis illecebram. Ille docere facilis, qui se uero uitia coercet affectu: nos qui docere non possumus, blandiamur. Et quoniam plerumque absentes, nostri desiderabant sermonis usum, uolumen hoc condidit: quo profecta ad se uocis meae manus tenentes, deesse non crederent, quem tenerent. Sed proposita persequamur. Sit igitur uobis tanquam in imagine descripta uirginitas uitaque Mariae, de qua uelut in speculo refulget species castitatis & forma uirtutis. Hinc sumatis licet exempla uiuendi, ubi tanquam in exemplari magisteria expressa probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis, ostendunt. Primus discendi ardor, nobilitas est magistri. Quid nobiliter dei matrem: quid splendidius ea, quam splendor elegit: quid castius ea, quam corpus sine corporis contagione generauit: Nam de ceteris eius uirtutibus quid loquar? Virgo erat non solum corpore, sed etiam mente, quam nullo doli ambitu syncerum adulteraret affectum: Corde humilis, uerbis grauis, animi prudens, loquendi parcior, legendi studiosior, non in incerto diuitiarum, sed in prece pauperis spe reponens: Inteta operi, uerecunda sermone, arbitrum mentis solita non hominem sed deum quaerere, nullum laedere, bene uelle omnibus, assurgere maioribus natu, aequalibus non inuidere, fugere iactantiam, rationem sequi, amare uirtutem. Quando ista uel uultu laesit parentes: quando discessit a propinquis: quando fastidiuit humilem: quando derisit debilem: quando uitauit inopere eos solos solita coetus uirorum inuisere, quos misericordia non erubesceret, neque praeteriret uerecundia. Nihil toruunt in oculis, nihil in uerbis procax, nihil in actu inuerecundum: non gestus fractior, non incessus solutior, non uox petulantiore: ut ipsa corporis species, simulachrum fuerit mentis, figura probitatis. Bona quippe domus in ipso uestibulo debet agnoscere, ac primo praetendat ingressu, nihil intus latere tenebrarum: ut mens nostra nullis re tinaculis corporalibus impedita, tanquam lucernae lux intus posita foris luceat. Quid ego exequar ciborum parsimoniam, officiorum redundantiam: alterum ultra naturam superuuisse, alterum penes ipsi naturae defuisse: Illic nulla intermissa tempora, hinc cogematos ieiunio diuines: Et si quando reficiendi successisset uoluntas, cibus plerumque obuius, qui mortem arceret, non delicias ministraret. Dormire non prius cupiditas quam necessitas fuit: Et tamen cum quiesceret corpus, uigilare animus: qui frequenter in somnis aut lecta repetit, aut somno interrupta continuat, aut disposita gerit, aut gerenda praenunciat. Prodire domo nescia, nisi cum ad Ecclesiam conueniret, & hoc ipsum cum parentibus aut propinquis. Domestico opere rosa secreto, forensi stipata comitatu, nullo meliore tamen sui custode quam seipsa: quae incessu affatuque uenerabilis, non tam uestigium pedis tolleret, quam gradum uirtutis attolleret. Ut tamen alios habeat uirgo membrorum custodes suorum, morum autem suorum se habeat ipsa custodere. Plures erunt de quibus discat, si ipsa se doceat, quae uirtutes magistras habet: quia quicquid egerit, disciplina est. Sic Maria intendebat omnibus, quasi a pluribus moneret: sic implebat omnia uirtutis officia, ut non tam disceret quam doceret. Talem hanc Euangelista monstrauit, talem angelus reperit, talem spiritus sanctus elegit. Quid enim in singulis moreretur: ut eam parentes dilexerint, extranei praedicauerint, quae digna fuit ex qua dei filius nasceretur: Haec ad ipsos ingressus angeli inuenta domi in penetralibus, sine comite, ne quis intentionem abrumperet, ne quis obstreperet: neque enim comites foeminas desiderabat, quae bonas comites cogitationes habebat. Quin etiam tibi sibi minus sola uidebat, cum sola esset. Nam quemadmodum sola, cui tot libri adessent, tot Archangeli, tot Prophetae: Denique & Gabriel eam ubi reuifere solebat inuenit: & angelum Mariae, quasi uiri specie mota, trepidauit, quasi non incognitum audito nomine recognouit. Ita peregrinata est in uiro, quae non est peregrinata in angelo: ut agnoscas aures religiosas, oculos uerecundos. Denique salutata obmutuit, & appellata respondit. sed quae primo titubauerat aspectu, postea promisit obsequium. Quam uero religiosa in propinquas fuerit, scriptura diuina significat. Nam & humilior facta est, ubi se a deo cognouit electam, & statim ad cognatam suam in montana processit: non utique ut exemplo crederet, quae iam crediderat oraculo. Beata enim inquit, quae credidisti. Et tribus cum ea mensibus mansit. Tanti enim interuallo temporis non fides quaeritur, sed pietas exhibetur. Et hoc postea quam in utero parentis exiliens puer matrem domini salutauit: prius compos deuotiois,

quã naturã. Inde tot sequentibus signis, cum sterilis pareret, uirgo conciperet, loqueretur mutus, adoraret Magus, expectaret Simeon, sydera nunciarent, Maria mobilis ad introitum, immobilis ad miraculũ, conseruabat, inquit, hæc omnia in corde suo. Quã uis mater domini, discere tamen præcepta domini desiderabat: & quæ deum genuerat, deum tamen scire cupiebat. Quid, quod annis quoq; omnibus ibat in Hierusalem solenni die Paschæ, & ibat cum Ioseph: Vbiq; in uirgine comes singularum uirtutum est pudor. Hic indiuiduus debet esse uirginitati, sine quo non potest esse uirginitas. Nec ad templum igitur Maria sine pudoris sui custode processit. Hæc est imago uirginitatis. Talis enim fuit Maria, ut eius unius uita, omnium sit disciplina. Si igitur author non displicet, opus probemus: ut quæcunq; sibi eius exoptat præmium, imitetur exemplum. Quantæ in una uirgine species uirtutum emicant: secretum uerecundiæ, uexillum fidei, deuotionis obsequium, uirgo intra domum, comes ad ministerium, mater ad templum. O quantis illa uirginibus occurret, quantas complexa ad dominum trahet dicens: Hæc thorum filij mei, hæc thalamos nuptiales immaculato seruauit pudore. Quemadmodum eas ipse dominus commendabit patri: nimirum illud & repetens suum: Pater sancte, istæ sunt quas seruauit tibi, in quibus filius hominis caput reclinans quieuit. peto ut ubi ego sum, & ipsæ sint mecum. Sed non solis sibi debent prodesse, quæ non solæ uixerunt sibi. hæc parentes, hæc redimat fratres. Pater iuste, mundus me non cognouit, iste autem me cognouerunt, & mundum cognoscere noluerunt. Quæ pompa illa, quæ gratia, quanta angelorum lætitiã plaudentium, quod habitare mereatur in cœlo, quæ cœlestem uitã uixit in seculo? Tunc etiam Maria tympanum sumens, choros uirginales excitabit cantantes domino, quod per mare seculi sine secularibus fluctibus transierunt. Tunc una quæq; exultabit dicens: Introibo ad altare dei mei, ad deum qui lætificat iuuentutem meam. Immolabo deo sacrificium laudis, & reddo altissimo uota mea. Neq; enim dubitauerim uos patere altaria, quarum mentes altaria dei confidenter dixerim, in quibus quotidie pro redemptione corporis Christus immolatur. Nam si corpus uirginis dei templum est, animus quid est, qui tãquam membrorum cineribus excitatis, sacerdotis æterni redopertus manu, uaporem diuini ignis exhalat: Beatæ uirgines, quæ tam immortalis spirantis gratia, ut horti floribus, ut templa religione, ut altaria sacerdote. Ergo sancta Maria disciplinam uitæ informet, Thecla doceat immolari: quæ copulam fugiens nuptialem, & sponsi furore damnata, naturam etiam bestiarum, uirginitatis ueneratione mutauit. Nanq; parata ad feras, cum aspectus quoq; declinaret uirorum, ac uitalia ipsa sæuo offerret leoni, fecit ut qui impudicos detulerant oculos, pudicos referrent. Cernere erat lingentem pedes bestiam, cubitare humi, muto testificantem sono, quod sacrum uirginis corpus uiolare nõ posset. Ergo adorabat prædã suam bestia: & propria oblita naturæ, naturã induerat quã homines auiferant. Videres quadã naturæ transfusione homines feritatem indutos, sauitiam imperare bestia: bestiam exosculantem pedes uirginis, docere, quid homines facere deberent. Tantum habet uirginitas admirationis, ut eam etiam leones mirent. Nõ impastos cibus flexit, non citatos impetus rapuit, non stimulos ira exasperauit, nõ uisus decepit assuetos, non feros natura possedit. Docuerunt religionem, dum adorant martyrem: docuerunt etiam castitatem, dum uirgini nihil aliud nisi plantas exosculantur, demersis in terrã oculis, tanquã uerecundantibus ne mas aliquis uel bestia uirginem nudã uideret. Dicit aliquis: Cur exemplum attulisti Mariæ, quasi reperiri queat, matrem domini quæ possit imitari? Cur etiã Theclæ, quam Gentium doctor instituit? Da huiusmodi doctorẽ, si discipulã requiris huiusmodi. Recens uobis exemplũ profero, ut intelligatis Apostolum non unius esse doctorem, sed omnium. Antiochię nuper uirgo quẽdam fuit fugitans publici uisus. Sed quo magis uirorum euitabat aspectũ, eo amplius incēdebat. Pulchritudo enim audita nec uisa plus desideratur, duobus stimulis cupiditatũ, amoris & cognitionis: dum & nihil occurrit quod minus placeat, et plus putat esse quod placeat, quod non iudex oculus explorat, sed animus amator exoptat. Itaq; sancta uirgo ne diutius alerent potiedæ spe cupiditatis, integritatẽ pudoris professa, sic restinxit improborum faces, ut non iam amaret, sed proderetur. Ecce persecutio. Puella fugere nescia, certe pauida ne incideret in insidiatores pudoris, animum ad uirtutẽ parauit: tã religio-sa, ut mortem nõ timeret: tam pudica, ut expectaret. Venit coronę dies. Maxima omnium

expe-

expectatio. Producitur puella, duplex professa certamen: & castitatis, & religionis. Sed ubi uiderunt constantiam professionis, metum pudoris, paratam ad cruciatus, erubescētem ad aspectus, excogitare cœperunt, quemadmodum specie castitatis religionē tollerent: ut cum id abstulissent quod erat amplius, etiam id eriperent quod reliquerant. Aut sacrificare uirginem, aut lupanari prostitui iubent. Quomodo deos suos colunt, qui sic uindictant: aut quemadmodum ipsi uiuunt, qui ita iudicant? Hic puella, non quod de religione ambigeret, sed de pudore trepidaret, ipsa secum: Quid agimus? Hodie aut martyr, aut uirgo. altera nobis inuidetur corona. Sed nec uirginis nomen agnoscitur, ubi uirginitatis auctor negatur. Nam quemadmodum uirgo, si meretricē colas? quemadmodum uirgo si adulteros diligas? quemadmodum uirgo, si amorē petas? Tolerabilius est enim mentem uirginem, quam carnem habere. Vtrumq; bonum, si liceat: si nō liceat, saltem non hominī castā, sed deo simus. Et Raab meretrix fuit: sed postquam deo credidit, salutem inuenit. Et Iudith se, ut adultero placeret, ornauit: quæ tamen quia hoc religione nō amore faciebat, nemo eam adulteram iudicauit. Bene successit exemplum. Nam si illa quæ se commisit religioni, & pudorem seruauit & patriam: fortassis & nos seruando religionem, seruabimus etiam castitatem. Quod si Iudith pudicitiam religioni præferre uoluisset, perdita patria etiā pudicitiam perdidisset. Itaq; talibus informata exemplis, simul animo tenēs uerba domini quibus ait: Quicūq; perdiderit animā suā propter me, inueniet eam, fleuit, tacuit, ne eā uel loquentē adulter audiret: nec pudoris elegit iniuriā, sed Christi recusauit. Existimate utrū adulterare potuerit corpus, quæ nec uocem adulterauit. Iam dudum uerecundatur oratio mea, & quasi audire gestorū seriē criminiosam atq; explanare formidat. Claudite aurem uirgines, ducitur puella dei ad lupanar: sed aperte aurem uirgines dei, Christi uirgo prostitui potest, adulterari non potest. Vbicunq; dei uirgo est, dei templum est: nec lupanaria infamant castitatem, sed castitas etiam loci abolet infamiam. Ingens petulantium concursus ad fornicem. Discite martyrū miracula sanctæ uirgines, dediscite locorū uocabula. Clauditur intus columba, strepunt accipitres foris, certant singuli, quis prædam primus inuadat. At illa manibus ad cœlum leuatis, quasi ad domū uenisset orationis, non ad libidinis diuersorū: Christe, inquit, qui domuisti uirginī feros leones, potes etiam domare hominum feras mentes. Chaldæis rorauit ignis, Iudæis se uada suspēdit, misericordia tua, non natura sua: Susanna ad supplicium genu fixit, & de adulteris triumphauit: aruit dextera quæ templi tui dona uiolabat, nunc templum ipsum attretatur tuum, ne patiaris incestum sacrilegij, qui nō passus es furtū. Benedicatur & nunc nomen tuum: ut quæ adulterium ueni, uirgo discedam. Vix cōpleuerat precem, & ecce uir militis specie terribilis irrupit. Quemadmodum eum uirgo ut uidit, tremuit, cui populus tremēs cessit: Sed non illa immemor lectionis: Et Daniel, inquit, supplicium Susannæ spectaturus aduenerat: & quam populus damnauit, unus absoluit. Potest & in hoc lupi habitu ouis latere. Habet & Christus milites suos, qui etiā legiones habet. Aut fortasse percussor intrauit. ne uereare anima, talis solet martyres facere. O uirgo, fides tua te saluam fecit. Cui miles: Ne quæso pueas soror. Frater huc ueni, saluare animā non perdere. Serua me, ut ipsa serueris. Quasi adulter ingressus, si uis martyr egrediar. Vestimenta mutemus, conueniunt mihi tua, & mea tibi, sed utraq; Christo. Tua uestis me uerū militem faciet, mea te uirginem. Bene tu uestieris, ego melius exuar, ut me persecutor agnoscat. Sume habitum, qui abscondat foeminam: trade, qui cōsecret martyrem. Induere chlamydem quæ occultet membra uirginis, seruet pudorem. Sume pileum quod tegat crines, abscondat ora. Solent erubescere qui lupanar intrauerint. Sane cum egressa fueris, ne respicias retro, memor uxoris Loth, quæ naturā suā, quia impudicos licet castis oculis respexit, amisit. Nec uereare ne quid pereat sacrificio. Ego pro te hostiam deo reddo, tu pro me militem Christo, habes bonam militiam castitatis, quæ stit pendijs militat sempiternis: loricā iustitiæ, quæ spiritali munimine corpus includat: scutum fidei, quo uulnus repellas: galeam salutis. Ibi enim est præsidium nostræ salutis, ubi Christus. Quoniam mulieris caput uir, uirginis Christus. Et inter hæc uerba chlamydem exiit. Suspectus tamen adhuc habitus & persecutoris & adulteri. Virgo ceruicem, chlamydem miles offerre. Quæ pompa illa, quæ gratia, cū in lupanari de martyrio certarent? Addantur personæ, miles & uirgo: hoc est, dissimiles inter se natura, sed dei miseratione confi-

Ios. 2. et 6  
Iudic. 9

Matt. 10

Dani. 14

Dan. 13

Gen. 19

Eph. 5

*Esa. 65* consimiles, ut compleatur oraculum, Tunc lupi, & agni simul pascentur. Ecce agna & lupus non solum pascentur simul, sed etiam immolantur. Quid plura? Mutato habitu euolat puella de laqueo, iam non suis alis, utpote quæ spiritualibus ferebatur: & (quod nulla unquam uiderunt secula,) egreditur de lupanari uirgo, sed Christi. At illi qui uidebāt oculis & non uidebāt corde, ceuraptores ad agnam, lupi fremere ad prædam. Vnus qui erat immodestior, introiuit. Sed ubi hausit oculis rei textum: Quid hoc, inquit, est? Puella ingressa est, uir uidetur. Ecce non fabulosum illud, cerua pro uirgine, sed quod uerum  
*ioan. 2* est, miles ex uirgine. At etiam audieram & non credideram, quod aquam Christus in uina conuertit: iam mutare cœpit & sexus. Recedamus hinc, dū adhuc qui sumus, sumus. Nunquid & ipse mutatus sum, qui aliud cerno, quam credo? Ad lupanar ueni, cerno uadimonium: & tamen mutatus egrediar, pudicus exhibo, qui adulter intraui. Indicio rei, quia debebatur tanto corona uictori, damnatus est pro uirgine, qui pro uirgine cōprehensus est. Ita de lupanari non solum uirgo, sed etiam martyres exierūt. Fertur puella ad locum supplicij cucurrisse, certasse ambos de nece, cum ille diceret: ego sum iussus occidi, te absoluit sententia, quando me tenuit. At illa clamare, Non ego te mortis uadem  
*ioan. 2* legi, sed prædem pudoris optaui. Si pudor quæritur, manet nexus: si sanguis exposcitur, fideiussorem non desidero, habeo unde dissoluam. In me lata est ista sententia, quæ pro me lata est. Certe si pecuniæ te fideiussorem dedissem, & absente me iudex tuū cēsum feneratori adiudicasset, eadem me sententia conuenires, meo patrimonio soluerem tuos nexos. Si recusarem, quis me indignam morte censeret? Quanto maior est capitis huius uisura? Moriar innocens, ne moriar nocens. Nihil hic medium est: hodie aut rea ero tui sanguinis, aut martyr mei. Si cito redij, quis me audet excludere? Si moram feci, quis audeat absolueret? Plus legibus debeo: rea non solum fugæ meæ, sed etiā cædis alienæ. Sufficiunt membra morti, quæ non sufficiebant iniuriæ. Est in uirgine uulneri locus, qui non erat contumeliæ. Ego opprobrium declinaui, non martyrium tibi cessi. Vestem, nō professionem mutaui. Quod si mihi præripis mortem, non redemisti me, sed circumuenisti. Caue quæso contendas, caue contradicere audeas. Noli eripere beneficium, quod dedi sti. Dum mihi hanc sententiam negas, illam restituas superiorem. Sententia enim sententia posteriore mutatur. Si posterior me non tenet, tenet superior. Possumus uterq; satisfacere sententiæ, si me prius patiaris occidi. In te non habēt aliam quam exerceant pœnā, in uirgine obnoxius pudor est. Itaq; gloriosior eris, si uidearis de adultera martyrem fecisse, quam de martyre adulteram reddidisse. Quid expectatis? Duo contenderūt, & ambo uicerunt: nec diuisa est corona, sed addita. Ita sancti martyres inuicē sibi beneficia cōferentes, altera principium martyrii dedit, alter effectum. At etiam Philosophorum gymnasia Damonem & Pythiam Pythagoræos in cœlum ferunt, quorum unus cum esset morti adiudicatus, commendandorum suorum tempus poposcit. Tyrannus autem astutissimus, quod reperiri non posse existimaret, petiuit ut sponsorem daret, qui pro se feriretur, si ipse faceret moram. Quid de duobus præclarior, nescio. Vtrumq; præclarum. Alter mortis uadem inuenit, alter se obtulit. Itaq; dum reus moram supplicio faceret, fideiussor uultu sereno mortem non recusauit. Cum duceretur, amicus reuertitur, cervicem substituit, colla subiecit. Tunc admiratus tyrannus chariorem Philosophis amicitiam quam uitam fuisse, petiuit ut ipse ab his quos damnauerat, in amicitiam reciperetur. Tanta uirtutis est gratia, ut & tyrannum inclinaret. Digna laude, sed minora nostris. Nam illic ambo uiri, hic una uirgo, quæ primo etiā sexum uinceret. Illi amici, isti incogniti. Illi tyranno uni se obtulerūt, isti pluribus, hoc etiam crudeliōribus, quod ille pepercit, isti occiderunt. Inter illos in uno obnoxia necessitas, in his amborum uoluntas libera. Hoc quoq; isti prudentiores, quod illis studij sui finis amicitia gratia, istis corona martyrii. Illi enim certauerunt hominibus, isti deo. Et quoniam regis istius fecimus mentionem, par est contexere quid de dijs suis senserit, quo magis infirmos iudicetis, quos irrident sui. Nanq; is cum uenisset in templum Iouis, amictum aureum quo operiebatur simulachrum eius, detrahi iussit, imponi laneum: dicens, aurum hyeme frigidum, æstate onerosum esse. Sic deum irrisit suum, ut nec onus ferre posse, nec frigus putaret. Item cum Aesculapij barbam uidisset auream, tolli imperauit, incōgruum esse appellans ut filius barbam haberet, cum Apollo pater eius adhuc non haberet. Item simulachris tenētibus  
aureas

aureas pateras ademit, allegans accipere se debere quod dii darent: Quoniam hæc sunt uota, inquit, hominum, ut à dijs quæ bona sunt adipiscamur. Nihil autem auro melius. Quod tamen si malum est, habere deos non debere: si bonum est, habere magis homines debere qui uti scirent. Ita ludibrio habiti sunt, ut neq; Iupiter uestem suam defendere potuerit, nec barbam Aesculapius, nec Apollo pubescere adhuc cœperit, neque omnes qui dicuntur dii, retrahere potuerint pateras quas tenebant: non tam furti reatum timebant, quam sensum non habentes. Quis igitur eos colat, qui nec defendere se quasi dii, nec abscondere quasi homines possunt? At in templo dei, cum Hieroboam rex sceleratissimus dona quæ pater eius posuerat auferret, ac super sanctum altare libaret idolis, nonne dextera eius quam tetendit aruit, nec sua ei quæ inuocabat idola profuerunt? Deinde conuersus ad dominum rogauit ueniam, statimq; manus eius quæ aruerat sacrilegio, sanata est religione. Tam maturum in uno & misericordiæ diuinæ & indignationis exemplum extitit: ut sacrificanti subito dextera adimeretur, pœnitenti uenia daretur. Hæc ego uobis sanctæ uirgines nondum triennalis sacerdos munuscula parauit, licet usu indoctus, sed uestris edoctus moribus. Quātus etenim adolescere usus potuit, in tam parua initiatæ religionis ætate? Si quos hic flores cernitis, de uestra uitæ collectos legite sinu. Non sunt hæc præcepta uirginibus, sed de uirginibus exempla. Vestrae uirtutis effigiem nostra depinxit oratio, uestræ grauitatis imaginem quasi in speculo quodam sermonis istius cernitis resurgere. Vos si quam nostro gratiam inhalastis ingenio, uestrum est quicquid iste redolet liber. Et quoniam quot homines, tot sententiæ: si quid defecatum est in sermone nostro, omnes legant: si quid decoctum, maturiores probent: si quid modestum, pectoribus inhaereat, genas pingat: si quid florulentum, ætas florulenta non improbet. Debuimus sponsæ scire amorem. Scriptum est enim: Diliges dominum deum tuum. Debuimus in nuptijs sponsæ crines calami stris quibusdam saltem orationis ornare. Scriptum est enim: Plaudite manu, & percutite pede. Debuimus perpetuos spargere thalamos rosas. Etiam & in his coniugijs temporalibus nubenti prius plauditur, quam imperatur: ne ante dura offendant imperia, quam blanditijs amor fatus inolescat. Equulorum uis plausæ sonitum discit amare ceruicis, ne recuset iugum. Deniq; prius assuescitur uerbo lasciuia, quam uerberare disciplina. Ast ubi colla subdiderit iugo, & habena constringit, & stimulus urget, & compares trahunt, & iugalibus inuitat. Sic etiam uirgo nostra debuit prius amore pio ludere, aurea thori regni cœlestis fulcra mirari, in ipso uestibulo nuptiarum, & postes frondium sertis cernere coronatos, & chori strepentis interius haurire delicias, ne se prius dominico iugo timefacta subduceret, quam uocata inclinaret. Veni igitur huc à Libano sponsa, ueni huc à Libano, transibis & pertransibis. Sæpius enim nobis iste uersiculus recantandus est, ut uel dominicis uocata uerbis, sequatur, si qua non credit humanis. Hoc nos magisterium non inuenimus, sed accepimus: sic instituit mystici carminis doctrina cœlestis. Osculetur me ab osculo oris sui, quia bona ubera tua super uinum, & odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Unguentum exinanitum est nomen tuum. Totus iste deliciarum locus ludum sonat, plausum excitat, amore prouocat. Ideo, inquit, adolescentulæ dilexerunt te, & attraxerunt te, retro in odore unguentorum tuorum curramus. Induxit me rex in tabernaculum suum. Ab osculis cœpit, ut ad tabernaculum perueniret. Atq; illa tam patiens duri laboris, exercitataq; uirtutis, ut aperiat manu claustra, in agrum exeat, in castellis maneat, in principio tamen retro odorem currit unguenti: mox cum in tabernaculum uenerit, unguentum mutatura castellis. Deniq; quod euadat uidete: Si murus, inquit, est, ædificemus super eum turre argenteas. Quæ ludebat osculis, iam turre erigit, ut preciosis sanctorum turrata fastigijs, non solum hostiles frustretur incursus, uerum etiam bonorum propugnacula struat tuta meritorum.

3. Reg. 12  
et 13Deut. 6  
Ezech. 21

Cantic. 1



**DIVI AMBROSII EPISCOPI ME-  
DIOLANENSIS DE VIRGINIBVS  
LIBER III.**



**Q**VONIAM quæ habuimus digessimus superioribus libris duobus, tempus est soror sancta, ea quæ mecum conferre soles, beatæ memoriæ Liberi præcepta reuoluere: ut quo uir sanctior, eo sermo accedat gratior. Namq; is, cum die saluatoris natali ad Apostolum Petrum, uirginis professionem, uestis quoq; mutatione signares (quo enim melius die, quam quo uirgo posteritatem acquisiuit) atq; astantibus etiã puellis dei compluribus quæ certarent inuicem de tuâ societate: bonas, inquit, filia nuptias desiderasti. Vides quantus ad natalem sponsi tui populus cõuenerit, & nemo impastus recedit: Hic est qui rogatus ad nuptias aquam in uina conuertit. In te quoq; syncerũ sacramentum conferet uirginis, quæ prius eras obnoxia uilibus naturæ materialis elementis. Hic est qui quinque panibus & duobus piscibus quatuor milia populi in deserto pauit. Plures potuit, si plures iam tunc qui pascerentur, fuissent. Deniq; ad tuas nuptias plures uocauit: Sed iam non panis ex hordeo, sed corpus ministratur è cœlo. Hodie quidem secũdũ hominem homo natus ex uirgine, sed ante omnia generatus ex patre: qui matrem corpore, uirtute referat patrem. Unigenitus in terris, unigenitus in cœlo. Deus de deo, partus ex uirgine. Iustitia de patre, uirtus de potente, lumen ex lumine. Non impar generanti, non potestate discretus, non uerbi extensione aut prolacione confusus, aut cum patre mixtus. Sed ut à patre generationis iure distinctus sit, ipse est fraternus tuus, sine quo nec cœlestia nec terrestria, nec marina consistunt. Verbum patris bonum, quod erat in principio, habes eius æternitatem: Et erat, inquit, apud patrem, habes indiscrētam à patre inseparabilemq; uirtutem: Et deus erat uerbũ, habes ingenitam eius diuinitatem. De compendio enim tibi fides est haurienda. Hunc filia dilige, quia bonus: Nemo enim bonus nisi solus deus. Si enim non dubitatur quia deus filius, deus autẽ bonus: utiq; non dubitatur, quia deus bonus filius. Hunc inquam dilige. Ipse est quem pater genuit ante luciferum ut æternum: ex utero generauit, ut filium: ex corde eructauit, ut uerbum. Ipse est in quo complacuit pater, ipse est patris brachium, quia creator est omnium: patris sapiẽtia, quia ex dei ore processit: patris uirtus, quia diuinitatis in eo corporaliter habitat plenitudo. Quem pater ita diligit ut in sinu portet, ad dexteram locet, ut sapientiam dicat, uirtutem nõuerit. Si igitur uirtus dei Christus, nunquid aliquãdo sine uirtute deus: Nunquid aliquãdo sine filio pater: Si semper utiq; pater, utiq; semper & filius. Perfecti ergo patris perfectus est filius. Nam qui uirtuti derogat, ei derogat, cuius est uirtus. Inæqualitatem non recipit perfecta diuinitas. Dilige igitur, quem pater diligit: honorifica, quem honorificat pater. Qui enim non honorificat filium, non honorificat patrem. Et qui negat filium, nec patrem habet. Hęc quantum ad fidem. Sed interdũ etiam cum fides tuta, iuuentus suspecta est. Modico itaq; uino utere, ne infirmitatẽ corporis augeas, non ut uoluptatem excites. Incendunt enim pariter duo, uinum & adolescentia. Infrænent etiam teneram ætatem ieiunia, & parsimonia cibi retinaculis quibusdam indomitas colibeat cupiditates. Ratio reuocet, mitiget spes, restringat metus. Nã qui moderari nescit cupiditatibus, is quasi equus raptatur indomitus, uoluitur, obteritur, laniatur, affligitur. Quod aliquando iuueni ob amorem Dianæ contigisse proditur. Sed poeticis mendacijs coloratur fabula, ut Neptunus prelati riualis dolore incitatus, equis dicatur furorem immisisse, quo eius magna potentia prædicetur, quod iuuenẽ nõ uirtute uicit, sed fraude decepsit. Vnde etiam sacrificium quotannis instaurant Dians, ut equus ad eius immoletur aras. Quam uirginem dicunt, quæ (id quod etiam meretrices erubescere solent,) amare potuit non amantem: Sed habeant per me licet fabulæ suam authoritatem, quasi non licet scelestum utrumq; minus tamen sit iuuenem amore adulteræ sic flagrasse ut periret, quàm duos (ut ipsi dicunt) deos de adulterio certasse: Iouem autem dolore scortantis filia in medicum uindicasse adulteri, quod eius curasset uulnera, qui Dianam in syluis adulterasset, uenatricem sanẽ optimam non ferarum, sed libidinum,

num, sed ferarum etiam, ut nuda uenetur. Dent igitur Neptuno dominatum furoris, ut adstruant crimen incesti amoris. Dent Dianæ regnum in syluis quas incolerat, ut confirmet adulteriū quod gerebat. Dent Aesculapio quod mortuum reformauerit, dummodo profiteantur quod fulminatus ipse non euaserit. Dent etiam Ioui fulmina quæ nō habuit, ut testificentur opprobria quæ habuit. Sed à fabulis ad proposita reuertamur. Escis quoque omnibus quæ gignant membris calorem, parce utendū puto. Carnes enim etiam aquilas uolantes deponunt. In uobis quoque ales interior illa de qua legimus, Renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua, sublime tenens, uirgineo præpes uolatu superflua carnis nesciat appetentiam. Cōuiuiorum deuitandæ celebritates, fugiendæ salutationes. Ipsas uisitantes in iunioribus esse parciores uolo, si forte deferendum sit parentibus aut æqualibus. Teritur enim officijs pudor, audacia emicat, risus subrepat, modestia soluitur, dum affectatur urbanitas: interroganti non respondere, infantia: respondere, fabula est. Deesse igitur sermonē uirgini, quam superesse malo. Nam si mulieres etiam de rebus diuinis in Ecclesia iubentur tacere, domi uiros suos interrogare: de uirginibus quid cautū putamus, in quibus pudor ornat ætatem, taciturnitas cōmendat pudorem? An uero me diocre pudoris exemplū est, quod Rebecca cum ueniret ad nuptias, & sponsum uidisset, uelamen accepit: ne prius uideretur, quàm iungeretur? Et utiq; pulchra uirgo nō de cori timuit, sed pudori. Quid Rachel? quæ admodum extorto osculo fleuit & genuit: Nec flere desisset, nisi proximum cognouisset. Ita & pudoris seruauit officium, & pietatis non amisit affectū. Quod si uiro dicitur, uirginē ne cōsideres, ne quando scandalizet: quid dicendum sacratæ uirgini? quæ si amet, animo peccat: si amatur, & facta. Maxima est uirtus tacendi, præferim in Ecclesia. Nulla te diuinarū sententiā fugiet lectionū, si aurē admoueas, uocem premas. Nullū ex ore uerbū quod reuocare uelis, proferas: sed parciore loquendi fiducia sit. Copiosum quippe in multiloquio peccatum. Homicidæ dicitur: Peccasti, quiesce, ne peccaret amplius: sed uirgini dicendum est, quiesce ne pecces. Conseruabat enim Maria, ut legimus, omnia in corde suo quæ de filio dicebantur: & tu cū legitur aliquid quo Christus aut uenturus annunciatur, aut uenisse ostenditur, noli fabulando obstrepere, sed mentē admoue. An quicquā est indignius, quàm oracula diuina circumstrepere ne audiantur, ne credantur, ne reuelentur: circūsonari sacramenta cōfusus uocibus, ut impediatur oratio pro salute omnium, cū Gentiles idolis suis reuerentiā tacendo deferunt? Vnde illud exemplū proditur. Alexandro sacrificante Macedonū rege, puerulū Barbarum qui ei lumen accenderet, excepisse ignē brachio, atq; adusto corpore mansisse immobilē, nec dolorē prodidisse gemitu, nec tacito pœnā indicasse fletu. Tanta in puero Barbaro fuit disciplina reuerentiæ, ut naturam uinceret: atq; ille non deos, qui nulli erant, sed regē timebat. Quid enim timeret eos, quos si idem ignis contigisset, aruissent? Quid quod quidā in cōuiuio patris adolescens iubetur, ne meretricios amores indicijs insolentibus prodatur? Et tu in ministerio dei uirgo gemitus, excreatus, tusses, risus abstine. Quod ille in conuiuio potest, tu in ministerio dei non potes? Vocis uirginitas prima signetur, claudat ora pudor, debilitatē excludat religio, instituat consuetudo naturam. Uirginē mihi prius grauitas sua nunciet, pudore obuio, gradu sobrio, uultu modesto, & prænunciā integritatis anteeant signa uirtutis. Nō satis probabilis uirgo est quæ requiritur cū uidetur. Frequens sermo est, cū plurima ranarum murmura religiosæ auribus plebis obstreperent, sacerdotē dei præcepisse ut cōticescerent, ac reuerentiā sacrae deferrent orationi: tunc subito circumfusus strepitus quieuisse. Silent igitur paludes, homines non silebunt? Et irrationale animal per reuerentiā recognoscit, quod per naturam ignorat: hominū tantam esse immodestiam, ut pleriq; deferre nesciant mentium religioni, quod deferunt auriū uoluptati. Hęc tecum sanctę memorię Liberius: quæ apud alios maiora uerbis, apud te minora exemplis, ita omnem disciplinam non solum uirtute adæquasti, sed etiam æmulatione uicisti. Nanq; ieiunium in præceptis habemus, sed singulorū dierū: tu autem multiplicatis noctibus ac diebus, innumera tempora sine cibo transigis: & si quando rogaris ut cibum sumas, paulisper deponas codicē, respondes ilico: Nō in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo Dei. Ipse epularū usus, cibus obuuius, ut edendi fastidio ieiunium desideretur: potus è fonte, fletus in prece, somnus in codice. Hęc iunioribus cōuenere annis, donec mens quæ matura canehi sceret. Ast

Psal. 102

1. Cor. 14

Gene. 24

Gene. 29

Prover. 10

Gene. 4

Luc. 2

Matth. 4

sceret. Ast ubi domiti trophaeum corporis uirgo sustulerit, moderandum labori, ut magistra subpari seruetur aetati. Cito fecundis onerata palmitibus emerita aetatis uitis crepat, nisi aliquando reprimatur. Eadem tamen donec adolescit exuberat & inueterata amputatur, ne syluescat sarmetis, aut foetu nimio exinanita moriatur. Bonus agricola optimam uitam & totam terram cohibet, & defendit a frigore, & ne meridiano sole uratur, explorat. Agrum quoque uicibus exercet, & uel si non patitur otiosum, diuersa alternat semina, mutatis ut foetibus arua requiescant. Tu quoque uirgo ueterana, pectoris tui colles diuersis saltem seminibus sere, nunc alimonijs mediocribus, nunc ieiunijs parciorebus, lectione, opere, prece: ut mutatio laboris, inducitur sint quietis. Non totus messem generat ager. Hinc de collibus uineta consurgunt, illic purpurascens cernas oliuas, hic olentes rosas. Saepetiam relictis aratris ipse ualidus agricola digito solum scalpit, ut florum deponat radices: & asperis manibus quibus luctantes inter uineta flectit iuuenos, molliter ouium ubera praefat. Eo quippe melior ager, quo numerosior fructus. Ergo & tu boni agricolae exemplum secuta, non perennibus ieiunijs tanquam depressis uomeribus humum tuam findas. Floreat in hortis tuis rosa pudoris, liliu mentis, & irriguum sacri sanguinis uolaria bibant fontem. Vulgo hoc ferunt: Quod uelis prolixo facere, aliquando ne feceris. Debet esse aliquid, quod Quadragesimae diebus addatur: sed ita, ut nihil ostentationis causa fiat, sed religionis. Oratio quoque nos Deo crebra commendat. Si enim Propheta dicit, Septies in die laudem dixi tibi, qui regni erat necessitatibus occupatus: quid nos facere oportet qui legimus, Vigilate & orate, ne intretis in tentationem? Certae solennes orationes cum gratiarum actione sunt deferendae, cum e somno surgimus, cum prodimus, cum cibum paramus sumere, cum sumperimus, & hora incensi, cum denique cubitum pergitur. Sed etiam in ipso cubili uolopsalmos cum oratione dominica frequentiter contexas uice, uel cum euigilaueris, uel antequam corpus sopor irriget, ut te in ipso quietis exordio, rerum secularium cura liberam, diuina meditantem somnus inueniat. Denique etiam ille philosophiae ipsius qui nomen inuenit, quotidie priusquam cubitum iret, tibicinem iubebat molliora canere, ut anxia curis secularibus corda mulceret. Sed ille, sicut is qui laterem lauat, secularia secularibus frustra cupiebat abolere. Magis enim se oblinebat luto, qui remedium a uoluptate quaerebat. Nos autem terrenorum uitiorum colluione deterfa, ab omni inquinamento carnis, mentium interna mundemus. Symbolum quoque specialiter debemus tanquam nostri signaculum cordis antelucanis horis quotidie recensere: quod etiam cum horremus aliquid, animo recurrendum est. Quando enim sine militiae sacramento, miles in tentorio, bellator in praelio? Iam illud quis non ad nostram institutionem dictum intelligat quod ait sanctus Propheta: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo? Nam siue lectum iuxta litteram intelligas, tantam ubertatem ostendit profundum oportere lachrymarum ut lauetur lectus, stratum rigetur fletibus obsecrantis, (fletus enim praesentium, merces est futurorum, quoniam beati qui fletis, ipsi enim ridebitis) siue pro corpore accipiamus propheticum dictum, delicta corporis poenitentiae lachrymis abluamus. Fecit enim sibi lectum Salomon ex lignis Libani, columnae eius argenteae erant, adclinatorium eius aureum, dorsum eius gemmatum stratum. Quis est iste lectus, nisi nostri corporis species? Namque in gemmis aer specie fulgoris ostenditur, in auro ignis, aqua in argento, terra per lignum: ex quibus corpus humanum quatuor constat elementis, in quo nostra recubat anima, si non aspero montium, non humi arido expers quietis existat, sed sublimis a uitium ligno fulsa requiescat. Unde & Dauid dicit: Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius. Nam lectus doloris esse qui potest, cum dolore non possit, qui non habet sensum? Corpus autem doloris, sicut corpus est mortis. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Et quoniam uersiculum induximus, in quo dominici corporis fecimus mentionem: ne quem forte perturbet legentem, quod dominus corpus suscepit doloris, recordetur quia Lazari mortem & doluit & fleuit, & in passione est uulneratus, atque ex uulnere sanguis & aqua exiit, spiritumque exhalauit. Aqua ad lauacrum, sanguis ad potum, spiritus ad resurrectionem. Unus enim est Christus nobis spes, fides, charitas. Spes in resurrectione, fides in lauacro, charitas in sacramento. Tamen ut corpus suscepit doloris, ita etiam stratum in infirmitate uersauit, quia conuertit in commodum carnis humanae. Nam passione infirmitas est soluta, mors resurrectione: & tamen morere pro seculo, gaudere

Psal. 118

Matth. 26

Psal. 6

Luca. 6

Cantic. 3

Psal. 40

Roma. 7

Ioan. 11

Ioan. 19

gaudere debetis in domino: tristes ad poenitentiam, alacres ad gratiam: licet & flere cum flentibus, & gaudere cum gaudentibus, oportere Gentiū doctor salutari præceptione præscripsit. Verum qui penitus enodare cicatricem omnem desiderat quæstionis, ad eundem confugiat Apostolū. Omne enim, inquit, quodcunq; facitis in uerbo aut in facto, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi, gratias agētes deo patri per ipsum. Omnia ergo dicta nostra factaq; referamus ad Christum: qui uitam fecit ex morte, lucē creauit ex tenebris. Nanq; ut corpus ægrotum nunc calidioribus fouetur, nunc frigidioribus temperatur, remediorumq; mutatio si iuxta præceptum fiat medici, salutaris est: si contra mandatum usurpetur, languoris augmentū est: Ita medico nostro quicquid penditur Christo, remedium est: quicquid usurpatur, incommodum. Debet igitur bene conscientia esse lætitia, non inconditis comessationibus, non nuptialibus excitata symphonijs. Ibi enim intuta uerecundia, illecebra suspecta est, ubi comes deliciarū est extrema, saltatio. Ab hac uirgines dei procul esse desidero. Nemo enim, ut dixit quidam secularium doctor, saltat sobrius, nisi qui insanit. Quod si iuxta sapientiam secularem, saltationis, aut temulentia author est, aut dementia: quid diuinarum scripturarum cautū putamus exemplis, cum Ioannes prænuncius Christi saltatricis optione iugulatus, exemplo sit, plus nocuisse saltationis illecebram, quam sacrilegi furoris amentia? Et quoniam talis uiri non strictim prætereunda est recordatio, interest, ut quis, & à quibus, & quā ob causam, quomodo, & quo tempore sit occisus, aduertere debeamus. Ab adulteris iustus occiditur, & à reis in iudicem capitalis sceleris poena conuertitur. Deinde premium saltatricis, mors est Prophete. Postremo, quod etiam omnes Barbari horrere consuerūt, inter epulas atq; conuiuia consummandæ crudelitatis profertur edictum. Et à conuiuio ad carcerem, de carcere ad conuiuium feralis flagitij circumfertur obsequium. Quanta in uno facinore sunt crimina? Extruitur regifico luxu ferale conuiuium, & explorato quando maior solito turba conuenerit, reginae filia intimis amandanda secretis, in conspectū uirorum saltatura producit. Quid enim potuit de adultera disci, nisi damnum pudoris? An quicquam est tam pronum ad libidines, quam inconditis motibus ea quæ uel natura abscondit, uel disciplina uelauit, membrorum operta nudare, ludere oculis, rotare ceruicem, comam spargere? Merito inde in iniuriā diuinitatis proceditur. Quid enim ibi uerecundia potest esse, ubi saltatur, strepitur, cōcrepatur? Tunc rex, inquit, delectatus, dixit puellæ, ut peteret de rege quod uellet. Deinde iurauit, quod uel dimidiū regni si petisset, concederet. Vide quemadmodū seculares ipsi de secularibus suis iudicent potestatibus, ut pro saltatione etiā regna donentur. Puella autē admonita à matre sua, poposcit afferri sibi in disco caput Ioannis. Quod dicit, Rex contristatus est: nō poenitentia regis, sed cōfessio iniquitatis est: quā diuinæ habet cōsuetudo sententia, ut qui gesserunt impia, ipsi propria confessione se damnent. Sed propter discumbētes, inquit. Quid indignius, quam ut homicidium fieri iuberet, ne discumbentibus displiceret? Et propter iusiurandū, inquit. O religionē nouā. Tolerabilius peierasset. Vnde nō immerito dominus in Euangelio iubet non esse iurandum, ne sit causā peiurij, ne sit necessitas delinquendi. Itaq; ne iusiurandū uiolaretur, percutitur innocens. Quid prius horrescam nescio. Tolerabiliora periuria, quam sacramenta sunt tyrannorū. Quis non cum è conuiuio ad carcerem cursari uideret, putaret Prophetam iussum esse dimitti? Quis, inquam, cum audisset natalem esse Herodis, solenne conuiuū, puellæ optionem eligendi quod uellet datā, missum ad Ioannē ob solutionē non arbitraretur? Quid crudelitati cum delictijs? quid cū funeribus uoluptati? Rapitur ad poenā Propheta conuiuiali tempore, conuiuiali præcepto, quo nō cuperet uel absolui: perimitur gladio, caput eius affertur in disco. Hoc crudelitati ferculum debebatur, quo insatiata epulis feritas uesceretur. Intuere rex acerbissime tuo spectacula digna cōuiuio. Porrige dexterā, ne quid sequitij tue desit: ut inter digitos tuos riuī defluant sacri cruoris. Et quoniā nō exaturari epulis fames, non restingui poculis potuit inaudita fœuitij sitis, bibe sanguinem scaturientibus adhuc uenis execti capitis profluentem. Cerne oculos in ipsa morte sceleris tui testes, auersantes conspectū deliciarū. Clauduntur lumina nō tam mortis necessitate, quam horrore luxurij. Os aureū illud exanguē, cuius sententiā ferre nō poteras, conticescit, & adhuc timetur. Lingua tamē, quæ solet etiā post mortē officij seruare uiuētis, palpitante licet motu

Roma. 12

Colof. 3

Marci. 6

Matth. 5

damnabat incestum. Portatur hoc caput ad Herodiadem: latatur, exultat, quasi crimen euaserit, quia iudicē trucidauit. Quid dicitis uos sanctæ foeminae? Videtis quid docere, quid etiā dedocere filias debeatis? Saltet, sed adulteræ filia. Quæ uero pudica quæ casta est, filias suas religionē doceat, nō saltationē. Vos autē graues, & prudentes uiri, discite detestabilium hominū epulas euitare. Talia sunt conuiuia, qualia iudicia perfidorū. Iam ad finem orationis uela pandenti bene suggeris soror sancta, quid super eorū meritis existimandum sit, qui se præcipitauerunt ex alto, uel in fluuium demerserunt, ne persecutorum inciderent manus, cū scriptura diuina uim sibi Christianū prohibeat inferre. Et quidem de uirginibus in necessitate custodiē constitutis enodem habemus assertionē, cum martyrij extet exemplum. Sancta Pelagia apud Antiochiam quondam fuit, annorum ferè quindecim, soror uirginum, & ipsa uirgo. Hæc primo domi classico persecutionis inclusa, cum se à prædonibus fidei uel pudoris circumfederi uideret, absente matre, & sororibus, uacua præsidio, sed deo plenior: quid agimus, inquit: nisi prospicias, captiua uirginitas. Et uotum est, & metus est mori: quia mors nō excipitur, sed adsciscitur. Moriamur si licet, uel si nolunt licere, moriamur. Deus remedio nō offenditur, & facinus fides ableuat. Certe si uim ipsam nominis cogitemus, quæ uis uoluntaria: illa magis est uis, mori uelle, nec posse. Nec difficultatē ueremur. Quis enim est qui uult mori, & non possit, cum sint ad mortē tam proclives uia? Iam enim sacrilegas aras præcipitata subuertā, & accensos focos cruore restinguam. Non timeo ne dextera deficiens nō peragat ictum, ne pectus se dolore subducat. Nullum peccatū carni relinquam. Non uerebor, ne desit gladius. Possumus mori nostris armis, possumus mori sine carnificis beneficio. Matris in gremio fertur ornasse caput, nuptialē induisse uestē: ut non ad mortem ire diceres, sed ad sponsum. Ast ubi detestandi persecutores ereptam sibi uiderunt prædā pudoris, matrem, & sorores cœperunt querere. Verum illæ spiritali uolatu iam campū castitatis tenebant, cum subito hinc persecutoribus imminentibus, inde torrente fluuiio exclusæ à fuga, inclusæ ad coronā, quid ueremur: inquit. Ecce aqua: quis nos baptizari prohibet? Et hoc baptisma est, quo peccata donantur, regna quaeruntur: Et hoc baptisma est, post quod nemo delinquit. Excipiat nos aqua, quæ regenerare cōsueuit: Excipiat nos aqua, quæ uirgines facit: Excipiat nos aqua, quæ cœlū aperit, inferos tegit, mortem abscondit, martyres reddit. Te rerum cōditor precamur deus, ne exanimata spiritu corpora uel uada dispergat, ne mors separet funera, quarū uitam non separauit affectus: sed sit una constantia, una mors, una etiam sepultura. Hæc effata, & suspensæ paululum, incincto sinu quo pudorē tegerent, nec gressum impedirēt, cōsertis manibus tanquā choros ducerēt, in mediū progrediuntur alueū, ubi unda torrentior, ubi profundū abruptius illò uestigia dirigentes. Nulla pedē retulit, nulla suspendit incessum, nulla tentauit ubi gressum figeret: anxia cū terra occurreret, offensæ uado, læta profundo. Videres piam matrem stringentē nodo manus, gaudere de pignore, timere de casu, ne sibi filias uel fluctus auferret. Has tibi, inquit, hostias Chryste immolo, præfules uirginitatis, duces castitatis, cōmites passionis. Sed quis iure miretur tantam uiuentibus fuisse constantiā, cum etiā defunctæ immobilē stationē corporū uindicauerint? Non cadauera unda nudauit, nō rapidi cursus fluminis uolutarunt. Quin etiā sancta mater licet sensu carens, pietatis tamen adhuc seruabat amplexū: & religiosum quē strinxerat nodū, nec morte laxabat: ut quæ religioni debitū soluerat, pietate herede moreretur. Nā quas ad martyriū iunxerat, usque ad tumultum uindicabat. Sed quid alienigenis apud te soror uxor exemplis, quam hæreditariæ castitatis inspirata succellio, parentis infusione martyris erudiuit? Vnde enim didicisti, quæ non habuisti: unde disceres, cōstituta in agro, nulla socia uirgine, nullo informata doctor: Non ergo discipulam (quod fieri sine magisterio nō potest,) sed hæredē uirtutis egisti. Qui enim fieri posset, ut sancta Soteris tibi nō esset mentis author, cui author est generis? quæ persecutionis ætate seruilibus quoque contumelijs ad fastigiū passionis euecta, etiam uultum ipsum qui inter cruciatus totius corporis liber esse cōsueuit iniuriæ, & spectare potius tormenta quàm perpeti, carnifici dedit: tam fortis & patiens, ut cum teneras pœnæ offerret genas, prius carnifex cadendo deficeret, quàm martyr iniuriæ cederet. Non uultum inflexit, non ora conuertit: non gemitum, non lachrymam dedit. Denique cum cætera pœnarum genera uicisset, gladium quem quærebat inuenit.

Nobile

Nobile apud ueteres Salomonis illud fertur fuisse iudiciū, cū à duabus litigantibus mulieribus interpellatus esset: quarū altera conuersa per somnū cum infantem oppressisset suum postulabat alienū: altera ueri amoris conscia, & culpæ nescia, filiū iure propriū uindicebat. Vtraq; igitur perseveranter nitente, cognitoris hæsit intentio. Nō enim poterat Salomon arbiter esse interioris arcani, cū petentis utriusq; mens esset occultior. Euentu conuentus ambiguo macheram promi iussit, mandatoq; ministris quo simularent triste ministerium, diuidi iussit infantem, ut singulæ mulieres singulas partes adipiscerentur. Quo audito illa quæ petebat alienū, non solū acq̄ieuit, sed etiam diuisionē paruuli depoposcit, nullo affectu cōmota materno. Illa quæ suum sciebat infantem, non uinci metuens, sed orbari: nec iam solatio proprio, sed pignori suo consulens, orare occepit, ut in columis magis puer traderetur alienæ, quam sectus in partes matri propriæ redderetur. Vnde Salomon qui non maiestate diuina, sed argumentis ut homo interiorem interrogabat affectum, illi potius iudicauit paruulū esse reddendū, quam uerā matrē dolor pro prius prodidisset. Illam uero quam morituri paruuli misericordia non mouebat, exortē pronunciauit esse naturæ, quam exortem uidit esse pietatis. Veritas ergo non latuit, sed tamen per simulationē alterius fluctuauit. Diuq; etiam bona mater euentu hæsit ambiguo, dum iudiciū periclitatur incerto. Hæc licet in figura superioribus sint facta temporibus, scripta sunt tamē ad correptionē nostram, ut intelligamus prodi omnia posse quæ facta sunt, & omnia cōposita reuelari. Duæ igitur istæ, quoniam propositum est nobis hoc loco tractare de mulieribus, duæ inquam istæ, fides est, atq; tentatio. Tentatio, inquam, communis ab initio author erroris, quæ postquā posteritatem suā carnalis uitio cōuersationis, & somno mentis amisit, posteritatis fructus auferre conatur alienæ. Itaq; dum tentatio litigat, fides fluctuat, donec machæra Christi latentes distinguat affectus. Quæ est hæc machæra Christi: Illa de qua scriptum est: Gladium ueni mittere in terram. Est enim gladius de quo scriptum est: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Qui autē sit hic gladius, quæ machæra, cognosce. Verbum, inquit, acutum, & ualidum, & penetrabilius omni gladio acutissimo, penetrans usq; ad diuisionem animæ & spiritus, artūq; & medullarum. Bonus gladius, uerbū dei: bonus gladius, utpote scrutator cordis, & renis, qui mendaciū à ueritate discernat, atq; eos quorū animā pertransierit, non interficiat, sed reseruet. Hæc igitur de Regnorū dicta sint libro, assumpta de caussa, de historia recensita, de conscientia usurpata, & fide prōpta. Nunc decursæ ex libro iudicū inspicimus seriem lectionis. Nō enim ociosis parricidiū fuit auribus audiendū. Itaq; repetamus historiam. Lepte iudex Iudæorum fuit. Is euentu belli conflictatus ambiguo, preliorumq; ueritus incerta, uotum uouit huiusmodi, si aduersarios depulisset, ut quicquid ei primum intra domus sue limen occurrisset, hostiā immolaret deo, suorum præsulū trium phorum. Itaq; bello potitus, fulsisq; hostibus domū redijt: cui in ipso uestibulo filia memor pietatis, ignara oblationis occurrit. Sed recordatus ilico pater, & proprię sponsionis admonitus, ingemuit soluendi muneris sponsiones. Heu me, inquit, filia, perdidisti me. Ego enim aperui os meum de te ad dominū. Tum illa: O pater, si in me aperuisti os tuum ad dominū, fac mihi ita ut exiuit de ore tuo. Duorum tamen tantū mensium inducias postulauit, donec in montē ascenderet, & super uirginitatem suam fleret. Deinde duobus post exactis mensibus remeauit ad patrē. Votū ille cōpleuit. His enim uerbis utendū est, quando scriptura diuina effectum rei nō prodidit, sed refugit parricidij mentionem. Quid igitur? Hoc probamus? Minime uerò gentium. Sed tamen etsi parricidiū nō probo, aduerto præuaricandę metū & formidinem sponsionis. Deniq; ab Abraham dictum est: Nūc scio quia amas dominū deum tuum, quia non pepercisti unico filio tuo. Habes igitur iudiciū, quo docetur, præuaricandū temerè nō esse promissum. Verū deo parricidium nō probari, in eadem asseritur lectione, cum pro filio ouis subijcitur, ut ipsa potius quam filius feriretur. Habuit igitur lepte quod sequeretur exemplū, quia dominus sanguine non delectaretur humano. In uno enim oraculo ad Abraham prompto docuit filiorum salutem religionis obsequio posthabendā: offerri à parentibus deo debere filios, non debere iugulari. Certe cū hæc filia tam sollicita fuerit de patris uoto, cur pater non dubitauerit de filie parricidio? & cum illa paternum caueret mendacium, iste filia non cauerit interitum? Dicit aliquis: Qua ratione illic deus non permisit parricidium

1. Corin. 10

Matth. 10

Luca. 3

Hebr. 4

Iudic. 11

Gene. 22

cidium fieri, hic sit passus impleri: Nunquid acceptor personarum deus? Non, sed meritorum atque uirtutum. Certe dum consilium esset ambiguum, signare debuit oraculum, quid ad presens factum, & in reliquum conueniret exemplo. Vbi uero iam precessisset exemplum, necessarium non iudicauit oraculum, cum facti forma ueteris quid fieri oporteret ostenderit. Aut fortasse quia non una forma meritorum, ideo non una forma factorum. Pater doluit, fleuit filia, uterque de dei miseratione dubitauit. Non doluit Abraham, nec consuluit parentis affectum. Vbi audiuit diuinitatis oraculum, non distulit sacrificium, sed maturauit obsequium. Non dubitauit Isaac, cum imparibus sequeretur patrem passibus. Non fleuit, cum ligaretur: non dilationem poposcit, cum offerretur. Et ideo misericordia largior, ubi fides promptior. Et bene non fleuit factum patris, quia risus est matris. Pro qua deuotionis exultatione ouis pro illo iussa est immolari, quia se ipse non distulerat immolandum: nec de dei miseratione ambiguus, nec de sui deuotione sollicitus. Nemo igitur inuentus est, qui tam cruentum patris reuocaret affectum, quia omnis promissio muneris conueniebat officio. Sacrificium itaque sanguinis immolatur, & nemo est qui resistat. Sacrificium castitatis offertur, & qui prohibeat non inuenitur. Pater parricidium promisit, & soluitur: pater integritatem filie uouit, & tam pie oblationis non inuidetur affectus. Illic filia dolens sanguinem suum obtulit pro patria sponse: hic tam piuum promissum nec hereditario munere, nec propria soluitur uoluntate. Quo in negotio etiam nos uocamur in culpam. Quam tandem? Quia nuptias prohibuimus illicitas? Vocent ergo in eandem culpam etiam Ioannem Baptistam. Et cum aliud nihil forte habeamus quod probetur in nobis, hoc solum condemnatur in nobis, quod probatum est in Propheta. An erubescendum proculimus auctorem? Quam uero causam aliam habuit ille martyrii, repetite animo. Causa illius passionis certe haec fuit. Non licet, inquit, tibi eam uxorem habere. Si hoc de uxore hominis, quanto magis de uirgine consecrata? Si hoc dictum est regi, quanto magis dicendum priuatis? Gratias itaque diuinitati quod hic nullus Herodes, atque utinam nulla Herodias. Non licuit ergo pro uirginitate sermonem dicere? Et cur scriptum est: Iudicate pupillo, & iustificare uiduam? Et cur scriptum est: Patris orphanorum, & iudicis uiduarum? Ergo castimoniam & integritati deditas deseremus, aut etiam condemnabimus? At certe ipsis Gentilibus inter aras, & focos uenerabilis solet esse uirginitas: & in quibus nulla meritorum est pietas, nulla mentis integritas, in his tamen carnis uirginitas praedicatur. A prophetis igitur ceremonijs uirgines nemo prohibebit, ab Ecclesia dei uirginitas arcebitur: Illic coguntur, quod non docentur: hic interdicitur, quod non licet non doceri? Illic praemij reuocantur a nuptijs, hic ad nuptias coartabuntur iniurijs? Illic uiolentia fit ut capiantur, hic fiet uiolentia ne profiteantur? Et potest esse patientia sacerdotum, ut non uel morte oblata, si ita necesse est, integritatis sacrificium uindicetur? Considerate quia uirgines praeter Apostolis resurrectionem domini uidere meruerunt. Certe hoc docuit hominibus diuina quae decursa est lectio. Nam cum in nouo monumento (sicut Ioannes dixit) corpus positum esset domini Iesu, in suo autem monumento (sicut est secundum librum Euangelij Matthaei) posuisset Ioseph domini corpus, obseruabant uirgines. Bene & Matthaeus monumentum dixit nouum, ne ex monumento ueteri resurrexisse alijs crederetur. Bene etiam secundum spiritum iusti in monumento positum est, quia Christus a mortuis in nouo iusti resurgit affectu. Bene etiam secundum litteram alienum monumentum fuit, quia suum monumentum dominus non quaesuit. Habeant tumulum, qui sub lege sunt mortis: uictor mortis suum tumulum non habebat. Non enim ille sepulchrum mortis desiderabat, qui de morte trophaea referebat. Vidit ergo Maria resurrectionem domini: & prima uidit, & credidit. Vidit & Maria Magdalena, quamuis adhuc ista nutaret. Hoc loco non medio crete aduertite quaestionem, ne subdubitare de resurrectione domini uirgines debeat. Videte quod meritum. Non sola carnis uirginitas uirginem facit, sed etiam mentis integritas. Denique Maria Magdalena dominum prohibetur tangere, quia nutabat de resurrectionis fide. Illa igitur tangit Christum, quae fide tangit, Magdalena autem stabat ad monumentum foris plorans. Quae foris est, plorat: nam quae intus est, plorare non nouit. Plorat autem quia corpus non uidet Christi: & perisse putat, quia ipsa non cernit. Ergo Maria foris, sed non Petrus non Ioannes foris. Denique illi currentes intrauerunt, & ideo non plorauerunt, & gratulantes recesserunt. Illa quae non introiuit, fleuit, non credidit, fraude sublatum putauit: nec cum

Matth. 14

Psalm. 181

Psalm. 67

Ioan. 19

Matth. 27

Ioan. 20

nec cum angelos cerneret, credendum arbitrabatur. Et ideo dicunt ei angeli: Mulier quid ploras? quem quæris? Hoc angeli dicunt, & dominus postea iisdem uerbis repetiuit, ut sciatis quia angelorum uerba mandata sunt domini. Denique eadem (ut dixi) etiam dominus uerba repetiuit dicens: Mulier quid ploras? quem quæris? Quæ non credit, mulier est: nam qui credit, in uirum perfectum resurgit, in mensurâ ætatis plenitudinis Christi. Mulier, inquit: non de sexu, sed de cunctatione conuictum est. Et bene mulier quæ nuntabat, quia iam uirgo crediderat. Quid ploras? hoc est, tu tibi es causa plorandi, tu tibi author es flendi, quæ es Christi incredula. Ploras quia non uides Christum: crede, & uidebis. Adest Christus, nec unquã ihs à quibus quæritur deest. Quid ploras? hoc est, non lachrymis opus est, sed fide prompta, & deo digna. Noli cogitare mortalia, & non plorabis: noli cogitare peritura, & flendi causam habere nõ poteris. Cur inde ploras, unde alij gratulantur? Quem quæris? hoc est: Nõ uides quia adest Christus? nõ uides quia Christus est dei uirtus, quia Christus est dei sapientia, quia Christus est sanctitas, quia Christus est castitas, quia Christus integritas, quia Christus natus est ex uirgine, quia Christus ex patre, & apud patrem, & in patre semper, natus non factus, nec degener, sed semper uerus deus ex deo uero? Tulerunt, inquit, dominum de monumento, & nescio ubi posuerunt eum. Erras mulier quæ putas ab alijs Christum de monumento esse sublatum, & non potestate propria resuscitatum. Sed nemo tulit dei uirtutem, nemo tulit dei sapientiam, nemo tulit uenerabilem castitatem. Non tollitur Christus de monumento iusti, nec de sue uirginis secreto, & piæ mētis arcano: & si qui uolunt tollere, auferre non possunt. Tunc ait illi dominus: Maria, respice ad me. Quando nõ credit, mulier est: quando conuertit incipit, Maria uocatur: hoc est, nomē eius accipit quæ parturit Christum. Est enim anima quæ spiritualiter parit Christum. Respice, inquit, ad me. Qui Christum respicit, emendatur: errat autem qui Christum non uidet. Et ideo illa conuersa respexit, & dixit: Rabbi, quod interpretatur magister. Quæ respicit, conuertitur: quæ conuertitur, plenius intuetur: quæ uidet, proficit. Et ideo magistrum appellat, quem mortuum esse credebatur: alloquitur, quem putabat amissum. Noli, inquit, me tangere: hoc est, etsi correptionis tentamenta sunt, non tangit tamen Christum nutantis affectus. Noli, inquit, me tangere, hoc est, noli tangere dei uirtutem, dei sapientiam, reuerendam integritatem, honorabilem castitatem. Sed uade ad fratres meos. Quid est aliud dicere, nisi, iam noli foris flere? Vade ad electos, & ad obseruatissimos sacerdotes, et dic illis: Ascēdo ad patrem meum, & patrem uestrū, deū meū, et deum uestrū. Quid est aliud dicere, nisi ne mulier hinc moueas quæstionē: Certe à perfectioribus quære. dicēt tibi, quæ distinctio sit inter patrem meum, & patrē uestrū. Nā qui iuxta diuinā generationē pater mihi est, is iuxta adoptionem pater uester est. Patrē meū dicēdo, à creaturis se dei filius separauit: Patrē uestrū dicēdo, adoptionis spiritalis gratiam designauit. Ita & deum meum dicēdo, mysterium suæ incarnationis ostendit: ut quem patrem naturaliter habet, deum appellet propter suscepti corporis sacramentum. Deum quoque uestrum cum dicit, profectum in nobis suæ operationis ostendit. Et uerè deus noster factus est nobis, ex quo passus est Christus, quando ut alia omittam, pro integritate seruanda mori uirgines sunt paratæ. Nihil de causa, nihil de persona loquor. Vbi enim domini gratia, ibi debet esse pax domini. Nec quenquam publicè arguo, sed meipsum defensatum uenio. Accusati enim sumus: & nisi fallor, accusatores nostri plerique de uobis sunt. Horū ego affectus redarguere malo, quàm personas prodere. Criminis autem inuidia hæc est, quia suadeo castitatem. Qui hoc non libenter accipit, ipse se prodit. Virginitatem, inquit, doces, & persuades plurimis. Utinam conuincerer, utinam tantī criminis probaretur effectus. Non uererer inuidiam, si efficaciam recognoscerem. Atque utinā me exemplis potius argueritis, quàm sermonibus cederetis. Sed uereor ne preuaticatores mihi apposuisse uidear, qui me alienis cōmendent laudibus. Initiatas, inquit, sacris mysterijs, & consecratas integritati puellas nubere prohibes. Utinā possem reuocare nupturas, utinam possem flammeū nuptiale pio integritatis mutare uelamine. An indignū uidetur, ut sacratæ uirgines à sacrosanctis altaribus non abducantur ad nuptias? Et quibus licet sponsum eligere, nõ licet deū præferre? In me ergo facti conditio mutatur, ut pro opprobrio mihi cedat quod semper spectauit ad gratiam Sacerdotū: iacere semina integritatis, et uirginitatis studia prouocare



Quero enim utrum quasi improbum hoc, an quasi nouum, an quasi inutile reprehenda-  
 tur. Si quasi improbū, improba ergo uota sunt omnium, improba uita est angelorum, quam  
 gratia resurrectionis imitatur. Qui enim non nubunt neque ducunt uxores, erunt sicut an-  
 geli in caelo. Qui hoc utique reprehendit, resurrectionis uota condēnat. Itaque improbum  
 uideri nō potest, quod hominibus pro prāmio constitutū est: nec potest eius rei species  
 displicere, cuius ueritas & in fructu est, & in uoto. Sed esto, non sit improbū, nūquid no-  
 uum est: Nos enim noua omnia quae Christus non docuit, iure damnamus, quia fide-  
 bus uia Christus est. Si igitur Christus non docuit quod docemus, etiam nos id detesta-  
 bile iudicamus. Discutiamus ergo utrum Christus integritatē docuerit, an repudiādā  
 putauerit. Et sunt, inquit, spadones, qui seipsos castrauerunt propter regnū caelorum. Est  
 ergo praecleara militiā, quae regno caelorum militat. Itaque iam tunc dominus docuit esse de-  
 bere intemerata studia castitatis. Unde & Apostoli eam ceteris praeminere cernentes, si  
 ita est causa, aiunt, uiri cum uxore, non expedit nubere. Quo dicto & grauiora iudica-  
 uerunt onera uinculi coniugalī, & uerae integritatis gratiā praetulerūt. Sed dominus qui  
 sciret predicandā omnibus integritatē, imitandā paucis: non omnes, inquit, capiūt uer-  
 bum istud, sed quibus datū est. hoc est, nō est cōmunis plurimis, & uulgaris integritas: nec  
 pro infirmitate permittit, sed pro uirtute concedit. Denique cum dixisset: Et sunt spado-  
 nes qui seipsos castrauerūt ppter regnū caelorum: ut ostēderet hoc non mediocris esse uir-  
 tutis, Qui potest, inquit, capere, capiat. Et ideo post hoc uerbū offerunt pueri ad benedi-  
 cendum, qui corruptelae expertes, integritatis munus immaculata aetate seruarēt. Taliū  
 enim est regnū caelorum, qui in puerilē castimoniā tanquā in naturā infantium corruptelae  
 ignoratione remeauerint. Est ergo etiā caelesti uoce probata uirginitas, dominicisq; ex-  
 petenda praecipis. Quo loco magisteriū diuinā uocis imitemur. Nā cum in superiorib;  
 coniugium memorauerit nō esse soluendū nisi ex causa fornicationis, in posterioribus  
 integritatis gratiā donumq; contexuit: ut doceret non damnandas esse nuptias, sed pro-  
 bandas: nuptiis tamen ipsis integritatis studia praeferenda. Quis enim tam auersus a uero  
 qui nuptias dānet? Sed quis tam alienus a ratione, qui coniugij onera nō sentiat? Et enim  
 mulier innupta et uirgo, cogitat quae sunt domini, ut sit sancta corpore et spiritu. Nā quae  
 nupta est, cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat uiro. Et praeter has molestias quāuis  
 nubendo nō peccet, cōtritiōnē tamē habebit carnis huiusmodi. Grauis enim partus la-  
 bor est, grauis creandorum, & erudiendorū liberorū molestia. Quibus ante praescripsit, ne  
 quis huiusmodi auerteret iniurijs. Multae enim in partus doloribus cōstitutae, coniugio  
 se renunciare dicūt, multi etiā matrimonij onera nō ferētes, alieno ab uxore auertuntur  
 affectu. Et ideo Apostolus ante praemisit. Vincit es uxori? noli quærere solutionē. Et  
 bene ait: Vincit es. Quodā enim uir & uxor nexu inter se amatorio copulantur, & qui  
 busdā inuicē sibi habentis amoris adstricti sunt. Bona igitur uincula nuptiarū, sed tamē uin-  
 cula: & si uincula, tamen uincula charitatis. Bonū coniugium, sed tamē a iugo tractum,  
 & iugo mundi: ut uiro potius cupiat placere, quā deo. Bona etiam uulnera charitatis,  
 & osculis preferenda. Utiliora enim uulnera amici, quā uolūtaria oscula inimici. De-  
 nique Petrus uulneratur, Iudas osculatur. Illum oscula condemnant, hunc uulnus emen-  
 dat. Illius osculis proditiōnis uenena funduntur, istius lachrymis culpa lauatur. Itaque ut  
 ostenderet sermo propheticus bona uulnera charitatis, Ecclesia dicit in Canticis canti-  
 corum: Quia uulnerata charitatis ego sum. Nemo ergo uel qui coniugium eligit, repre-  
 hendat integritatem: uel qui integritatem sequitur, condemnet coniugium. Namque huius  
 sententiā aduersarios interpretes damnauit iamdudum Ecclesia, eos scilicet qui aude-  
 ant soluere copulā coniugalem. Audite enim quid dicat sacrosancta Ecclesia: Veni fra-  
 ter meus, exeamus in agrum, requiescamus in castellis, diluculo surgamus in uineas, ui-  
 deamus si floruit uitis. Multos ager fructus habet, sed ille melior est qui & fructibus re-  
 dundat, & floribus. Est ergo Ecclesiae ager diuersis foecundus copijs. Hic cernas germi-  
 na uirginitatis flore uernantia, illic tanquam in campis syluae uiduitatē grauitate pollen-  
 tem, alibi tanquam uberi fruge coniugij ecclesiae segetem replentē mundi horrea, ac ue-  
 luti maritatae uinae foetibus, torcularia domini Iesu redundantia, in quibus fidelis con-  
 iugij fructus exuberat. Nec improbū igitur nec nouū integritatis est studiū. Videamus  
 ne forte inutile iudicetur. Nonnullos enim dixisse audiui quod perijt mundus, defecit  
 genus

genus hominum, coniugia labefactata sunt. Quæro quis tandem quaesiuit uxorem, qui non inuenerit: Quando fuerint bella pro uirgine: Quis unquam pro uirgine sit peremptus: De coniugijs autem ista nascuntur, ut perimatur adulter uxoris, raptor prælijs appetatur. Ista reipublicæ semper dāno fuerūt. Pro uirgine sacra nemo damnatus est, quia castitatem nō poena cohibet, sed religio auget, fidesq; cōseruat. Si quis putat igitur consecratione uirginum minui genus humanū, consideret quia ubi pauca uirgines, ibi etiā pauciores homines: ubi uirginitatis studia crebriora, ibi numerum quoq; hominum esse maiorem. Discite quantas Alexandrina, totiusq; Oriētis et Africana Ecclesia quotannis sacrare consueuerint. Pauciores hic homines prodeunt, quam illic uirgines consecrantur. Ex ipsius igitur orbis terrarum usu nō inutilis uirginitas existimatur, præsertim cum per uirginem salus uenerit, orbem fœcundatura Romanum. Quod si quis hoc prohibet, prohibeat igitur pudicas uxores degere, quia frequentius possunt parere incontinentes. Nulla peregrinanti marito fidem seruet, ne damnum faciat prolis futuræ, & partus frequentioris amittat ætatem. Sed difficilior fit uia adolescentioribus ad nuptias impetrandas. Quid si forte commodior? Quæro enim cum his aliquē habere tractatū, qui arcendæ uirginitatis sententiam gerunt. Itaq; qui sunt isti, discutere debemus: utrum qui uxores habent, an qui nō habent. Si qui habent, timere nō debent: uxores eorū iam uirgines esse non possunt. Sin qui nō habent, nō sibi iniuriā faciāt, quod eius tantū nuptias sperauerint, quæ nuptura non esset. An fortasse patres pro filiarū coniunctione solliciti, moleste ferunt uirgines consecrari? Nec hi quod uereantur habent, si sequantur consiliū. Inter paucas suæ citius eligentur. Aiunt etiam pleriq; maturioris ætatis uirgines esse ueladas. Neq; ego abnuo, sacerdotalis esse cautionis debere, ut non temere puella ueletur. Spectet planè, spectet ætatē Sacerdos, sed fidei uel pudoris. Spectet maturitatē uerecundiæ, examinet grauitatis caniciem, morum senectā, pudicitiaē annos, animos castitatis. Tum deinde si matris tuta custodia, comitum sobria sedulitas, si hæc præsto sunt, non deest uirgini longæua canicies: si defunt, differatur puella moribus quam annis adolescētior. Non ergo ætas reijcitur florentior, sed animus examinatur. Et certe Theclam non senectus sed uirtus probauit. Et hinc quid plura contexamus cum omnis ætas habilis deo, perfecta sit Christo. Deniq; non uirtutem ætatis appendicem dicimus, sed uirtutis ætatem. Nec mirere in adolescentulis professionem, cum legeris in paruulis passionē. Scriptum est enim: Ex ore infantium, & lactentiū perfecisti laudem. An dubitamus, si eum usq; ad continentiam sequatur adolescentia, quem usq; ad mortem confitetur infantia? Et quasi incredibile putamus, si puellæ nobiles Christum sequantur ad regnum, quem etiam pueri sequebātur in desertum? Sicut legimus, quia saturata sunt de quinque panibus quattuor milia hominū, exceptis, inquit, pueris, & mulieribus. Nolite ergo à Christo arcere infantes, quia & ipsi pro Christi nomine subiere martyrium. Talium est enim regnum cœlorum. Vocat eos dominus, & tu prohibes? De ipsis enim dominus ait: Sinite eos uenire ad me. Nolite adolescentulas arcere, de quibus scriptum est: Propterea adolescentula dilexerunt te, & introduxerunt te in domum matris suæ. Nolite postremo à Christi charitate etiam paruulos separare, quem etiam intra matris uterum adhuc positi exultatione prophetica fatebantur. In ipsis adhuc ecclesiæ principijs turbæ requirebant eum. Qua ratione? Quia manus, inquit, imponens curabat eos. Nec tempus ad sanandum, nec locus quaeritur. Omnibus enim locis omnibusq; temporibus non est præmittenda medicina. Intra domum Mariæ ab angelo benedicitur, intra domum Dauid ungitur in Prophetam. Vbiq; Iesus curat, ubiq; sanat: in itinere, in domo, in deserto. In itinere curatur quæ simbriam tetigit: in domo principis synagogæ filia resuscitatur: in deserto turba sanatur. Deniq; sic habes: Cum autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos uarijs languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens curabat eos. Sanabat ergo & in deserto, & occidente iam sole, & sanabat manus imponens, ut & deum se & hominem demonstraret. Non immerito igitur facta iam die turbæ requirebant eum. Video ordinem. Sole occidente agrī deferuntur ad Christum, facta autem die turbæ requirebant eum. Quādo enim nisi per diem quaeritur Christus? Nam qui in luce ambulat, non recedit à Christo. Itaq; nox habebat adhuc agrotantium gemitus, dies iam fidem plebis, iam lætitiā sanatorum: ut quod scriptum est, comple-

retur:

- Psal. 29** retur: Ad uesperum demorabitur fletus, & ad matutinum latitia. Quæ enim turbæ maior gratia, quam ut etiam in desertum locum Christum sequatur: In quo ille docet, à perfecto abesse debere iactantiam. Non enim sanctorum copiam, sed operum iactantiam declinabat. Et nos igitur si salui esse desideramus, uel si iam meremur sanitatem, procul à luxuria, procul à lasciuiâ, tanquam in arido uite istius, & ieiuno solo, quadam siti corporis fugitatem deliciarum Christum sequamur. Sequamur per diem. Adest Ecclesiæ dies, quem Abraham uidit, & gauisus est. Sequamur ergo per diem Christum. Non enim in noctibus reperitur. In cubili, inquit, meo, in noctibus quæsiui quem dilexit anima mea: quæsiui eum, & non inueni eum: uocauí eum, & non obaudiuit me. Non in foro, non in plateis Christus reperitur. Deniq; nec illa eum in foro, & in plateis potuit reperire, quæ dicit: Exurgam, ibo, & circumibo in ciuitate, in foro, & in plateis, & quæram quem dilexit anima mea. Quæsiui eum, & nō inueni eum: Vocauí eum, & non obaudiuit me. Nequaquam igitur ibi quæramus Christum, ubi inuenire non possumus. Non est Christus circumforanus. Christus enim est pax, in foro lites: Christus iustitia est, in foro iniquitas: Christus operator est, in foro inane ocium: Christus charitas est, in foro obtrectatio: Christus fides est, in foro fraus atq; perfidia: Christus in Ecclesia est, in foro idola. Et ut illa uidua quam in alio perstrinximus libro, cognoscat non obtrectandi me locutum illa studio, sed monendi, meq; non asperum, sed sollicitum: gratiam reconciliationis accipiat. In Ecclesia uidua iustificatur, in foro circumuenitur. Fugiamus ergo forum, fugiamus plateas. Prudentiam autem notam assume tibi, & custodias te à muliere aliena. Per fenestram enim de domo sua in plateis prospicit. Fugiamus plateas. Non enim iniuria tantummodo est non inuenisse quem quæras, sed etiam plerumq; ubi non oportet quæsisse, uulnus est: quæsisse in domibus uirorum qui sibi falso doctorum nomen assumunt, quæsisse procacius quam uerecundius. Ergo caueamus exemplo illius, ne nos custodes inueniant qui circumueunt ciuitatem. Inuenerunt, inquit, me custodes qui circumueunt ciuitatem: percusserunt & uulnerauerunt me, & tulerunt palliū meū à me custodes murorum. Nō in se filia, nō inq; in se filig, sed in nobis uulnerat Ecclesia. Caueamus igitur ne lapsus noster, uulnus Ecclesiæ fiat: ne quis à nobis palliū auferat, hoc est, amictū prudentiæ, insigne patientiæ, quo mollioris ambitio uestis exuitur. Qui enim mollioribus uestibus induuntur, in domibus regum sunt. Nobis autem pallium dedit Christus, quo Apostolos suos, & corpus suum ipse uestiuit. Quod denique iubet te dare si quis à te tunicam petat, ut dimittas ei & pallium: id est, insigne philosophiæ tuæ tradas, & quasi amictu prudentiæ tuæ eum qui ante nudus fuerat, circumuestias. Ibi igitur filia Christum quæramus, ubi quærit Ecclesia, in montibus boni odoris, qui excellorum sublimitate factorum, suauem uitæ odorem pro meritorum uerticibus exhalant. Fugit enim plateas, fugit conuentus, & strepitus fori, iuxta quod scriptum est: Fuge fraternus meus, & similis esto ceruo aut hinnulo cerui in montes aromatum. Serpentinis enim inuisus colubris & effugitans canum, atque humi reptantibus infestus serpentibus, nescit habitare nisi in sublimitate uirtutum, nescit commorari nisi in talibus Ecclesiæ filiabus quæ possunt dicere: Christi enim bonus odor sumus deo: sed quibusdam odor mortis in mortem, in ijs qui pereunt: quibusdam odor uitæ in uitam, in ijs utique qui odorem resurrectionis dominicæ uiuida fide spirant. Isti sunt aromatum montes, qui domini corpus Iesu acceperunt, & in linteis cum aromatibus ligauerunt. Quicumque enim crediderunt quia Iesus mortuus est, & sepultus est, & resurrexit: hi excelsum ueræ cacumen fidei uirtutum fastigijs extulerunt. Vbi ergo Christus quæritur? In pectore prudentis scilicet sacerdotis. Et quoniam de deserto tractatus hic sumitur: ubi quærendus sit, etiam ipse monstrat dicens: Ego flos campi, & liliū conuallium, tanquam liliū in medio spinarum. Ecce alium locum, in quo solet dominus diuersari, imò non in uno, sed in pluribus. Ego, inquit, flos campi: quia patentem simplicitatem puræ mentis frequentat. Et liliū conuallium. Flos enim humilitatis est Christus, non luxuriæ, non uoluptatum, non lasciuiæ, sed flos simplicitatis, flos humilitatis. Tanquam liliū in medio spinarum. Nōne inter asperitates laborum, contritionesq; animorum boni flos odoris affurgit, quia contrito corde deus placatur? Hoc est desertum filia, quod ducit ad regnum: Hoc est etiam desertum quod floret ut liliū, iuxta quod scriptum est: Latere sterilis,

Esaiæ. 35  
Matth. 7

Cantic. 2

Prouer. 9

Cantic. 5

Ioan. 13

Psal. 121

Philip. 3

Exod. 12

Cantic. 5

Ioan. 19

Psalm. 15

piat

sterilis, & exulta desertum, & floreat ut lilium. In hoc deserto filig, arbor illa bona fructu-  
 fera, quæ bonos fructus facit, incipit brachia factorum suorum diffundere, uerticem di-  
 uinitatis attollere. Iuxta quam nostræ ligna syluæ frutescant: quia sicut arbor mali inter  
 ligna syluæ; ita fraternus meus inter medium filiorum, ut uidens hoc Ecclesia lætetur, &  
 gaudeat dicens: In umbra eius concupiui & sedi, & fructus eius dulcis in faucibus meis.  
 Videns inquam hoc Ecclesia, & fidei nostræ iam læta successu dicat: Inducite me in do-  
 mum uini, & ordinate in me charitatē. Charitas non potest esse sine fide. Tres enim sunt  
 uelut uades Ecclesiæ, spes, fides, charitas. Cum spes accesserit, fides fundata fuerit, ordi-  
 tur charitas, Ecclesia copulatur. Didicisti ergo ubi Christum requiras, disce etiam quem  
 admodum possis mereri, ut ille te quærat. Excita spiritum sanctū dicēs: Exurge Aquilo,  
 & ueni Auster, aspira hortū meum, & profluant aromata mea. Descēdat fraternus meus  
 in hortum suum, & manducet fructum pomiferarum suarum. Hortus uerbi, animæ uer-  
 nantis affectus est, & in pomiferis uirtutis est fructus. Venit ergo. Et siue manduces siue  
 bibas, si Christum inuocas, adest, dicēs: Venite manducate panes meos, & bibite uinum  
 meum. siue etiam dormias, pulsat ad ianuam. Venit, inquam, frequenter, & per prospe-  
 ctum mittit manū suam, sed non semper, nec ad omnes: sed ad eam animā quæ potest di-  
 cere: Nocte exui me tunicam meam. Etenim in hac seculi nocte prius tibi corporalis ui-  
 ta amictus est exuendus. Exuit enim se carnē dominus, ut pro te dominationibus & po-  
 testatibus mundi istius triumpharet. Quomodo induam illam? Vide anima deo deuota  
 quid dicat. Sic se actus corporis & terrenos exuit mores, ut nesciat quomodo, etiā si ue-  
 lit rursus possit induere. Quomodo induam illam? Hoc est, qua uerecundia: quo pudor-  
 re: qua postremo memoria: Consuetudo enim boni, usum prauitatis ueteris amisit. La-  
 ui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Didicisti in Euangelio, quod pedes lauare, si  
 dei mysteriū, humilitatis insigne sit, iuxta quod scriptū est: Si ego laui pedes uestros do-  
 minus & magister, quanto magis uos debetis alter alterius pedes lauare? Sed hoc ad hu-  
 militatem pertinet. Quantū uerò ad mysteriū, pedes debet lauare suos qui uult partē ha-  
 bere cum Christo. Si enim nō lauerō, inquit, tibi pedes, non habebis partem mecum. Cum  
 hoc Petro dicitur, quid de nobis referatur? Qui lauit igitur pedes, non necesse habet iterum  
 lauare: & ideo caueat, ne inquinet eos. Et bene sancta Ecclesia dicit: Laui pedes meos.  
 Non dicit, quomodo iterū lauabo eos: sed quomodo iterū inquinabo eos: quasi oblita  
 macula ueteris, oblita contagij. Admonet igitur in ministerio corporali, quemadmodū  
 spirituale debeamus actuum nostrorum diluere uestigiū. Itaque pedes cum semel laueris  
 æterni fontis irriguo, & mysterij mundaueris sacramento, caue iterum corporeæ cupidit-  
 tatis illuuiem, ne lutulenti actus sordibus inquinentur. Isti sunt pedes quos Dauid lauit  
 in spiritu, qui te docet quemadmodū eos inquinare non possis, dicens: Stantes erant pe-  
 des nostri in atrijs tuis Hierusalē. Vtiq; hic nō corporis, sed animi intellige pedes. Quo-  
 modo enim terrenus homo in cælo haberet corporis pedes? Hierusalē enim, sicut Pau-  
 lus te docuit, in cælo est. Et idem te docuit quemadmodum in cælo stare possis, cum di-  
 cit: Nostra autem conuersatio in cælis est. Conuersatio morum, conuersatio factorum,  
 conuersatio fidei. Quisquis sic uiuit, potest dicere: Fraternus meus misit manum suam  
 per prospectum, & ueter meus turbatus est ad illum: surrexi aperire fratri meo. Bonum  
 est ut ad aduentum domini interiora turbentur. Si ad angelī aduentum Maria turbata  
 est, quantomagis ad Christi nos turbamur aduentum? Influentibus quippe diuinis, cor-  
 poreus peregrinatur affectus, & usus ille exterioris hominis exolescit. Et tu turbare, &  
 tu festina. Festinantes ille agnum manducare præcipitur. Surge, aperi, ad ianuam Chri-  
 stus est, uestibula domus tuæ pulsat: si aperueris, introibit, & introibit cum patre. Nec so-  
 lum cum ingressus fuerit, mercedem relinquit, sed etiam prius quam ingrediatur, mer-  
 cedem præmittit. Adhuc anima turbatur, adhuc parietes domus suæ palpat, adhuc osti-  
 um quærit ubi Christus est, adhuc soluit uinculum carnis, & corporis claustrum, adhuc  
 Christus foris pulsat. Manus, inquit, meæ stillauerūt myrrhā, & digiti mei pleni in mani-  
 bus clausuræ. Quam myrrham stillant animæ manus, nisi illam quam obtulit iustus ille  
 Nicodemus magister in Israel, ille qui meruit lauacri primus audire mysteriū, qui attulit  
 mixturam myrrhæ, & aloes quasi libras centum, & misit in corpus Iesu: Perfectum utiq;  
 odorem fidei attulit. Hunc odorem fragrat anima quæ Christo aperire incipit: ut acci-  
 piat

piat primū odorem dominicę sepulturę, et credat quia caro eius non uidit corruptio-  
 nem, nec odore aliquo mortis emarcuit: sed aterni illius floris, & semper uirentis odore  
 condita surrexit. Quomodo enim poterat uel in carne marcescere, cuius nomē unguen-  
 tum exinanitum est? Exinaniuit se, ut spiraret tibi. Semper unguentum hoc erat, sed erat  
 apud patrem, erat in patre. Olebat tantum angelis & archangelis, tanquam intra uas cœ-  
 li. Aperuit os pater dicens: Ecce posui te in testamētum generis mei, in lucem Gentium,  
 ut sis in salutem usq; ad extremum terrę. Descendit filius, repleta sunt omnia nouo odo-  
 re uerbi. Eructauit cor patris uerbum bonum, fragrauit filius, spiritus sanctus exhalauit,  
 atq; per omnium se corda diffudit. Diffusa est enim charitas dei in cordibus nostris per  
 spiritum sanctum. Ipse dei filius in corpore tanquam in uase odorem primo cohibebat  
 suum, operiens tempus, sicut ait: Dominus dat mihi linguam eruditionis, ut sciam quan-  
 do oporteat me dicere sermonem. Venit hora, aperuit os, exiuit unguentū, quando uir-  
 tus exibat de eo. Hoc unguentum exinanitum est super Iudeos, & collectum est à Gen-  
 tibus. Exinanitum in Iudęa: & redoluit in omnibus terris. Hoc unguento uncta est Ma-  
 ria, & uirgo concepit, uirgo peperit bonum odorem, dei filium. Hoc unguentum effu-  
 sum est super aquas, & sanctificauit aquas. Hoc unguento uncti sunt tres pueri, & humo-  
 rem ijs flamma rorauit. Hoc Daniel unctus est, & leonum ora molliuit, feritatemq; per-  
 nullit. Fluit hoc unguentum quotidie, & nunquam deficit. Accipe uas tuū uirgo, & ac-  
 cede, ut possis hoc unguento repleti. Accipe unguentum estimatum trecentis denarijs:  
 sed gratis datum, non uenditum, ut omnes haberent. Gratis uirgo ungere, noli contrista-  
 ri sicut Iudas, quia hoc unguentum effunditur, sed consepeli te in Christum. Claude sanc-  
 tuas tuas, ne unguentū effluat. Claude integritatis clauē, loquendi uerecundia, abstinen-  
 tia gloriandi. Hoc que habet unguentum, Christū recipit. Et ideo quę habebat, ait: Ape-  
 rui, inquit, fratri meo. frater meus transiuit. Quomodo transiuit? id est, mentis interna pe-  
 netrauit, sicut dictum est Marię: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Viuum e-  
 nim uerbum dei sicut gladius acutus, penetrans corporalium repagula cogitationum,  
 cordis interna rimatur. Et tu igitur anima una de populo, una de plebe, neq; enim Chri-  
 stus stupet aliqua secularium discrimina dignitatū, nec auratam uestem, aut monile pre-  
 ciosum, aut nobilita coruscantium gemmarum ferta miratur, quorum dispendijs sape lis  
 mouetur in Ecclesia, pax fugatur: certe tu una de uirginibus, quę corporis tui gratiam  
 splendore mentis illuminas, (Propior enim es quę ecclesię compararis,) tu inquam, in  
 cubiculo tuo, & nocturno tempore cōstituta, semper meditare Christum, & eius aduen-  
 tum omnibus sperato momentis. Si tardare tibi uideat, exurge. Tardare uidetur cum diu  
 dormis, tardare uidetur cum ab oratione uacas, tardare uidetur cum uocem non excitas  
 psalmis. Primitias uigiliarum tuarum Christo dicato, primitias actuum tuorum Christo  
 immola. Audisti in superioribus quia uocauit te dicens: Veni à Libano sponsa, ueni à Li-  
 no, transibis & pertransibis à principio fidei. Transibis in seculum certatura, pertransi-  
 bis ad Christū triumphatura de seculo. Audisti quia te à leonum & pardorū, id est, à spiri-  
 tualium nequitiarū incursionibus separauit, audisti quia placet ei tuarum pulchritudo  
 uirtutum, audisti quia uestimentorum tuorum aromata, hoc est bonum odorem integri-  
 tatis omnibus odoribus prætulit, audisti quia hortus es clausus, suauium pomiferarum  
 refertus fructibus. Pete igitur ut aspiret tibi spiritus sanctus, spiret supra cubile tuum, at-  
 que odorem pię mentis, & gratię spiritalis accumulēt. Respondebit tibi: Ego dormiui,  
 & cor meum uigilat. Audis uocem pulsantis ad ianuā, et dicentis: Aperi mihi soror mea,  
 surge proxima mea, columba mea, perfecta mea: charitate proxima, simplicitate colum-  
 ba, uirtute perfecta, quia caput meum plenum est rore. Sicut enim ros cœli nocturnas æ-  
 terne uitę stillauit humorem. Hoc est caput quod æstu mūdi nesciuit arefcere. Vnde ait:  
 Quia si in humido hoc faciūt, in arido quid facient? Hoc igitur caput rorat alijs, sibi abun-  
 dat. Et bene abundat caput Christi, quia caput tuum Christus est, qui plenus est semper,  
 nec liberalitatibus exhauritur suis, aut diuturna deficit largitate. In hoc caput ferrū non  
 ascendit, quod est instrumentum belli, insigne discordię. Nunc specta, & uide, ros ille  
 qualis sit, scilicet non uulgaris humoris. Cincinni autem sunt in eo guttarum noctis. No-  
 li proxima mea accipere cincinnos corporalium capillorū. Non illa ornamenta, sed cri-  
 mina

mina sunt: lenocinia formæ, non præcepta uirtutis. Alios cincinnos Nazareus habet, in  
 quibus ferrum non ascendit, quos nemo præcidit: qui non calamistris compositi, & arte  
 digesti, sed multiplici crispantes uirtutum nitentium gratia refulserunt. Disce in historia  
 quales Nazareus cincinnos habeat, quos quamdiu Samson habuit intactos, nunquam *Iudic. 16*  
 uinci potuit. Cincinnos perdidit, & meritum uirtutis amisit. Audita igitur uoce uerbi,  
 quam exueras tunicam nocte, ne quæsieris quemadmodum induas eam. Offeritur enim,  
 & frequenter offertur per nequitiam spiritalem. Quemadmodum, inquam, induas eam,  
 obliuiscaris, & nescias, & quasi iam dominus assistat, exors corporalium uinculorum tur-  
 bata consurgas, internam orationibus præpares mentem dum surgis, ut ex humilibus ad  
 superna contendas, & studeas fores tui cordis aperire: dum manus tuas tendis ad Chri-  
 stum, fidelem tua gesta spirabunt odorem. Admoue igitur manus naribus tuis, & odore  
 actuum tuorum indefessa ac peruegili alacritate mentis explora. Mulcebit te odor de-  
 xtrae tuæ, & fragrantiam resurrectionis tua membra redolebunt, myrrham digiti tui su-  
 dabunt, hoc est, fidei ueræ gratiam spiritualia gesta fragrabunt. Capis ergo uirgo ex inte-  
 riore tuo corpore uoluptatem, & ipsa tibi dulcis, ipsa tibi furuis es, ipsa tibi (quod peccā-  
 tibus sæpe contingit,) non incipis displicere. Plus enim tibi placebit nuda simplicitas,  
 corporeæ fraudis exuta tegminibus. Talem te Christus desiderauit, talem te Christus e-  
 legit. Aperto itaque ingreditur ostio. Neque enim potest fallere, qui se ingressurum esse pro-  
 misit. Complectere igitur quem quæstisti: accede ad ipsum, & illuminaberis: tene illum,  
 roga ne cito abeat, obsecra ne recedat. Verbum enim dei currit: fastidio non capitur, ne-  
 gligentia non tenetur. Obeat anima tua in uerbo eius, & cœlestis sermonis insiste uesti-  
 gio, cito enim transit. Denique quid ait illa: Quæsiui eum, & non inueni illum: uocaui eum, *Cant. 5*  
 & non obaudiuit me. Ne putes displicere te, quæ uocasti, quæ rogasti, quæ aperuisti, quod  
 tam cito abiit. Sinit nos sæpe tentari. Denique turbis rogantibus ne recederet, quid ait in  
 Euangelio: Et alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei, quia ideo missus *Luc. 4*  
 sum. Sed etiam si tibi ille abiisse uideatur, tu rursus explora. Noli iam deo deuota illos me-  
 tuendos circumforanos intelligibiles timere custodes, noli timere eos qui circumcunt  
 ciuitatem, noli uulnera formidare, quæ sequentibus Christum nocere non possunt. Etiam  
 si corpus tuum, hoc est, uitam corporis tui auferant, uicinus est Christus: quem cum in-  
 ueneris, ubi cum eodem cōmorari debes agnosce, ne forte ante discedat. Cito enim dese-  
 rit negligentes. Quis igitur te nisi sancta Ecclesia debet docere quemadmodum Chri-  
 stum teneas? Imò iam docuit, si quæ legis intelligas. Quam modicum, inquit, fuit cū tran-  
 sisti ab ipsis, donec inueni quem dilexit anima mea: tenui eum, & non relinquam eum. Qui-  
 bus igitur Christus tenetur? Non iniuriæ nexibus, non restium nodis: sed uinculis chari-  
 tatis, mentis habentis stringitur, & animæ tenetur affectu. Si uis & tu tenere Christum, quæ  
 re iugiter, nec pœnam metuas. Inter supplicia enim frequenter corporis, inter ipsas per-  
 secutorum manus Christus melius inuenitur. Quam modicum, inquit, fuit, cum transiui  
 ab ipsis. Exiguo enim spacio breuique momento cum persecutorum manus euaseris, nec *Cantic. 8*  
 succubueris potestatibus mundi, tibi Christus occurrit, nec te diu tentari patitur. Quæ  
 sic Christum requirit, quæ Christum inuenit, potest dicere: Tenui eum, nec relinquam  
 eum: donec introducam eum in domum matris meæ, & in cubiculum eius quæ me con-  
 cepit. Quæ est domus matris tuæ, & cubiculum eius, nisi internum tuæ secretumque natu-  
 ra: Hanc domum serua, huius domus mundato penetralia, ut cum immaculata domus  
 fuerit, nec ullius adulterinæ conscientia sordibus inquinata, spiritualis domus in sacer-  
 dotium sanctum lapide angulari coagmentata consurgat, & spiritus sanctus habitet in  
 ea. Quæ sic Christum requirit, quæ sic Christum obsecrat, non relinquitur ab eo, imò e-  
 tiam frequenter reuiscitur. Est enim nobiscum usque ad cōsummationem mundi. Ergo Chri- *Matt. 28*  
 stus repertus est, & tenetur, & repertus est ille qui per fenestram tuam manum misit. Quæ  
 est fenestra nostra, nisi per quam opera Christi uideamus, oculus scilicet animi, & mentis  
 obtutus: Et ideo uirgo per fenestram tuam Christus introeat, Christus manum suam mit-  
 tat per fenestram, tibi ueniat uerbi non corporis amor. Si igitur per fenestram tuam ma-  
 num mittit dei uerbum, uide quemadmodum fenestras tuas præpares, uide quemadmo-  
 dum ab omni puluere delictorum detergere debeas. Nihil tetrum habeat, nihil adulteri-  
 num fenestra uirginis. Procul stibium, & cæteras affectati nugæ decoris, procul adu-  
 Ambr. to. 1 i rini

- rini amoris illecebras. Similis aurium caussa est: quibus non suspendenda onera, nō figē-  
da uulnera, sed unus ornatus est, audire quod profit. Ianuam quoq; tuam disce tēporib.  
obserare nocturnis, non facile quisquā patentem reperiat. Sponsus ipse uult clausam esse  
cū pulsat. Ianua nostra os nostrū est. Christo propemodum soli debet aperiri, nec ape-  
riat nisi ante pulsauerit dei uerbum. Deniq; ideo scriptū est: Hortus cōclusus, soror mea  
sponsa, hortus conclusus, fons signatus, ne facile aperiat os suum, ne uulgari dissignet al-  
loquio. Neq; enim de ipsis diuinis decet, nisi uerbo dei interpellata, respondeas. Quid tibi  
cum ceteris? Solum Christo loquere, solum fabulare Christo. Si enim mulieres in Ecclesia  
taceant, quanto magis nō decet patere uirginis ianuam, non decet uiduā patere fores?  
Cito insidiator pudoris obrepit, cito uerbū excipit, qd' reuocare desideres. Si Euā clau-  
sa fuisse ianua, nec Adā deceptus fuisse, nec respōdisset interrogata serpenti. Introiuit  
mors per fenestrā, hoc est, per Euē ostiū. Ingitur mors per ostiū tuum, si falsum loqua-  
ris, si turpiter, si procaciter, postremo si ubi nō oportet loquaris. Clausē sunt igitur labio-  
rum fores tuorum, & obseratum maneat uocis uestibulum: tunc fortasse referandum  
cum audieris dei uocem, cum audieris dei uerbum. Tunc tibi myrrha sudabit, tunc tibi  
baptismatis aspirabit gratia, ut ab elementis mundi commoriare cum Christo, & cum  
Christo resurgas. Quid adhuc, inquit, uelut uiuentes de hoc mundo decernitis? Ne teti-  
geritis, ne attaminaueritis, ne gustaueritis quæ sunt ad corruptionem ipso usu. Corrupte  
la enim abesse debet à castis. Itaq; carnis & mundi sepelire curam. Quia cum Christo re-  
surrexistis, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est. Cum Christum quæritis, patrem  
deum uidetis: Christus enim in dextera dei sedet. Sed ea quæ Christum requirit, non de-  
bet esse uulgaris, non debet esse in foro, non in plateis, uoce querula, gressu lubrica, faci-  
lis aditu, uilis aspectu. Terrenum tibi Apostolus consortium negat, & ultra naturæ pro-  
pemodum terminos alis ad cœlum docet spiritualibus euolandum. Quæ sursum sunt, in-  
quit, sapite, non quæ super terram. Sed quia hoc impossibile erat in hoc corporis uelut  
claustro reclusis, & quia defunctis corporibus anima fertur ad superiora reuolare, alliga-  
ta dum uiuimus quadam nostræ lege naturæ, ideo addidit: Mortui enim estis, & uita ue-  
stra abscondita est cum Christo in deo. Si abscondita est cum Christo in deo, non appa-  
reat mundo. Christus enim mortuus est mundo, uiuit deo. Vide nunc quemadmodum  
desiderari amet Christus, confabulationes nō amet. Aperuit uirgo illa suas fores dei uer-  
bo: sed transiuit, inquit, & exiuit anima mea in uerbo eius. Exiuit à mundo, exiuit à secu-  
lo, remansit in Christo. Quæsiui, inquit, eum, & nō inueni eum. Amat enim Christus diu  
requiri. Inuenerunt illam custodes murorum. Fortasse sunt & alij custodes, quos magis  
intelligere debeamus. Est enim ciuitas quæ portas murorum clausas non habet, de qua  
dictum est, Et portæ eius non claudentur per diem. Nox enim non erit amplius in ea, af-  
ferent gloriam & honorem gentes in illam. Illa est ergo ciuitas Hierusalem quæ in cœlo  
est, intra quam iam quasi perfecta & immaculata seruaris. Non enim intrat in eam om-  
ne commune. Communis castitas non est, communis pudicitia non est, quæ in libro ui-  
tæ scribitur. Si igitur inuenimus ciuitatem, ingrediamur in eam, uideamus lumē eius, uideamus  
muros, uideamus tribus, uideamus fundamenta muralia, uideamus etiam custo-  
des murorū. Sed quomodo ingrediamur in eā? In hac ciuitate uita est, & una est uia quæ  
ducit ad uitam. Via ergo Christus est, Christum sequamur. Sed ipsa in cœlo est ciuitas.  
Quomodo igitur ascendamus ad cœlum, docet Euangelista qui dicit: Et eduxit me spi-  
ritus in montem magnum & altum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem de-  
scendentem de cœlo. Ascendamus ergo spiritu, quia caro ascendere ad eam non potest.  
Ascendamus nos interim ad cœlum, ut ad nos postea de cœlo illa descendat, in qua lu-  
men est simile lapidis preciosissimi, ut lapidis iaspidis & crysalli. Habet murum mag-  
num & altum. Didicisti lumen, didicisti murum: disce portas, disce custodes. Habet, in-  
quit, portas duodecim, & in portis angelos duodecim, in quibus duodecim tribuū filio-  
rum Israel superscripta sunt nomina. In portis Patriarcharum nomina continētur, in mu-  
ro Apostolorum. Fundamenta enim ciuitatis, Apostoli: & lapis angularis est Christus,  
in quo omnis structura confurgit. Deus extra, deus intus, deus ubiq; est. Habet enim, in-  
quit, ciuitas maiestatem dei. Ergo & uos sanctæ uirgines, & quicūq; iusti estis, & immacu-  
latā animę geritis castitatē, ciues sanctorū estis, & domestici dei. Sed tunc nobilitatē istā  
patriæ

patriæ possidebitis, si Christum intra ciuitatis huius septa quærat, ingressi per fidem, actusq; preciosos, Patriarcharum clarificati lumine, fundati super Apostolos, uersantes inter angelos. Quomodo igitur isti custodes angeli sunt, qui castæ animæ palliū tollunt? Aliud pallium uirginum est, aliud adolescentulæ circumforanæ. Illa quæ in foro Christū requirit, pallium etiam quod habebat amisit. Prudentia enim non in foro, nō in plateis, sed in Ecclesia possidetur. Et fortasse, ut cum ipsis quoq; ueniamus in gratiam, atq; omnium misericordem deum esse doceamus, quia & illi Christum aliquando reperiunt, si tamen iugiter quærant: pallium hoc amictus est corporis. Ergo qui quæsiuit in cubili Christum, si tamen sic quæsiuit, sicut ille qui dixit: Sic memor tui tui super stratū meū, si quæsiuit in noctibus, iuxta quod scriptum est: In noctibus extollite manus uestras in sancta, si quæsiuit in ciuitate, in foro, & in plateis: in ciuitate dei nostri, in foro fortasse, in quo iudex ille diuini iuris sedet, in plateis unde collecti sunt, qui ad cœnam dominicam conuenerunt, potest custodientibus ciuitatē dei angelis dū diu quærit occurrere. Quin etiam ex cœlesti custodum natura cœlestem intelligere possumus ciuitatē, cœleste forū iustitiæ sempiternæ, non uiles plateas, sed fortasse in quibus superfluere fons ille cōsueuit, de quo scriptū est: Superfluant tibi aquæ de tuo fonte, & in plantæis tuis diffundantur tuæ aquæ. Qui sic ergo Christū requirit, ad angelos peruenit. Sed si bonis ad angelos meritis peruenit: cur qui peruenerit uulnerat? Est & gladius bonus, cuius gladij bonū uulnus. Uulnerat dei uerbū, sed nō ulcerat. Est uulnus boni amoris, sunt uulnera charitatis. Ideoq; dixit: Uulnerata charitatis ego sum. Quæ perfecta est, uulneratē charitatis est. Bona sunt igit uerbi uulnera, bona sunt amatis uulnera. Vtiliora enim uulnera amici, q̄ uoluntaria oscula inimici. Uulnerata charitatis Rebecca est, quæ relictis parētibus migravit ad sponsum. uulnerata charitatis Rachel, quæ zelauit sororē, amauit maritū. Sorori enim quod abundaret filijs, ipsa adhuc sterilis inuidebat: quia typū gerebat Ecclesiæ, cui dicit: Latere sterilis quæ nō parit: erūpe & clama quæ nō parturis. Inuenerūt ergo custodes, & uulnerauerunt eā, & tulerūt ei pallium, hoc est, actus corporalis inuolucrū sustulerūt, ut nuda mētis simplicitas quæreret Christū: quia nemo potest amictu uestitus philosophiæ, in habitu scilicet sapiētiae secularis Christū uidere. Et bene tollitur ei amictus philosophiæ, ne quis eam per philosophiam deprædetur. Bene tollitur ei pallium, quæ ad Christū propinquat, ut deū uisura mundo corde gradiatur. Beati enim mūdo corde, quia ipsi deum uidebunt. Deniq; ubi mundauit cor, uerbum reperit, deum uidit. Quare ergo illum uirgo: Imō quæramus omnes: Anima enim sexum non habet. Sed ideo fortasse fœmineum nomen accepit, quod eam uiolentior æstus corporis agit, ipsa autē impetus carnis amore sui molli quadam, & blanda ratione demulcet. Ergo orationibus & obsecrationibus deū inuitare debemus, ut quasi bonus Auster afflare dignetur, uerbisq; nobis auram cœlestis aspīret: quæ fructiferas arbores non turbare uento graui, sed leni spiramine flaturq; molli consueuit agitare. Vnde scriptum est: Posuit me currus Aminadab. eo quod anima nostra coniungitur corpori, & uelut quidam equorum fremētium currus rectorem sui quærat aurigam. Aminadab enim pater Naason fuit, sicut in Numeris legimus, qui erat princeps populi Iuda: Cuius figura refertur ad Christum, qui uerus populi princeps animā iusti uelut currū agitator ascendens, uerbi habentis gubernat, ne uiolentorum equorum furore in abrupta rapiat. Sūt enim eius uelut quatuor equi, quatuor affectiones, ira, cupiditas, uoluptas, timor. Quibus furentibus cum cœperit agi, nequaquā seipsa cognoscit. Corruptibile enim corpus animam grauat, & tanquam irratio nalium animalium cursus inuitam rapit, uolentibus curis uelut quodam impetu proruentē, donec memoratæ corporis passionis uerbi uirtute mitescant. Hæc uerbi tanquā boni agitatoris est prouidentia, ne illi animæ quæ in se non est mortis obnoxia, corpus mortale coniunctum, agitationem sui faciat esse difficilē. Primo igitur hos ueloces motus corporis domitet, & nexu ratiōis infranet: dein caueat ne dispari motu se uelut equi implicent, ut bonum aut improbus decoloret, aut tardus impediat, aut turbidus inquiet. Fremit enim equus maliciæ, seseq; iactando currum lædit, grauat iugalem. Hunc bonus auriga demulcet, & in campum ueritatis emittit, fraudis declinat anfractus. Turus ad superiora cursus est, periculosus ad inferiora descensus. Inde quasi emeriti qui bene portauerint iugum uerbi, usque ad domini præsepe ducuntur, in quo non fœnum est

Psal. 62

Psal. 133

Luc. 14

Prouer. 5

Prouer. 27

Gal. 4

Cant. 5

Colof. 2

Matt. 5

Sap. 9

Ezech. 1



- Ezech. 1** esca, sed panis qui descendit è cœlo. Huius currus rotæ sunt, de quibus dixit Propheta: Et spiritus uitæ erat in rotis: eo quod currus animæ teres & rotundus sine ulla offensione uoluatur. Sed ne longius labamur, inuitatur dei uerbum in hortum nucis, in quo fructus prophetice lectionis, & sacerdotalis est gratia, quæ amara in tentationibus, dura in laboribus, in uirtutibus interioribus fructuosa est. Vnde etiam uirga Aaron nuca floruit, non iam natura sua, sed uirtute secreta. Descendat ergo in hortum suum, ut uindemiæ fidem, **Num. 17** capiat odores, pabulum cœleste reperiat, suauitatem nostri mellis epuletur, dicens: Vin demiaui myrrham meam cum aromatibus meis, manducaui panem meum cum melle meo. Quod diuersarum uirtutum concretum floribus, illarum apum quæ sapientiam prædicant, consono opere congregatum, sancta Ecclesia in fauis condit, ut cibus Christi sit. Omnia igitur habemus in Christo. Omnis anima accedat ad eum, siue corporalibus ægra peccatis, siue clauis quibusdã secularis cupiditatis infixæ, siue imperfecta adhuc quidem, sed intenta tamen meditatione proficiens, siue multis aliqua sit iam perfecta uirtutibus, omnis in domini potestate est, & omnia Christus est nobis. Si uulnus curare desideras, medicus est: si febribus æstuas, fons est: si grauaris iniquitate, iustitia est: si auxilio indiges, uirtus est: si mortem times, uita est: si cœlum desideras, uia est: si tenebras fugis, lux est: si cibum quæris, alimentum est. Gustate igitur & uidete, quoniã suauis est dominus: **Psal. 33** beatus uir qui sperat in eo. Sperauit in eo illa quæ fluxu sanguinis laborabat, & continuo **Mar. 5** sanata est: sed quia fidelis accessit. Et tu cum fide filia uel fimbriam eius attinge. Iam secularium fluxus uoluptatum modo torrentis exundans, uerbi salutaris calore siccabitur, si cum fide tamen accedas, si pari deuotione diuini sermonis extremam saltem fimbriam comprehendas, si tremens procidas ante domini pedes. Vbi sunt pedes uerbi, nisi ubi corpus est Christi? O thesauris omnibus opulentior fides, O uirtutibus corporis omnibus fides fortior, O medicis omnibus salutarior. Simul ut accessit mulier, uirtutem sensit, medicinam impetrauit: ut si oculum lumini admoueas, illuminatur antequam sentias, & operatio lucis præuenit apparatus. Passio inueterata, passio immedicabilis, quæ & artis omnem uicerat excogitationem, & pecuniarum subministracionem, solo fimbriæ curatur attractu. Illius igitur fœminæ tibi uirgo, & in adeundo seruanda uerecundia, & in fide imitanda deuotio est. Quanta uero illa gratia, quod ea quæ uideri erubescerat, uirtutum tamen non erubuit confiteri: Noli ergo lapsus occidere tuos, fatere quod ille iam nouit: noli erubescere quod non erubuerunt Prophetae. Audi Hieremiam dicentem: Sana me domine, & sanabor. Sic & illa dixit cum contingeret fimbriam: Sana me domine, & sanabor: salua me domine, & saluabor: quia gloria mea tu es. Sola enim sana est, quam tu sanaueris. Siquis tamen tibi dicat, (quia sic plerumque tentantur fideles,) Vbi est uerbum domini: ueniat: Dictum est enim de domino: Descendat nunc de cruce, & credimus ei: **Matt. 27** confidit in deo, liberet nunc eum si uult: si quis ergo tibi insultando hoc dixerit, & te in fabulas uoluerit euocare, noli respondere ei. Noluït enim talibus respondere Christus. Solum Christum interroga. Illis enim si dixeris, non credent: si interrogaueris, non respondunt tibi. Dic soli uerbo, Non laboraui sequens post te, & diem hominis non concupiui. Hoc dixit illa mulier, & stetit sanguis. Quamuis fatigata, quamuis ægra, quæ diu quæsierat Christum, dixit tamen: Non laboraui, sequens post te. Neque enim laborat quæ Christum sequitur, cum laborantes ad se ut requiescant euocet. Ergo ipsum sequamur. Quam diu ipsum sequimur, non laboramus: quia non est labor in Iacob. Et in Esaia: Qui expectant dominum, current & non laborabunt. Deinde cum quæreret Christus, quis tetigisset eum, non ne tibi uidetur illa dixisse, quid interrogas? Domine tu scis: quæ prodeunt per labia mea, ante faciem tuam sunt. Et ideo non confundor peccata propria confiteri. **Hier. 17** Confundantur qui persequuntur me, & non confundar ego. Non confusus est Petrus dicere: Exi à me domine, quia peccator sum ego. Vir enim sapiens & grauis, in quo esset Ecclesiæ firmamentum, & magisterium disciplinæ, nihil utilius sibi esse prospexit, quam ne secundantis operis extolleretur euentu. Et ideo: Exi, inquit, à me domine. Non rogatur ut deseratur, sed ne inflatur. Paulus quoque carnis stimulo gloriatur, quod sibi ne extolleretur, prouisum est. Illecebrosa iactantia est, quam etiam Paulus ueretur: Lubrica, quæ etiam in Paulo cauetur. Sed non iste facili mobilis casu, qui reuelationibus timebat extolli: Et ideo quasi fortis athleta letatur, quod uulnere corporis emere didicerat animam sanitatem.

sanitatem. Ergo & tu si munera diuina superfluere in te, & redundare cognoueris, tuam  
 metire uirtutem, gratiam deo redde, cōtemplationemq; corporis, uelut nauis saburrā  
 suscipe, ne te in tantis mundi fluctibus iactantiae alicuius aura circumferat. Apis illa sa-  
 piens cum aeris motus suspectos habet, lapillis saepe sublatis per inania se librat nubila,  
 ne leue alarum remigium praecipitent flabra uentorum. Paulus & Barnabas putauerūt  
 se grauari, cum cernerent se adorari. Et tu caue uirgo illius apiculae modo, ne alarum tua  
 rum uolatum aura mundi huius extollat. Habet enim anima uolatus suos. Et ideo dictū  
 est. Qui sunt isti qui sicut nubes uolant, & sicut columbae cum pullis suis? Habet ergo a-  
 nima spirituales uolatus, quae breui momēto totum percurrit orbem. Liberae enim sunt  
 cogitationes prudentium. Quanto ad altiora & diuiniora se subrigunt, tanto magis sine  
 ullo terrenae molis impedimento feruntur. Itaq; adhærens deo, & imaginis in se referēs  
 coelestis effigiem, ubi cursus suos ab equorum perturbatione placidauerit, in illū athe-  
 reum purumq; locum plausu spiritualium euecta pennarum despicit omnia, quae in hoc  
 mundo sunt: & aeternis intenta uirtutibus, supra mundum labitur. Supra mundum enim  
 iustitia est, supra mundum charitas, supra mundum castitas, supra mundum bonitas, su-  
 pra mundum est sapientia: & si in hoc mundo sit, supra mundū tamen est. Supra mundū  
 erat iustitia, cum omnia regna mundi & uniuersam eius gloriam diabolus offerret. Su-  
 pra mundū fuit, quae de mundo nihil attigit. Deniq; ait: Venit huius mundi princeps, &  
 in me inuenit nihil. Discite ergo in hoc mūdo supra mundū esse: & si corpus geritis, uoli-  
 tet in uobis ales interior. Supra mundū est ille, qui tollit deum in corpore suo. Si deū imi-  
 tari non possumus, imitemur Apostolos: quos mūdus odio habuit, quia nō erant de hoc  
 mundo. Hos imitare, hos sequere. Sed arduum putas humana uirtute supra mundum a-  
 scendere. Bene asseris: Nam & Apostoli non quasi cōsortes, sed quasi discipuli sequen-  
 do dominum supra mundum esse meruerunt. Et tu esto Christi discipula, Christi amula:  
 & pro te rogar, qui pro illis rogauit. Non enim pro Apostolis tantum, inquit, rogo, sed  
 & pro ijs qui credent per sermonē eorum in me: ut omnes unum sint. Vnum igitur nos  
 esse uult dominus, ut supra mundum simus omnes: ut una sit castitas, una uoluntas, una  
 bonitas, una gratia. His enim alitur, & augetur animae uolatus. Ergo nō pigrescamus de-  
 serere terrena. Ea est enim natura pennarum, ut agitando se uirtutem capiat. Eo iuuatur  
 uolatus, quo anima delectatur. Quae si semper deū sequatur, atq; in domo domini habi-  
 tare desideret, & eius delectatione pascatur, ac miraculis uirtutum alatur coelestiu, foris  
 relinquet inuidiā, quae extra chorum est angelorum, foris cupiditates corporis, quae tem-  
 plū dei maculare non debent. Et ideo quoniā templū dei sumus, materiales à nobis solli-  
 citudines abdicemus. Ac ne forte philosophica alicui aut poetica usurpasse uideamur,  
 ut currus, equos, alas animae diceremus, quae illi magis assumpserunt de nostris, domesticis  
 nos usos sublidij, Propheticae series lectionis ostēdit, quae in hūc modum à sancto Eze-  
 chiele scripta est: Et facta est illic super me manus domini, & uidi, & ecce spiritus urgēs  
 ueniebat ab Aquilone, & nubes magna erat in eo, & ignis refulgens, & lumē in eo: & in  
 medio sicut lumen electri in medio ignis, & lumē in eo, & in medio sicut similitudo qua-  
 tuor animaliu. Vides igitur animalia iam quatuor esse descripta. Cuiusmodi sint anima-  
 lia ista, debemus aduertere. Similitudo, inquit, uultus eorū facies hominis, & facies leo-  
 nis à dextris illis quatuor, & facies uituli à sinistris ipsis quatuor, & facies aquilae desuper  
 ipsis quatuor, & alae eorum extense. Hic quoq; animam describi accepimus, cuius qua-  
 tuor animalia, quatuor affectiones sunt: sed non ita, ut illae quas supra descripsimus. Ad-  
 huc enim illae erudiuntur anime, processumq; accipiunt, haec iam perfecta describitur.  
 Deniq; illae inuitantur ad caelum, haec in caelo est cum dei uerbo. Habet autem quatuor  
 affectiones, id est similitudini hominis, leonis, uituli, & aquilae comparandas. Quas for-  
 mas librorum Euangelicorū proprietate accepimus figuratas. Et ideo hic quoq; in ho-  
 mine rationalis, in leone impetibilis, in uitulo concupiscibilis, in aquila uisibilis, per si-  
 guras animalium species affectionis expressa est. Nam in omni sapiente uiro prudentes  
 Graeciae esse memorauerunt, λογισμὸν, θυμὸν, ἐπιθυμητικὸν, διορατικὸν, Latini uero pruden-  
 tiam, fortitudinem, temperantiam, atq; iustitiam. Prudentia enim rationis humanae est:  
 Fortitudo uim quandā ferocientis uirtutis habet, mortisq; contemptum: Temperantia  
 sacrae uinculo charitatis, mysteriorumq; contemplatione coelestium negligit corporis

voluptates: Iustitia in alto quodam suggestu locata uidet exploratq; omnia: quæ alijs po-  
 tius nata quam sibi, non tam suas utilitates quam publica emolumenta rimatur. Meritoq;  
 anima operata iustitiam, formam aquilæ accipit, quod terrena defugiens, totaq; cœlesti  
 sublimis & intenta mysterio, resurrectionis gloriâ precio æquitatis adipiscitur. Propter  
 quod ad eam dictum est: Renouabitur sicut aquilæ iuuetus tua. Est ergo & iuxta David, alis  
 spiritualibus anima fulta, quam eousq; uoluerit nobis uoluit declarare, ut alibi quoq; di-  
 ceret: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium. Et alibi: In domino cō-  
 fido: quomodo dicitis anime meę, transmigra in montes sicut passer? Habet igitur alas  
 anima suas, quibus se possit libera leuare de terris. Alarū autem remigiū non materialis cō-  
 pago pennarū, sed cōtinuus ordo honorū factorū est: qualis ille dominicus, cui benedi-  
 citur: In umbra alarū tuarum sperabo. Nō solum enim manus domini affixæ cruci in mo-  
 dum uolantis extentæ, sed etiā facta cœlestia, uelut umbra refrigerante salutis æternæ,  
 mundi feruentis incendia tēperarunt. Ergo quia uolandi nobis data est copia, excitet in  
 se unusquisq; gratiam dei, ac posteriora obliuiscens, priora appetens, ad destinata cōten-  
 dat. Procul a militiæ honoribus, procul ab æstibus mundi: ne quod fabulæ ferūt, æstu so-  
 lis cera resoluta lecareos uolatus penna relabente destituat. Nam licet grauitas dictorum  
 absit, Poetico tamen sale declarare uoluerunt, prudentium maturitati tutos esse uolatus  
 per cœlum, iuuenilem uerò leuitatem obnoxiam cupiditatibus mundi, refluentibus pē-  
 nis, & per obliuia ueritatis meritorum compage resoluta, maiore pernicie in terram re-  
 labi. Haud facilis uolatus omnibus: difficilis etiā discordantibus in terris animalibus  
 uitæ cursus humanæ est. At si sibi actus nostri ordo cōueniat, uidebit & in nobis Prophe-  
 ta rotam illam unam super terram coniunctam animalibus quatuor. Videbit ergo rur-  
 sus Ezechiel, uidet enim adhuc & uiget, & uigebit. Videbit, inquam, rotam in medio ro-  
 tæ super terram sine offensione labentem. Rota enim super terram, uita est corporis ad  
 animæ aptata uirtutem, & ad euangelicum cohærenti cursu formata præceptum. Rota  
 autem in medio rotæ, ueluti uita intra uitam: quod sanctorum sibi uita non dissonet, sed  
 qualis fuerit superioris ætatis, talis sit & sequentis: uel quod in hac uita corporis, uita uo-  
 luatur usus æternæ. Cum ista congruerint, tunc diuina uox resulet, tunc super similitu-  
 dinem throni similitudo sicut species hominis apparebit. Hic homo uerbum est, quia uer-  
 bum caro factum est. Hic homo nostrorum est agitator animalium, nostrorum rector  
 est morum, qui pro nostrorum ratione meritorum, aut curram plerumq; aut montem a-  
 scendit aut nauim: sed nauim in qua aut Apostoli nauigant, aut piscatur Petrus. Neco-  
 nim uilis est nauis, quæ ducitur in altum, hoc est, ab incredulis separatur. Cur enim na-  
 uis eligitur in qua Christus sedeat, turba doceatur, nisi quia nauis Ecclesia est, quæ ple-  
 no dominicæ crucis uelo sancti spiritus flatu in hoc bene nauigat mundo? In hac naui pi-  
 scatur Petrus: & nunc retibus, nunc hamo piscari iubetur. Grande mysterium. Spiritalis  
 enim uidetur esse piscatio, qua doctrinæ hamum mittere iubetur in seculum: ut primum  
 illum martyrem Stephanum de mari uerrat, qui censum Christi in interioribus cōtine-  
 ret. Martyr enim Christi, thesaurus Ecclesiæ. Martyr igitur ille qui de mari cœlū primus  
 ascendit, captus a Petro, minister altaris, non reti sed hamo leuatus, ut riuo sui sanguinis  
 eleuaretur ad cœlum. Cuius in ore thesaurus erat, cum Christum in confessione loquere-  
 tur. Qui enim thesaurus in nobis est, nisi dei uerbum? Ergo & retibus & hamo piscatur  
 perfectior: ut reti concludat, hamo adurat. Sed reti turba cōcluditur, hamo singularis eli-  
 gitur. O si mihi liceret illum hamum uorare, qui adureret os meum, & leui daret salutem  
 uulnere. Intrate igitur filiæ in Apostolorum retia, quæ non hominis autoritate, sed dei  
 uoce laxantur. Rete enim sapientiæ spiritualis atq; doctrinæ regnū cœlorum est, quia scri-  
 ptum est: Simile est regnū cœlorum reti misso in mare. Audistis hodie dicentē dominū  
 Iesum Simonis: Duc in altum, & laxate retia uestra in capturā. Ante non ducebat in altū  
 Petrus, quādo piscabatur in stagno. Et si mare erat, altum non erat. Altum mare scriptu-  
 ra nescit. Quid ergo sit altum, accipe. Aqua alta, consilium in corde uiri. Altum cor uiri  
 est, ubi nihil uadosum est. Duc ergo in altum disputationis tuæ fideiq; remigiū, duc in  
 cor uiri. Per parabolam hic uocat ad Ecclesiam Petrum, quem secundum Marthæū sim-  
 plici uocauit sermone, dicēs: Venite, & faciam uos piscatores hominū. Est & aliud my-  
 steriū. Duc in altū: quia ante in harenā erat quando in Synagoga erat. Alta nō erat aqua  
 Iudææ.

Iudææ. Deniq; Samaritana & puteum altum putabat, dicēs: Et puteus altus est, unde mihi dare habes aquam uiuam? Non ergo ducere in altum poterat, quando cū Iudæis credebatur, qui etiam de puteo aquam haurire non poterant. Ideo dicitur Petro, Duc in altum: hoc est, duc ad Christum. Altus enim Christus, de quo dicitur ad Ioannem à patre: Et tu puer Propheta altissimi uocaberis. Duc ergo ad Christum. Et bene altum, in quo est altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei. Duc in altum, quia altos super altū custodiet, & exaltabit. Ibi ergo altæ aquæ, ubi Christus est, hoc est, fides. Altæ aquæ, quæ timent deum, quales ille: Viderunt te aquæ deus, uiderunt te aquæ, & timuerunt. Apud Iudæos aqua alta non erat, quia non erat in corde uiri. Ideoq; dominus ait: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. In corde amat esse Christus. Sicut enim fuit Ioannes in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit & filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Deniq; ut scias quia de fide dicit, Duc in altum: ait Petrus: Præceptor, per totam noctē laborātes nihil cepimus, sed in uerbo tuo laxabo retia. Noctē habebat Petrus antequā Christum uideret. Nondū ei uenerat dies, quia uerā nō uiderat lucē. Synagoga nox est, dies Ecclesia est. Vnde & Paulus dicit: Nox præcessit, dies aut appropinquauit. Bona lux, quæ perfidię excussit caliginē, fidei diem fecit. Dies factus est Petrus, dies Paulus. Ideoq; hodie natali eorum spiritus sanctus increpuit, dicens: Dies diei eructat uerbū: hoc est, ex intimo thesauro cordis fidem predicat Christi. Et bonus uterq; dies, qui nobis uerum lumen euomuit. Hæc in Euangelio legimus: Et fortasse in cælo hodie de nobis Christi & Petri iste sit sermo. Quotidie piscatur Petrus, quotidie ei dicit dominus: Duc in altum. Videor mihi audire dicentē Petrū: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus. Nox fuit, cum pauciores ad uigilias conuenerunt. Laborat in nobis Petrus, quādo nostra laborat deuotio, Laborat & Paulus. Deniq; audistis dicentē hodie: Quis infirmat, & ego nō infirmor: Nolite facere, ut pro uobis laborent Apostoli. Ergo dicunt ei: Per totam noctem laborantes nihil cepimus. Nullus certe de discipulis ieiunauit. Quibus hodie bene respondit Petrus: In timore hoc incolatus uestri tempore conuersamini, scientes quod non corruptibilibus argēto uel auro redempti estis de uana uestra conuersatione paternæ traditionis, sed precioso sanguine quasi agni incontaminati & immaculati Christi Iesu. Non ergo aurum & argentum uos liberauit, sed probatio fidei, multo preciosior auro quod perit. Bonus seruus precium studet reparare domino, quod pro se solum est. Noli aurum parare filia, noli argentum. Non diuitijs istis te Christus redemit. Paratum habeto precium. Non semper exigeris, sed semper debes. Sanguinem soluit, sanguinem debes. Ille pro te soluit, tu pro te redde. Eramus oppignorati malo creditori, peccatis, contraximus chirographum culpæ, pœnam sanguinis debebamus: uenit dominus Iesus, suum pro nobis sanguinem obtulit. Sed non potes sanguinem reddere. Bonus quidem seruus debet precium suum reparare domino suo. Sed si non potest precium reddere, uel hoc faciat, ne precio uideatur indignus. Ergo & tu dignam te gere tali precio, ne ueniat Christus qui te mundauit, qui te redemit: & si te in peccato inuenerit, dicat tibi: Quæ utilitas in sanguine meo? Quid profeci tibi, dum descendo in corruptionem? Sed ne mireris quomodo descenderit in corruptionem: cuius caro (ut alibi scriptum est) non uidit corruptionem. Descendit quidem in locum corruptionis, qui penetravit inferna, sed corruptionem in corruptus exclusit. Verum (ut iam ad superiora redeamus) rogate ut & tibi dicat: Duc in altum, & laxate retia uestra in capturā. Quis enim est qui sine Deo piscetur hanc plebem, præsertim cū tantæ tempestates & procellæ mundi huius obsistant? Sed quando uult dominus, iubet laxare retia, & capitur multitudo pisciū. Nec solum una, sed etiam altera nauis impletur, quia plures Ecclesiæ immaculata plebe complentur. Et bene accidit quia nos laboraturos dominus sciebat, & auxilium de socijs ministravit. Adest piscator ecclesiæ Bononiensis aptus ad hoc piscandi genus. Da domine pisces, quia dedisti adiutores. Nec tamen nostris sed apostolicis utimur retibus. In illos sinus & quosdā apostolicarum disputationum recessus uestrum (ô filia) cogatur agmen. Viuificet uos Petrus filia, qui & pro uidua interuenit, quāto magis pro uirgine? Qui diutius uiduas flere nō passus, motus earū lachrymis suscitauit altricē. Viuificet uos Paulus, qui uos precepit honorari, qui ait: Bonum est si sic maneāt sicut & ego. Honore prouocat, magisterio

Ioan. 4

Luc. 1

Rom. 11

Psal. 76

Matt. 15

Ibid. 12

Luc. 5

Rom. 13

Psal. 18

Luc. 5

2. Cor. 11

1. Pet. 1

Psal. 29

Act. 2

1. Cor. 7

*Matt. 19* docet, inuitat exemplo. Viuificet ille, qui relictis suis omnibus secutus est dominum. secutus est Petrus, secutus est Ioannes. Vide quid piscator etiam iste profecerit. Dum in mari lucrum suum quaerit, uitam inuenit omnium. Lembum deseruit, deum reperit: Scalmum reliquit, uerbum inuenit: Lina laxauit, fidem uinxit: Plicauit retia, homines eleuauit. Mare spreuit, coelum acquisiuit. Hic ergo piscator, dum ipse turbato agitur salo, mobili mentes statione nutantes fundauit in petra. Adstruamus igitur piscatoris artem frequentius, ut plenius de uirtute credamus. Fuerit minister ignobilis, ut sit Euangelista nobilior: Paupertate egenus, ut uirtute locupletior: Vilis ad honorem uideatur, sed preciosus ad fidem. Quanto minus creditur piscatori, tanto amplius creditur: quia non sua, sed diuina sunt quae locutus est. Obsequitur plebeia conditio: expectationem aufert sapientiae secularis, opinionem auget sapientiae spiritualis. Qui legem non didicit, & quae legis sunt sapit, ipse sibi lex est: qui legem non didicit, & ultra legem loquitur, ab eo accipit a quo ipsa lex uenit. Quae tam repentina dignitas? Piscatores duo in monte domini, unilatortori legis, executori alteri conferuntur. Videte qualis sit iste piscator. Moyses quidem terrena & omnia mundanae sapientiae altitudinem supergressus, usque ad coelum & sidera prudentia mentis ascendit, piscatoris istius mens non nubibus caligatur, non temporibus includitur, non mysterijs naturae caelestis excluditur, sed omnem corporalem materiam supergressa, uerbum apud deum uidit, & quod uerbum ipsum deus esset aspexit. Nec obtutu carnis in Petro infirmata trepidauit, sed dei filium etiam in homine deprehendit: ut assumptione corporis ad ius diuinitatis assumptis adscita, in nomen transfiret auctoris. Et Moyses quidem cum dicit: Et dixit deus, & fecit deus: patrem filiumque signauit: sed ille non ignorabat, ego adhuc ignorabam. Denique post Legem populus errauit, post Euangelium credidit. Magna in diuersis uirtutibus dei gratia. In illo, quia mundum descripsit in isto, quia mundum ignorauit.

## DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI AD

VIRGINES EXHORTATIO.



*1. Cor. 7* VI ad conuiuium magnum inuitantur, apophoreta secum referre consueuerunt. Ego ad Bononiense inuitatus conuiuium, ubi sancti martyris celebrata translatio est, apophoreta uobis plena sanctitatis & gratiae reseruauit. Apophoreta autem solent habere triumphos principum, & haec apophoreta triumphalia sunt. Christi enim nostri principis triumphus, sunt martyrum palmae. Nec uero huc dirigebam iter, sed quia petitus a uobis sum, debui mecum deferre, quae alijs parabantur, ne minor ad uos uenirem: ut quod in me minus est, quam praesumebat, in martyre plus inueniret. Martyri nomen Agricola est, cui Vitalis seruus fuit ante, nunc consors & collega martyrii. Precessit seruus ut prouideret locum: secutus est dominus, securus quod fide seruuli iam inueniret paratum. Non aliena laudamus. Passio enim serui, domini disciplina est. Hic instituit, ille impleuit. Nihil illi decerpit. Quomodo enim minui potest, quod Christus donauit? Egregie & ille qui homini seruiuit, seruiendo didicit, quomodo Christo placeret. Hic tamen geminam laudem acquisiuit: in illo magistrum in se martyrii. Certauerunt tamen inter se inuicem beneficijs, postquam aequales esse meruerunt. Hic illum ad martyrium premisit, ille istum accersit. Nullum ergo ad commendationem hominis conditio affert impedimentum: nec dignitas profapie meritum, sed fides affert. Siue seruus, siue liber, oes in Christo unum sumus: & unusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet a domino. Nec seruitus derogat, nec libertas adiuuat. Vide ad eam rem quam nihil in conditione momenti sit. Seruus, inquit, uocatus es: non sit tibi curae. Qui enim uocatus est in domino seruus, libertus est domini. Similiter qui liber uocatus est, seruus est Christi. Vide, inquam, uim Apostoli. Plus putat dedisse ei qui seruus, quam ei qui liber uocatus est.

Ex

Ex seruo enim libertus Christi fit, ex libero seruus. Sed nulli plus dedit, uerū utriq; æqua lem mensuram diuisit. Apud Christum enim seruitus & libertas æqua lance penduntur, nec ullo discerniculo bonæ seruitutis & libertatis merita diuisuntur: quia nulla maior est dignitas quàm seruire Christo. Deniq; Paulus seruus Christi Iesu. Hæc enim seruitus gloriosa est, in qua gloriatur & Apostolus. An non summa gloria est, quādo tali precio æstimati sumus, ut sanguine domini redimeremur? Sed pergamus ad cætera. Cumq; sanctus Vitalis cogere tur à persequentibus ut Christum negaret, & ille amplius profiteretur dominum Iesum Christum, omnia tormentorum genera in eum exercentes, ut non esset in corpore eius sine uulnere locus, orationem fudit ad dominum, dicens: Domine Iesu Christe saluator meus, & deus meus, iube suscipi spiritum meum: quia iam desidero, ut accipiam coronam, quam Angelus tuus sanctus mihi ostendit. Et completa oratione emisit spiritum. Sanctus uero Agricola mitior habebatur moribus, ut ab ipsis etiam inimicis diligeretur. Ideoq; differebant eius passionem. Sed hæc persecutorum honorificentia, omni erat immanitate acerbior, quæ inuidebat martyriū. Deniq; ubi non acquieuit sanctus Agricola, crucifixus est: ut aduertamus illas blanditias eorum non sedulitatis fuisse, sed fraudis. Supplicio serui dominum terrere uoluerūt. Vertit hoc Christus in gratiam, ut martyrio serui dominus inuitaretur. Vtriq; nomen aptum martyrio, ut designati ad martyriū ipsis uocabulis uiderentur. Ille Vitalis dictus est, quasi qui contemp tu istius uitæ, ueram illam uitam æternam sibi haberet acquirere: iste Agricola, qui bonos fructus spiritualis gratiæ seminaret, & sacri sanguinis effusione, meritorum suorū omnium uirtutumq; rigaret plantaria. Sepulti autem erant in Iudæorum solo inter ipsorum sepulchra. Ambierunt Iudæi cum seruulis sepulturæ habere consortium, quorum dominum negauerunt. Sic & aliquando Balaam dixit: Moriatur anima mea pro animis iustum, & tamen non communicauit eorum operibus cum uiueret, quorum isti animis cupiebat mori. Et isti quos uiuentes persecuti sunt, mortuos honorabant. Illic igitur martyris exuuias requirebamus, tanquam inter spinas rosam legentes. Circumfundebamur Iudæis, cum sacre reliquiæ eueherentur, aderat populus ecclesiæ cum plausu & lætitia. Dicebant Iudæi: Flores uisi sunt in terra, cum uiderent martyres. Dicebant Christiani: tem pus incisionis adest. Iam qui metit, mercedem accipit. Alij seminauerunt, & nos metimus martyrum fructus. Iterum audientes Iudæi uoces plaudentis Ecclesiæ, dicebant inter se: Vox turturis audita est in terra nostra. Vnde bene lectū est: Dies diei eructat uerbum, & nox nocti indicat scientiam. Dies diei, Christianus Christiano: nox nocti, Iudæus Iudæo. Indicabant ergo Iudæi quod haberent scientiam martyrum, sed nō scientiam uerbi: Id est, non secundum illam solius boni, & solius ueri scientiam. Ignorantes enim dei iustitiam, & uolentes se iustificare, iustitiam dei non receperunt. Detuli ergo uobis munera, quæ meis legi manibus, id est, crucis trophæa, cuius gratiam in operibus agnos citis. Certè & ipsi demones confitentur. Condant alij aurum atq; argentum, ac de latentibus eruant uenis, legant preciosa moniliū ferta, temporalis ille thesauris est, & saepe habentibus perniciosus: nos legimus martyris clauos, & multos quidem, ut plura fuerint uulnera quàm membra. Clamare martyrem dices ad populum Iudæorum, cum clauos eius colligeremus, Mitte manus tuas in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Collegimus sanguinem triumphalem, & crucis lignum. Hæc sanctæ uiduæ negare non potuimus postulanti. Munera itaq; salutis accipite, quæ nunc sub sacris altaribus reconduunt. Ea igitur uidua sancta est Iuliana, quæ hoc domino templum parauit atq; obtulit, quod hodie dedicamus: digna tali oblatione, quæ in sobole sua templa iam domino pudicitia atq; integritatis sacrauit. Dūm Iulianam uolui dicere, Iudæam dixi. Non errauit lingua, sed definiuit. Iudæa enim est anima quæ Christum fatetur. Deniq; notus in Iudæa deus: Id est, ubi agnoscebatur deus, non ubi negabatur. Est ergo in spiritu Iudæa, ubi maior portio, intellectus syncerior: quia salus ex Iudæis est. Lingua igitur error testimonium sanctitatis inuenit. Honoremus ergo hanc uiduam, quia scriptum est: Viduas honora, quæ uerè uiduæ sunt. Licet uerborum nostrorum honorem non am biat, quæ Apostoli mandatum adæquauerit, habens in bonis operibus testimonium, quæ bene filios educauerit, melius instituerit. Quis hanc non ut destitutam & miserabilem deplorauit, quādo amisit maritum? At ista ministrū sacris ereptū altaribus amplius ingemuit,

Rom. x.

Num. 23

Ioan. 4

Cantic. 2

Psal. 18

Rom. 10

Ioan. 20

Psal. 73

Ioan. 4

1. Tim. 5

- genuit, quam sibi coniugem aut patrem filijs. Nam etsi præsidio esset mariti uiduata & iolatio, tamen apud piã mentem causa Ecclesiæ præponderabat. Succinxit itaq; mentis uiscera, & circumfusam se uidens numero filiarum trium, & unius filij, quo solent terri cetera, hoc fortior facta, tali filios alloquio cõuenit: Filij amisistis patrem, matrem habetis. Melior quidẽ fuisset illa cõmutatio, si pater uiueret, mater deesset. Tamen infirma licet & desolata ostẽdo uobis, si uultis sequi, quo arbitremini patrẽ uobis nõ decessisse. Habetis enim meliorẽ de cœlo parẽtẽ. Ille est qui & hos suffulsi patres. Quid enim aliud iam superest spei? Pater uobis fuit diues gratia, nõ pecunia: opulentus ministerio, nõ patrimonio: cuius hæreditas fides est, locuples deo, sed egena seculo. Satis uos diuites reliquit, si propositũ eius sequamini. Sola est fides utriq; indiscreta sexui, census uiro rĩ, dos uirginũ. Et tu quidẽ fili aliquanto propior patri, agnosce quẽ matri debeas, quod domui uocabulum reddas. Actas te excusat, sed hæreditas uocat. locudentẽ fili pater & mater in te. Noli matrem cõtemnere quasi imprudentẽ. Regis admonitio, inquit, quem erudiuit mater sua. Quid seruabis fili? Dictiones dei. Primogenite tibi dico fili. Quid fili mei uentris: quid natus mearũ orationũ: Ne dederis mulieri tuam honestatem. Audis quid Sapiens dicat, quid scriptura asserat. Cõsidera quis te ut nascereris iuuerit: filius es uotorum magis quam dolorũ meorum. Cõsidera cui te muneri pater tali nomine designauerit, qui uocauit Laurentiũ. Ibi uota deposuimus, unde nomen assumpsimus. Vota effectus secutus est, redde martyri quod debes martyri. Ille te nobis impetrauit, tu restitue quod de te huiusmodi nominis appellatiõne promissimus. Quid autẽ est fili aliud quod eligendũ putes, nisi deum patrum tuorũ: ipse enim pauperes & diuites facit, humiles & excelsos facit. Sulcitat à terra pauperẽ, & de stercore inopẽ, & sedere eum facit cũ potentibus in tribunali honoris & hæreditatis. Dat uotũ optandi, & benedicet annos iusti. Quid hoc fili præcellentius, aut quid est uita hominis in hac terra, nisi leuior cursor? En transumus & nihil uidimus. Atq; utinã hunc cursore imitemur: ut nihil uideremus, et nulla onera portarem. Sed quod est grauius, cursus uacuu, et onera inania. Inania quidem sed non leuia, neq; delicti uacua: quia graue fœnus peccati est. unde clamat sanctus Iob. 7. Iob. 7. Nõ ne tentatio est uita hominis in terra: aut sicut mercennarij quotidiani uita eius, & sicut seruus timens dominũ suũ, qui umbram inuenerit, & sicut mercennarius expectans mercedẽ suã, sic ego expectaui in uacuũ. Noctes autem dolorũ datae sunt mihi. Si dormiero, dico, quãdo dies: cum surrexero, iterũ quando uesper? Plenus sum dolorũ à uespere usq; mane. Vita autẽ mea leuior quã fabula. Perijt autẽ in uana spe. Nihil igitẽ est homo, nisi tu domine intendas in eũ, & uisitationẽ eius facias usq; mane, & in requiẽ eũ inducas. Arbor si excidat, repullulat, & floret ab aqua odore: homo cũ ceciderit, nihil est, ingruunt super eũ dolores. Hanc igitur tentationẽ tantarum necessitatum, si uultis filia uitare, integritas corporis expetenda uobis est: quam ego pro cõsilio suadeo, nõ pro imperio præcipio. Sola est enim uirginitas quæ suaderi potest, imperari non potest. Res magis uoti, quã præcepti. Quod enim gratiæ est, non iubetur, sed desideratur: electio nisq; magis est, quã seruitutis. Vnde & Apostolus dicit: De uirginibus autem præceptum domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam cõsecutus à domino. Legerat enim dixisse dominũ spadonibus: Quicumq; custodierint præcepta mea, & elegerint quæ ego uolo, & amplectentur testamentum meũ: dabo illis in domo mea, & in muro meo locum nominatum, meliorem filiorum & filiarum, nomen aeternum dabo illis, & non deficient. Meliorem, inquit, locũ uobis dabo. Spadonibus dicit: his uidelicet, qui se resecta genitali parte absciderint. Ipsi sunt ergo qui habent in cœlo præmia ceteris præstantiora. Hoc in Euangelio suo prædicat dei filius. Dicentibus enim Apostolis, quia si ita est causa uiri, ut non liceat illi uxore dimittere, nisi ex sola causa fornicationis, nõ expedit nubere, respondit dominus: Non omnes capiũt uerbũ istud, sed quibus datum est. Hoc est, non capit hoc conditionis humanæ infirmitas, ut omnib. pateat: sed illis solis facile est ad capiendũ, quibus diuina refulsit gratia, ut castrare se possint, quo regnum cœlorum adipiscantur. Audistis filia quantum sit præmiũ integritatis. Regnũ acquirat, & regnum cœleste, uitam angelorum exhibet. Hoc uobis suadeo, quo nihil pulchrius: ut inter homines angeli sitis, qui nulla sibi ligantur nuptiali copula. Quoniã quæ non nubunt, & qui uxores non ducũt, sicut angeli in terris sunt, ut tribulationem carnis non

non sentiant, seruitutem ignorent, à mundanae cogitationis ableuentur contagio, diu-  
nis rebus mentem intendant: ut tanquam exuti corporis infirmitate, non quæ hominis  
sunt, sed quæ dei sunt, cogitent. Considerate filia si uelitis nubere, quantum uobis desit,  
quibus pater deest. Deest opima dos: quod ipsum tamen si abundaret, timeretis magno  
precio seruitutem. Nunc uerò quis non despiciat destitutas patre? Quò cõfugietis? Un-  
de auxiliũ postulabitis aduersus uirorum iniurias? Quanta in ipsis coniugijs incõmo-  
da sunt? Quam graues plerunq; contumeliae? Quanta uincula? Primum ipsum cõiugiũ  
uinculum est, quo alligat uirõ nupta, & ei in subiectionem astringit. Bonum quidẽ cha-  
ritatis uinculum est, sed tamẽ uinculum: de quo cum uelit se exuere nupta, nõ possit: nec  
liberũ sui habere arbitriũ. Deniq; Apostolus dicit: Mulier sui corporis potestatem non  
habet, sed uir. Et quid mirum de muliere? quando quidem et uir sui corporis potestatem  
non habet, sed mulier. Si qui fortior est, potestatem non habet, quanto minus infirmior?  
Nõ ergo absoluit mulierem cõmunis seruitus, sed grauius adstringit. Videte itaq; quid  
scriptura dicat, quid Apostolus suadeat. Quis uobis potest melius cõsilium dare, quàm  
ille uas dominicæ electionis? Quid igitur dicat, percipite auribus: Volo autẽ uos omnes  
esse sicut me ipsum. Et iterum dicit de non nuptis & uiduis: Bonum est illis, si sic maneant,  
sicut & ego. Volo uos imitatrices esse tanti Apostoli, ut uitam eius sequamini, qui con-  
iugiũ uinculũ refugit, ut uinctus esset Christi Iesu. Non potuisset ad tantam apostolatus  
sui peruenire gratiam, si fuisset alligatus coniugi cõtubernio. Quod si ille qui & doctri-  
na præstantissimus erat, & tantum Christi donum habebat, iudicauit tanti momenti es-  
se si abstineret ab usu copulæ coniugalis, & ideo sic mansit, ne plurimum suo muneri de-  
cerperet: quod neq; orationi uacare semper liceret, neq; semper diuinis intendere man-  
datis, quem coniugi cura reuocaret, ut placere uxori esset necesse: quid utiq; uos elige-  
re oportet, quibus sola uirginitas potest libertatem dare? Quoniam quæ nupserit, ad ser-  
uitutem pecunia sua uenditur. Meliori conditione mancipia quàm coniugia comparan-  
tur. In illis meritum emitur seruitutis, in istis precium ad seruitutem additur. Nupta uena-  
lis auro grauatur, auro aestimatur. Experta sum filia labores copulæ, coniugi indignita-  
tes. Et sub bono coniuge, nec tamen sub bono marito libera fui: seruebam uirõ, & labo-  
rabam placere. Miseratus est dominus, & fecit ministrum, continuoq; & mihi & uobis  
raptus est: & fortasse miserante domino, ne diceretur maritus. Videtis filia longæuam ma-  
trem doloribus, & adhuc immaturam uiduitatis stipendijs. Videtis amissum omne præ-  
sidium & ornamentum. Nec auxiliũ uiri habeo, nec uirginitatis gratiam. Et de me le-  
uis cura. Vos mœreo, uos considero. Remanserunt mihi onera coniugi, abiere adiun-  
ta. Quanto mallem in hos nunquam uenisse usus. Potestis tamen excusare patrẽ, ableua-  
re matrem, si quid in nobis amissum est, in uobis representet. Hoc solo nos coniugi nõ  
pœnitebit, si uobis labor noster profecerit. Proximum putabo, matrem esse uirginũ, ac  
si uirginitatem tenerem. Considerate filie quam sibi ueniens in has terras dominus Iesus  
matrem elegerit, salutem mundo daturus. Per uirginem uenit, & mulieris lapsus partu  
uirginis soluit. Vestra quoq; integritas meos soluat errores. Quid boni sit uirginitas, cõ-  
siderate. Destitutam me certum est presidio egere: sed si uolueritis sic manere, nullius o-  
pem requiram, abundabit mihi ad omnem opitulationem uestræ integritatis corona.  
Quis non dicet beatam, quam nunc miseram putant? Quis non honorabit tot uirginũ  
matrem? Quis non uenerabitur aulam pudoris? Multas fœminas scriptura diuina in lu-  
cem euexit, palmam tamen publicæ salutis solis uirginibus dedit. In ueteri testamento  
terra ac mari clausum Hebræorum populum uirgo per maria pedes duxit. In Euangelio  
authorem mudi & redemptorem uirgo generauit. Virgo est Ecclesia, quam studuit A-  
postolus uirginem castã assignare Christo, uirgo est filia Sion, uirgo est ciuitas illa Hie-  
rusalem quæ in cœlo est, in quam nihil commune intrat atq; immundum, uirgo est & il-  
la quam uocat Iesus, cui & dixit: Ades huc à Libano sponsa, ades huc à Libano, transi-  
bis & pertransibis à principio fidem. Non solum transit uirgo, sed etiam pertransit, quæ  
festinat ad sponsum. Transit seculum, pertransit ad Christum: uel quia ea quæ Christo  
se dicauerit, transeundo ad cœlestia, terrena pertransit. Nam & ipse sponsum sic ue-  
nit ad sponsam suam, ut saliat super montes, transiliat super colles. Addit adhuc ad lau-  
dem uirginitatis: Hortus clausus, soror mea sponsa, hortus clausus, fons signatus: quod  
meliores

1. Cor. 7

ibidem

2. Cor. 11

Cant. 4



meliores afferat fructus clauſtro pudoris ſepta uirginitas, in qua intemerata permaneat caſtita-  
 tis ſignacula. Hunc hortum animæ ueſtræ, hunc fontem ſeruate puri liquoris, ut  
 eum in uobis nemo perturbet, nemo reſignet: quem genitalis in uobis origo ſignauit.  
 Nemo auferat animæ ueſtræ uineam, & uilia olera ſerat. Vineam enim quædã fructus uir-  
 ginalis eſt: coniugia uelut olerum plantaria ſunt, in quibus frequens zelus eſt: & ideo ſi-  
 cut olera herbarum, cito cadunt atq; marceſcunt, niſi ſinẽ imponat ſeneſtus, aut ad per-  
 ſectum uehat continentia. Non ueniat ergo in uos Achab, qui concupiſcat uineam ue-  
 ſtram delere & extinguere: nec ueniat in uos Iezabel, uanum illud & ſeculare profluui-  
 um. hoc enim ſignificatur uocabulo, uana & uacua redundantia. Sed ueniat Nabuthe,  
 qui uenit à patre, ſicut indicat nominis ipſius interpretatio, qui uineam ſanguine defen-  
 dat ſuo, & pro ea mortem offerat. Hic eſt qui lapidatus pro nobis eſt, pro nobis mortu-  
 us, pro nobis falſis appetitus teſtimonijs. Qui pauper huc uenit, cum diues eſſet, ut uos  
 eius inopia ditaremini. Hic eſt uitis, qui redundantibus gratiæ ſuæ fructibus repleuit u-  
 niuerſum orbem terrarũ. Hic in ueſtris pectoribus alta maneat defixus radice, ut & fru-  
 ctus ueſter exuberet, & liquoſe gratiæ ſpiritalis corporei uaporis incendia temperen-  
 tur. Hic eſt qui uenit in nube leui, ſicut dixit propheta: Ecce dominus ſedet ſuper nubẽ  
 leuem, & ueniet in Aegyptum: ſignificans quod in Aegyptum, id eſt, in afflictionem i-  
 ſtam mundi huius ueniret per uirginem. Nubem itaq; Mariam dixit, qui carnem gere-  
 bat: leuem, quia uirgo erat, nullis oneribus grauata coniugij. Ipſa eſt uirga germinãs flo-  
 rem, quia pura, & ad dominum libero corde directa uirginitas, quæ nullis in hoc ſeculo  
 curarum anfractibus refleſtatur. Ideo illam dominus de cruce diſcipulo ſuo dilectiſſi-  
 mo ſibi tradidit ſancto Ioanni, qui dixit patri & matri ſuæ, non noui uos. Deniq; uoca-  
 tus à Chriſto reliquit patrem, uerbum ſecutus. Huic traditur uirgo, qui ſuos neſciat: huic  
 traditur uirgo, qui de pectore Chriſti hauriat ſapientiam: huic traditur uirgo, qui fratres  
 ſuos non cognouit, & filios ſuos non ſciuit. Ideoq; benedicit eum lex: Date Leui ueros  
 eius, date Leui ſortes eius. Vnde & matrem domini ipſe ſuſcepit. Scriptum enim habe-  
 mus, quia ex illa hora ſuſcepit eam diſcipulus in ſua. Quid eſt in ſua, cum reliquerit pa-  
 trem, & Chriſtũ ſecutus ſit? Aut quomodo in ſua, cum ipſi Apoſtoli dixerint: Ecce nos  
 reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te? Quæ ſua habebat Ioannes, qui mundana & ſecu-  
 laria non habebat, quia de mundo non erat? Quæ ergo habebat ſua, niſi ea quæ à Chri-  
 ſto acceperat? Bonus uerbi ſapientiæq; poſſeſſor, bonus receptor gratiæ. Audite quæ  
 Apoſtoli à Chriſto acceperint: Accipite, inquit, ſpiritum ſanctum. quorum remiſeritis  
 peccata, remiſſa erũt: & quorum detinueritis, detenta. Neq; enim mater domini Ieſu ad  
 poſſeſſorem gratiæ non demigraret, niſi ubi Chriſtus habebat habitaculum. Date ergo  
 & uos filij mei uero illi Leui ueros eius. Eſtote nubes, ſed leues. Eritis profecto, ſi able-  
 uet uirginitas onera conditionis, & tenebras huius limoſe carnis illuminet. Ideo dicit il-  
 la: Nigra ſum, & decora, filia Hieruſalem. Nigra per carnem, decora per uirginitatẽ. Nu-  
 bes itaq; ſunt, & graues nubes, quæ nupſerint. Nanq; à nubibus uerbum nubentium tra-  
 ctum arbitror. Deniq; operiuntur ut nubes, cum acceperint nupturæ uelamina. Et uerẽ  
 graues nubes, quæ ſuſtinent ſarcinam matrimonij. Nam etiam grauari aluo ferunt, cum  
 ſemina conceptionis acceperint. Date ergo Leui ueros eius. Quid tam uerum quàm in-  
 temerata uirginitas, quæ ſignaculum pudoris & clauſtrum integritatis genitale cuſto-  
 dit? At uerò cum in uſum coniugij iuuenula deſloratur, amittit quod ſuum eſt, quando  
 ei miſcetur alienum. Illud ergo uerum quod naſcimur, non in quod mutamur: quod à  
 creatore accepimus, non quod de contubernio aſſumpſimus. Date ergo uero illi Leui,  
 illi ſacerdotum principi, uero Aaron, uero Melchiſedech ueros eius, quales ipſe condi-  
 dit, non quales ſeculi huius uſus efficit: ut opus ſuum in uobis & illud genitale ſignacu-  
 lum inuiolatum atq; integrum recognoſcat. Date illi, exhibete illum Adam qui fuit an-  
 te peccatum, illam Euam quæ fuit ante quam lubricum ſerpentis hauriret uenenum, pri-  
 tiſquam eius ſupplantarentur inſidijs, quando non habebant quo confunderent. Nam  
 utiq; nunc, licet bona ſint coniugia, tamen habent quod inter ſe ipſi cõiuges erubeſcãt.  
 Tales ergo eſtote filij, quales Adam & Eua in paradifo fuerunt. De quibus ſcriptum eſt,  
 quod poſtea quàm de paradifo eſt eiectus Adam, cognouit Euam uxorem ſuam, & illa  
 concepit, & peperit filium, cui nomen Abel. Melior itaq; ſecundus, quàm prior fructus:  
 quia

quia iste immaculatus, ille maculosus. Iste adhaerens deo, & totus à domino: ille munda-  
na & terrena possessio. Deniq; in isto mundi redemptio annunciat, ab illo mundi rui-  
na. In hoc Christi sacrificium, in illo diaboli parricidium. Nihil ergo uobis sit filij cum  
possessione seculi, nec terrena uobis & Iudaica possessionis ullos uindicandos esse sor-  
titus arbitremini. Legimus quidem quia Moyses, id est lex, terras bello & caede quaesi-  
tas, sorte distribuendas Hebraeorum populo censuerit, quarum possessionem sibi Sal-  
phae filiae postularunt, quia Salphae filiae. Tamen idem Moyses Leuitis non diuisit ter-  
ram, quorum non erat terrenus, sed superior incolatus, sed ijs sine labore terreno sacri sti  
pendia ministerij deputauit. Salphae autem filiae quid sunt quae terram petunt, nisi (ut in-  
terpretatio docet) oris obumbratio? Quae utiq; in illis est, quibus non est uerbum in ore  
ipsorum, nec in sermone eorum ueritas: sicut in populo Iudeorum, qui nolunt Christum  
deum dei filium confiteri. Tales igitur terram requirunt, & huiusmodi postulant posses-  
sionem, in qua tota uitae suae aetate defudent, & pro fructibus spinas curarum & sollicitu-  
dinum merant. Fugite ergo filiae umbram oris, quae in lumen aeternum creditis, quod il-  
luminat omnem hominem, qui non tanquam in umbra Christum, sed in lumine confite-  
mini. Populus qui sedebat in umbra mortis, lux orta est illis. Fuimus ergo in umbra, sed  
nunc iam non sumus, qui Christum fatemur. Atq; utinam licuisset & mihi dicere, qui Chri-  
sto profiteamur. Et tamen profiteamur: ego uirginitatem, uos uirginitatem. Fiat in nobis  
ore ad salutem confessio. Date ergo Leui illi salutari nostro sortes eius. Sors eius Leuiti-  
ca est, sors eius uirginitas est, sors eius uirginitas est: quoniam non solum uirgo, sed etiam  
mulier innupta cogitat quae sunt domini. Vnde & Apostolus dixit: In quo & forte con-  
stituti sumus. Sicut enim in ueteri testamento terra sorte diuisa est, ita in Euangelio sorte  
quadam domino deputamur. Vnde & scriptum est de Euangelistis: Diuiserunt sibi ue-  
stimenta mea, & supra uestimentum meum miserunt sortem. Et Apostoli, cum eligendus esset  
duodecimus Apostolus in locum Iudae, sorte munus apostolatus deferendum arbitrati  
sunt. Itaq; oratione facta, ut de duobus dominus quem uellet eligeret: sors cecidit super  
Mathiam. Illa igitur uetus, terrena sortitio, haec spiritualis. In illa census seculi materialis, in  
haec personalis officij. Ibi possessio curarum, hic diuisio gratiarum. Illic possidemus arua ple-  
na laboris atq; moestitiae, hic possidemus a Christo. Vnde sanctus domini dicit: Possedi-  
sti renes meos. Hic filij possideat renes uestros, ut in illis seminaria maneant castitatis,  
incentiua uirtutum. Ideoq; dicite uos Christo, confitemini ei, ut dicatis: Portio mea do-  
minus. Non potest hoc nupta dicere, sed innupta. Nupta enim quaerit uiro suo placere,  
innupta autem Christo. Illa mundi, haec Christi possessio est. Christi possessio Leuita est,  
qui nihil sibi de terris uindicat. Qui quaerit uxorem, non potest dicere: Portio mea domi-  
nus. Deniq; Christi minister quid ait: Argentum & aurum non habeo, sed quod habeo,  
do tibi: In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Hoc enim acceperat, quonia-  
am aurum non desiderauerat. Deniq; missus erat sine uirga, sine sacculo, sine pecunia. Et i-  
deo gloriabatur, quia non habebat quod non acceperat. Non enim erubescere in pau-  
pertate, quem pauper redemerat. Ideoq; dixit: Surge & ambula: quia legerat: Iste pau-  
per clamauit, & dominus exaudiuit eum. Sit ergo uobis portio dominus, dominus qui  
sterilem & parientem facit. Vranq; facit: sed altera in tristitia parit, altera in sterilitate  
laetatur: Cui dicitur: Laetare sterilis quae non parit, erumpe & exclama quae non parturis.  
Habet enim filios sine partus dolore. Vnde & dicitur de Ecclesia: Quis audiuit si partu-  
riuit terra uno die, & gens nata est simul? Vno autem die terra non parturit, sed parit gra-  
tiam. Venit paschae dies, in toto orbe baptismi sacramenta celebrantur, uelantur sacrae uir-  
gines. Vno ergo die sine aliquo dolore multos filios & filias solet Ecclesia parturire. I-  
deoq; pulchre dicitur: Et gens nata est simul, de populo consecrato. Videtis mysteria, ui-  
detis gratiam Christi, gratiam spiritus sancti, quae uelut quadam sorte defertur: quoniam  
non ex operibus, sed ex fide unusquisq; iustificatur a domino. Sicut enim sortis euentus  
non in nostra est potestate, sed quem casus attulerit: sic gratia domini non quasi ex mer-  
cedis merito, sed quasi ex uoluntate defertur. Vnde & Apostolus ait de diuisionibus gra-  
tiarum, quae diuerso modo dei seruis deferuntur. Haec autem omnia operatur unus at-  
que idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Prout uult, inquit, non prout debetur.  
Deniq; & dominus ait illis, uberiorem mercedem pro opere postulantibus, & conque-

Nume. 27

Esai. 6

1. Corin. 7

Ephes. 1

Ioan. 19

Acto. 1

Psalm. 138

Psalm. 18

Act. 3

Psalm. 33

Esai. 54

Galat. 3

1. Corin. 12

- Matth. 20* rentibus quòd parem accepissent cum ijs qui posterius aduenerant: Si ego bonus, oculus tuus quare nequam est? Date ergo filij sortes uestras ei qui ultra meritum laboris remunerationem suis donare consuevit. Date ueritatem ipsius uiro sancto, id est, integritatem. Ipsius enim est integritas, qui immaculatus aduenit. Veritas, itaq; uirginitas: corruptela, mendacium est. State ergo in corde uestro, sicut bona uinea in propagine sira.
- Psal. 105* Multae enim tentationes sunt, ideoq; ait scriptura: Tentauerunt eum in tentatione, & maledixerunt ei super aquam contradictionis Cades. Tentatur uirginitas à plerisq; petitoribus, & cum uoluerit uirgo perseuerare, existunt qui contradicant. Contradicit petitor, & refutatus maledicit. In opprobrio esse uidetur innupta uel uirgo, uel uidua. Cades enim innupta est, quae est sancta corpore & spiritu, & domino se dicauit, quae reliquit parentes, & non facit uoluntatem eorum, qui solent dicere: Debes nobis filia nepotes. Cades est quae filios nescit. Quod si illa diuitijs seculi praefert opprobrium Christi, quod necesse est subeat, qui querit Christo placere: quato magis uos, quos pater prouocat ad integritate, mater hortatur id sequi quod conuenit? Bonum est ergo uirginitas. Deniq; qui iudicauit, inquit, in corde suo seruare uirginem suam, benefacit. Igitur & qui matrimonio iungit uirginem suam, benefacit: & qui non iungit, melius facit. Ille bene facit propter laqueum, hic melius facit propter utilitate. Illud pro remedio, istud pro premio. Beatior autem erit quae sic manserit secundum meum consilium. Puto enim quod & ego spiritum dei habeam. Sequimini ergo filiae consilium Apostoli, donum spiritus sancti. Sumite ergo & uos sicut sumpsit Maria soror Moyli & Aaron tympanum in manibus uestris, & exite, dicentes: Cantemus domino, gloriose enim honorificatus est, equum & ascensorem proiecit in mare. Mortificate membra uestra, ut tympani modo nulla in ijs lasciuia carnis exastuet, omnisq; flagrantiae coporalis sensus intereat. Nesciat in ijs nisi in mortuis uoluptatibus solus spiritus resultare. Si enim mortui fueritis peccato, uiuetis deo.
- Rom. 6* Viuetis autem si non regnet in corpore uestro mortuo ulla concupiscentia. Versate manibus uestris crucem domini Iesu, & in uestris eam operibus ableuantes, calcate mundi huius profundum, & pertransite, ut ille sicut equus ad hinniens in libidinem, nullum locum inueniat in uobis, & quicumq; uoluerit persequens comprehendere uos, demergatur. Dexteram laeuaq; circa uos aquae murus sit, ut uapor omnis corporis temperetur, donec ad illos intelligibiles duodecim fontes, & septuaginta arbores palmarum, ad illam magnam requiem sabbati diuina uos dignatio perducatur, & in monte hereditatis suae plantare dignetur, ubi sancta Maria choros ducit. Induite ergo filiae dominum Iesum, quaerite ueram sapientiam, de qua dicit sanctus Iob: Sapientia autem unde inuenta, aut qui locus disciplinae? Abyssus dixit: Non est in me. Mare dixit: Non est mecum. Bene abyssus dixit, non est in me, quia resurrexit. Non enim habet quem tenere non potuit. Deniq; habes in
- Matth. 28* Euangelio, quia angeli dixerunt mulieribus ad sepulchrum uenientibus: Iesum qui crucifixus est, quaeritis: non est hic, sed surrexit. Quid est, non est hic: id est, non est in sepulchro, non est in infernis, sed in caelestibus est. Mare quoq; hoc est, seculum dicit, mundus hic dicit, non est mecum: quia supra mundum est, quem uitae humanae lapsus atq; illecebra non immutauit: quia peccatum non fecit, nec est dolus inuentus in ore eius. Abyssus ergo dixit: Non est in me. Mare dixit: non est mecum: sed caelum non dixit, quia non est apud se, quem receperat resurgentem. Paradisus non dixit: non est in me, quem regnare in se absoluto quoq; latrone cognouerat, sicut ipse dominus dixit: Hodie mecum eris in paradiso. Attrahite filiae sapientiam in interiora uestri cordis promptuaria, quoniam ea est auro argentoq; preciosior, quam mors nescit: quia non mortui laudant dominum, sed uiuentes.
- Psal. 113* Et uos igitur ut uiuatis, laudate dominum, & laudate eum diebus ac noctibus. Laudabitis autem, si ab eo nulla uos auertat cupiditas matrimonij, & cura mundi: quoniam quae coniugium sortiuntur, sollicitantur mundi huius negocijs. Considerate filiae quid uotis debeatis parentum. Aperuimus ad deum os nostrum, uotum est uoluntas parentum.
- Iudic. 11* Nos orauimus, uos soluite. Quanta uis sit in uotis parentum, lepte Galaaditae filia uos debet docere, quae ne frustraretur oblationem patriam, etiam mortem suam obtulit. Nam cum illi sollicitus de belli periculo uouisset, si prosperior pugnae euentus foret, id quod regrediendi domum suam primo sibi occurreret, deo se immolaturum: ubi uictoria potitus est, occurrit filia, laeta praeter ceteris gaudio uictoriae & pietatis officio. Ingemuit pater non affectu,

non affectus immemor, sed memor uoti. Quæsiuit causam filia, respondit ille quid domino promississet. Tum illa hortata est, ut promissum deo munus impleret. Itaque incautam patris oblationem sanguine suo soluit. Hæc uobis filia sint commendata. Tu autem fili quem mihi uerus Helcana, id est, dei dedit possessio, postulatus meus, petitus meus (inde enim etiã Samuel nomen accepit.) Tu, inquã, impetratus meus, & uotiuus meus, qui quomodo in uterũ meum ueneris nescio (iam enim desperauerã sobolem sexus uirilís) quem mihi uota mea, non aliqua solennis coitus secreta formarunt. Tu, inquã fili, agnosce à quo donatus sis mihi. Ille tua ora plasmauit, ille tua membra distinxit, ille mea orata suscepit, cuius templo, cuius obsequio te antequam nascereris sacraui. Non parentibus, non tibi, sed deo natus es: cuius antequam de uulua matris exires, esse cœpisti. Et omnes quidem illius sumus, sed tamen tu specialiter promissus domino. Tu reddideris, quia scriptum est: Vouete & reddite domino deo uestro. Ego misera, ego indigna, & tamẽ quasi Anna promisi, ut omnibus uitæ tuæ diebus ac noctibus à conspectu domini non recedas. Ego promisi, tu exequere. Dominus sibi hostiæ suæ munus implebit. Hæc & alia pia mater. Quæ postquam congruentem filiorum uidit affectum, ablactatum suum uberibus gratiæ spiritualis in templũ domini deducens, conuersa ad preces: Confirmatum est inquit, cor meum in domino, exaltatum est cornu meum in domino. Dilatum est os meum super inimicos meos, lætor in saluari tuo: quoniam non est sanctus alius quomodo dominus, & non est iustus quomodo deus noster, & non est sanctus præter te. Ista igitur ad filios mater dicit, quæ simul & uirginitatis in se, & integritatis in liberis titulos in domino suã intulit, quasi quosdam fœmineos principatus. Egregia sanè fœmina, quæ sibi nihil reliquit: totum quod habuit, deo obtulit. cuius uita institutio disciplinæ est, & quædam formula castitatis, bono proposito, & meliore magisterio. Exemplum enim uirginitatis, & uirginitatis magisteriũ est. Procedit in Ecclesiam filiarũ uirginũ septa comitatur, domesticum decus inuehens: & inuenit in Ecclesia quod suũ dicat, filium sacrarũ lectio num oracula personantẽ: ut uideantur sibi sorores domi discere cum frater auditur. Mater quoque ad imitationem cœlestis exempli gaudet se proficere de filio, & omnia legentis uerba pio mandat affectu, & sedulo corde cõseruat. Sed quamuis nil maternis defuerit hortationibus, ego quoque uos filia uel paucis alloquar: Querite dominum Iesum, qui nos monet ut quæramus regnum dei, & ecce omnia, inquit, suppetent uobis. Sed malo ego uos ante meritum deferre, & sic exigere mercedem. Bona merces, sed diuiniõ dispensator mercedis & auctor muneris. In regno merces, in Christo remunerandi potestas. Querite illũ in scripturis diuinis, ibi Christus inuenitur, & dicite sicut illa dicebat: Annuncia mihi quem dilexit anima mea. Sed Synagoga quærebat quem amiserat, uos quærite quem non amittatis. Sed cur Synagoga dicis, quem dilexi, & non dicis, quẽ diligor: ideo non tenes, quia dilexisse te dicis. Cur nõ potius adhuc diligis ut possis tenere? Verum illam omittamus. Tu uirgo cum cœperis quærere, adest. Neque enim fieri potest ut desit querentibus se, qui palam factus est non quærentibus, & inuentus est non interrogantibus. Dũ tractas & cogitas præsto est. Disce interrogare cum uenerit, ubi pascat, ubi maneat, sicut illa dicebat: Vbi pascis, ubi manes in meridiano? Vbi enim Christus manet, nisi ubi iustitiæ meridiẽs fulget: Ideoque sacratæ scripturę docetur testimonio, qui dicit: In sole posuit tabernaculum suum. Vnde & alibi idem dicit Propheta, In lumine tuo uidebimus lumen. Lumen filius est: lumen & pater qui uidetur in filio. quoniam filius splendor gloriæ patris, & imago substantiæ eius est. Sed etiam in tuo lumine uirgo Christum require, in bonis cogitationibus, in bonis operibus, quæ luceant corã patre tuo qui in cœlis est. Quære in noctibus, quære in cubili tuo, quoniam & nocte uenit & pulsat ianuam tuam. Vult enim te omnibus inuigilare momentis, uult ianuam tuæ mentis patentem inuenire. Est & illa ianua quã uult patere ut aperiatur: ut resonet os tuum laudem domini, gratiam sponsi, crucis confessionem, cum symbolum recenses, psalmos in cubiculo tuo concinis. Ergo cum uenerit, uigilantem te inueniat, ut parata sis. Dormiat caro tua, uigilet fides: dormiant illecebræ corporis, uigilet cordis prudentia: membra tua redoleant crucẽ Christi, & sepulturæ odore: ut nihil nisi somnus caloris infundat, nullos excitet motus. Ipsa est anima quæ se Christo aperit, quã nulli uapores carnis exagitant. Cum hæc inuenierit sponsus, transibit. anima tua illũ sequatur, discedat à cubili suo, exeat in

Psalm. 75

1. Reg. 2

Matth. 6

Cantic. 1

Psalm. 18

Psalm. 35

Hebr. 1

Matth. 5

Luc. 12

- exeat in uerbo eius, sicut scriptum est: Exiuit anima mea in uerbo tuo: id est, peregrinetur a corpore, ut deo adsit: quonia cum est in corpore, peregrinatur a Christo. Vnde & Apostolus ait: Audemus ergo & contendimus magis peregrinari de corpore, & adesse ad dominum. Et ideo contendimus siue absentes, siue presentes placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut reportet unusquisque propria corporis sicut gessit, siue bonum, siue malum. Quam cito causam probauit, qua corpus resurgit: Oportet enim carnem resurgere, que remunerationem suorum est adeptura gestorum: ut que in corpore gessimus, in corpore recipiamus. Vult igitur se dominus sapius quari: discedit, currit ut resuscitet gratiam, quam uult a te, etiam in te resuscitari: sicut habemus ad Timotheum scriptum: Propter quam causam admoneo te, ut resuscites gratiam dei que est in te per impositionem manuum mearum. Quae autem resuscitauerit gratiam, fit uulnerata charitatis, sicut illa dixit: quia uulnerata charitatis ego sum. Si suscitaueritis & resuscitaueritis charitatem, quid istud sit, poterimus intelligere (si repetamus) quia sagitta est dominus Iesus, cui dicit pater: Posui te sicut sagittam electam: & quia ipse est charitas. Sunt utique iacula charitatis, quibus uulnerat sese quarentes. Denique & alligati uinculis ipsum sequuntur, quia quos uulnerat, ligat. Ergo sunt etiam uincula charitatis, quibus ligatus est Paulus, qui ait: Paulus uinctus Iesu Christi. Vulnera autem charitatis esse, docet Iob, quo nemo amplius Christum dilexit, qui diligebat etiam in ipsis sui corporis cruciatibus. Vnde dicebat: Sagittae autem domini in meo corpore sunt, quarum furor ebibit sanguinem meum: cum coepero loqui, compungunt me. Sunt ergo charitatis uulnera, & bona uulnera. Denique meliora uulnera amici, quam uoluntaria oscula inimici. Hieremias quoque aestuabat, & ignem charitatis quo inflammabatur ad officium prophetandi, ferre non poterat. Denique demergebatur in lacum, quia Iudaeis futura excidia annunciabat, & tacere non poterat. Lapidabatur Stephanus, & illa pro Christo uulnera quasi uulnera charitatis pio excipiebat affectu. Vapulabant Apostoli, & congratulabantur. Quam bonus est dominus, pro quo dulces & iniuriae sunt, & grata mors. Et bene grata, quae acquirit immortalitatem. In omni, inquit, tempore sint uestimenta tua candida. Quid candidius uirginitate? quid nitidius intacti uestimento pudoris? Bona quidem castitas coniugalis, & castitas uirginitatis. Munda omnis castitas: sed forte non omnis candida, aut non candida in omni tempore. Non candida, quando non habet quis sui corporis potestatem, quando ad tempus sequestratur oratio. De uirginitate ergo pulchre dicitur: In omni tempore sint uestimenta tua candida, & oleum in capite tuo: ut faces tuae semper possint lucere, nec extinguantur cum coeperit sponsus ille coelestis uenire. Quam autem unctionem in capite tuo Ecclesiastes dixerit, de Pro uerbis colligimus: quia oculi hominis in capite eius, id est, sapientiae tuae sensus. Ideo forte & euangelica mulier illa laudatur, quae pedes domini capillis suis terfit, quod fide se humiliauerit, ne per carnis elata sapientiam uideretur, quam legi subditam uerus oculorum interpres Paulus negauit, eo quod Christo subiceretur. Et pulchre hoc possumus intelligere etiam corporaliter: quoniam in propheticis scriptis reprehenduntur filiae Sion, quod alta ceruice procederent, nutibus oculorum, & itinere pedum trahentes simul tunicas, & ludentes pedibus. Et ideo gloriam uestis earum, & ornatus earum, crines & cincinnos dominus ablaturum esse se dicit. Recte ista mulier sparsit capillos suos, ut non dos crinium euangelica solueret disciplina. Vnde & Apostoli dixerunt: Non in plicatu capillorum, sicut Petrus docuit: neque in tortis crinibus, aut auro, et margaritis, uel ueste preciosa, ut Paulus asseruit: sed magis interioris hominis ornamenta foeminae requirenda: quoniam illa absconditus cordis homo, qui est pauper seculo, ipse est locuples deo. Audistis filiae, quia pauperes uos uocatis. Quis autem est homo diues, cum multis egeat, nisi ille cui non est graue peccatum in conscientia? Bona est enim, inquit, substantia, cui non est peccatum in conscientia. Audistis, inquam, in quo possitis apud deum esse locupletes, ut sit in uobis, inquit, incorruptibilis & modestus spiritus. Bonae enim diuitiae sunt innocentiae atque simplicitatis, quibus peccatum non imputatur, quia nulla in his doli fraudisque uersutia est. Omnis enim simplex obrectare non nouit, nescit inuidere: suo contentus est, aliena non quaerit. Et si egeat, sibi diues uidetur, si suppetat quod alimento est satis. Denique pulchre Apostolus Paulus: Et profunda, inquit, paupertas eorum abundauit in diuitijs simplicitatis

citatis eorum. Et quia Ecclesia congruis erat ornatibus compta, & de Christo lumen accipiens resplendebat, potest etiam sic locus ille accipi, eo quod Synagoga ad Ecclesiam dicat: Vbi pascis, ubi manes in meridiano: ne forte fiam circumamicta super greges sodalium tuorum. Mercennaria esse desiderat, quæ sibi vindicabat antè dominatum. Quam damnosa perfidia est. Sed quia incredula, immitis, sacrilega, ideo eam à gregibus Ecclesie suæ separat Christus, dicens: Nisi scias te ò decora in mulieribus: hoc est, prius te quæ sis ipsa cognosce, & tunc pete, ut meis gregibus appropinques. Et bene in mulieribus decora dicitur Synagoga, non in uirginibus, quæ Euam mulierem sequebatur, per quam lapsus aduenit. Ecclesia autem decora in uirginibus est, quia uirgo sine ruga est. Scire ergo debet siue uir siue mulier, quia ad imaginem dei est & similitudinem. In quo enim ad imaginem dei sumus, nisi in animæ substantia & mentis uigore? Hæc nostra omnis portio. Denique David inquit: In deo sperabo, non timebo quid faciat mihi caro. Non ergo caro sumus, sed spiritus. De Iudæis autem dictum est: Non permanebit in ijs spiritus meus, quia carnes sunt. Non aurum sumus, non pecunia, non diuitiarum copia. Illa enim nostra. Et ideo tibi dicit Moyses: Attende tibi, hoc est, animæ tuæ, ne pereas, ne carnalis fias. Attende tibi, hoc est, imaginem quam à Christo accepisti, similitudinem ad quam factus es. Ipsam serua imaginem, quam Christus in te operibus suis pinxit: sicut ipse ait ad Hierusalem, id est, ad animam pacificam: Ecce ego Hierusalem pinxi muros tuos. Attende ergo tu præcipue fili: attende tibi ut & tu læteris in iuuentute tua: cui dicit scriptura: Lætare adulescens in iuuentute tua. Non unius tibi dicit tempus ætatis. Est quasi quidam flos uitæ, bonorumque ætas operum, de qua scriptum est: Renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua. Et oblectet, inquit, te cor tuum in diebus adolescentiæ tuæ, & ambula in uia cordis tui sine macula, & in aspectu oculorum tuorum, & non in audacia oculorum tuorum. In aspectu utique spirituali, non audacia seculari. Et scito quod super hæc omnia adducet te deus in iudicium, & repelle iram à corde tuo, & amoue nequitiam à carne tua. Attende tibi uirgo & tu, ut insistas orationi, & uultus tuus assidua obsecratione palleat. Sed ante orationem præpara animam tuam, ut non uidearis tentare deum, cum deprecaris: ut id quod oras, mores tui loquantur, fides adiuuet, opera commendent. Attende tibi, quod dico tibi: cuiuscunque uirgini loquor. Nam tibi piæ non deest institutionis magistra. Attende, inquam, uirgo sacra præsertim professioni, & ab hominis irreuerentis oculis caue. Et si ad tempus præterierit quasi uiator, tamē os suum aperit, & ab omni aqua proxima bibet, ut te inebriet. Nullus sit tuus sine matre progressus, quæ sit anxia tui custos pudoris. Ipsa quoque ad ecclesiam progressio rarior sit adolescentulis. Considera quanta fuerit Maria, & tamen nusquam alibi, nisi in cubiculo reperitur cum quaeritur. Illa te doceat quid se queris. Angelum in specie uiri uidit, & pauebat corde, peregrinabatur aspectu. Unde dicit ad eam angelus: Ne timeas Maria. Decet solitudo uerecundiam: & gymnasium pudoris, secretum est. Quid enim tibi uel ad proximam facile accedere? Pes fatui facilis in domum proximi: qui autem sapiens est, uerecundatur. Inde nascuntur fabule, de quibus pulchre admoneris ut caueas, cum dicit tibi uir sapiens: Quis dabit disciplinam meam custodiam, & supra labia mea signaculum certum, ne cadam ab illis, & lingua mea perdat me? Si uiriliter sexus iubetur tacere coram senioribus, quam indecorum est uirgines loqui, & uarios serere sermones? Esto ut imperes tibi silentium, nunquid potes alijs imperare, ne audias? Potest quis aliquando frenos ori suo imponere, & uerbis stateram, auribus non potest. Loqui enim in nobis est, audire ex aliena pendet potestate. Sæpe enim audimus quod nolumus. Quid deinde aliud nos scriptura admoneat consideremus. Non iurandum, inquit, facile, quia plerumque multi casus accidunt, ut non possimus implere quod iurauerimus. Qui autem non iurat, utique non peierat: qui autem iurat, aliquando necesse est incidat periurium, quia omnis homo mendax. Noli ergo iurare, ne incipias peierare. Nec ipsam quidem liberiolem læticiam in uirginibus decet esse. Quæ si non habet quod fleant, lapsus fleant peccantium. Etenim quæ aliorum lapsus fleuerit, suos cauebit. Fleant postremo uel illa contemplatione, ut hic flentes, illic accipiant consolationem: ne sicut diues ille qui hic luxuriatus est & illic poenas graues subire domini declaratur oraculo, & tu audias: Recepisti bona in uita tua. Quamto beatior Lazarus qui hic fleuit, & illic exultat: hic esuriuit, & illic epulatur? Si uis ergo & tu bonam læticiam sequi, demonstrat tibi Ecclesiasticus

Cantic. 1

Psalm. 55  
Gene. 6

Eccle. 12

Psalm. 102

Eccle. 18

Luc. 1  
Eccle. 21

Matth. 5

Psalm. 113

Luc. 16

- Eccle. 9* liber, quam sequi debeas, qui ait: Veni, manduca in lætitia panem tuum: quoniam iam placuerunt deo facta tua. Quid autem idem Ecclesiastes monuerit nos omnes de immoderatione ridendi, consideremus. Sicut uox, inquit, spinarum sub olla, ita risus stultorum. Nempe spinæ cum ardent, sonant, & cito exuruntur, ut nullus calor sit effectus. Unde & Iudæis dictum est: Exarserunt sicut ignis in spinis. Exusti sunt enim suo risu, & conflagnarunt in domini passione, quando in anime sue incubantur incendiū, dicentes: Sperauit in domino eripiat eum, saluum faciat eum, quoniam uult eum. Et deridentes percutiebant calamo caput eius, & spinis eum coronabant, atque acetum ei ut biberet, offerebant. Ille risus Synagogam incendit in æternum. Sic ergo est risus stultorum, qui sine gratia sonat, & ollam sui corporis urit. Merito negabat Sara quia riserat, ne uideretur ridendo de effectu promissorum dubitasse cœlestium: & tamen ille risus plenus grauitatis fuerat & pudoris, quem nemo alius testis nisi deus solus, cognosceret, quem occulta non fallunt. Quam pulchrum & illud: Noli festinare in spiritu tuo irasci, quia ira in sinu stultorum requiescit. Hoc est, est causa sit quæ moueat indignationem, non sit festina uindicta: ne immoderatus calor indignationis exaestuēt. Non potest igitur auferre quod naturalis est motus, sed moram inferit: ut medicina consilij temperet iracundiam. Sic enim Dauid ante iam dixerat: Irascimini, & nolite peccare. Non quo imperaret iracundiam, sed quod id quod natura esset, auferre non posset: & quasi bonus medicus remedium daret, ut ipsa iracundia non noceret. Denique etiam si quis prolapsus esset corde, quoniam ira nescit tenere moderamen, sua det ut compungatur in cubilibus suis, & suum unusquisque condemnet errorem. Sic enim scriptum est: Quæ dicitis in cordibus uestris, in cubilibus uestris compungimini. Voluit itaque omnes homines suorum dilectorum esse censores, ut & qui publico testimonio non tenetur, seipsum iudicem qui in occulto lapsus est erubescat, & aculeo quodam coerceat amaritudinis & pudoris. Quid de parsimonia loquar, cum sapiens dicat: Aufer a me uentris concupiscentias, & concubitus cupiditas ne apprehendat me: Nec infirmitatem ex ieiunio, & abstinentiam reformides. Infirmitas enim grauis sobriam facit animam. Quo modo etiam docent Salomonis proueria, bonæ opinionis studendum, dicendo: Potius est nomen bonum quam diuitiæ multæ. Quid est enim patrimonium, nisi bona illa gubernatio: unde sanctus Iob dicit: Benedictio morituri super me ueniat, & os uiduae me benedicat. Oculus eram cæcorum, & pes claudorum, in ualidorum pater. Si uidi nudum prætereuntem, & non uestiui: si me non benedixerunt egentes, & de uelleribus ouium meorum humeros eorum non calefecerunt, si abscondi aliquando peccatum meum, quod uel imprudens non ex uoluntate commiserim, si aliquando permisi uacuo sinu exire in opem ianuam meam: His enim nomen bonum paratur. Præ cæteris tamen in uirgine præcellit studium sobrietatis. Sobrietatem dico non uini abstinentiam, sed corporalis lasciuia, quæ grauius quam uino inebriamur. Dat enim calicem ruinae & iræ poculum. Unde & dicit dominus ad Hierusalem: Audi humiliata & ebria non a uino. Ecce accepi de manu tua calicem ruinae, & poculum iræ. Sed hunc calicem quem exinanierit Synagoga, non bibant filia Ecclesiae. De Iudæis enim dictum est: Filia eorum composita, circumornata quomodo similitudo templi. Vos autem templum dei estis, filia eius qui non transfiguratur in angelum lucis, sed uerum lumen de uero est lumine. Ideo in uobis non similitudo, sed ueritas sit. Multæ autem cum studium castitatis profiteantur, affectant adminicula pulchritudinis, ut cōptiores prodeant, nitidior uultu quam sacras domini decet, quibus apostolico sermone respondeo: Quæ mortuæ estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc uel uiuentes de hoc mundo decernitis? Ne tetigeritis, inquit, ne attaminaueritis, ne gustaueritis, quæ sunt omnia ad corruptelam. At non sancta Soteris, ut domesticæ piæ parentis proferamus exemplum, (habemus enim nos sacerdotes nostram nobilitatem præfecturis & consulatibus præferendam, habemus, inquam, fidei dignitates quæ perire non norunt.) at non, ut dixi, Soteris uultus sui curam gerebat: quæ cum esset decora facie ualde, & nobilis uirgo maiorum profapia, consulatus & præfecturas parentum sacra posthabuit fide, & immolare iussa non acquieuit. Quam persecutor immanis palmis cedi præcepit, ut tenebra uirgo dolori cederet, aut pudori. At illa ubi audiuit hanc uocem, uultum aperuit, soli in uelata atque intacta martyrio, & uolens iniuriæ occurrit, uultum offerens, ut ibi martyri fieret sacrificium, ubi solet esse tentamentum pudoris. Gaudebat enim dispendio pulchritudinis, peri-

dinis, periculum integritatis auferri. Sed illi potuerunt quidem uultum eius uulnerum  
 uibicibus exarare, faciem tamē uirtutis eius & gratiā decoris interni nequaquā exarare  
 potuerunt. Hetruscū iuuenem ueteres fabulæ ferunt, cūm propter admirandā oris pro-  
 prii pulchritudinem in amorem accēderet fœminas, stigmatibus inarasse uultum suum,  
 ne qua eum adamare posset. Videro, utrum castus fuerit illius animus, affectus tamen  
 non innocēs, propter quem in se ipse animaduerteret. Ille tamē sola excepit uulnera ne  
 noceret: hæc triumphales retulit martyrii cicatrices: ut imaginē dei quā acceperat, refer-  
 uaret. Seruate & uos hanc imaginē filiæ, seruate scripturæ præcepta diuinæ, ut omne os  
 inquit, obstruatur. Scriptum est enim: Beatus quem tu erudieris domine, & de lege tua  
 docueris eum. Bonus dominus erudit & docet, & plerunq; arguit. Sed etiā quē arguit,  
 beatum facit. Beatus enim homo quē arguit dominus. Et ideo increpatōes eius non  
 refugias, quia charitatis & gratiæ sunt. Ipse enim percutit, & quasi bonus medicus mani-  
 bus suis sanat. Sexies de necessitatibus te liberat, in septimo autē nō te cōtinget malū. In  
 fame eripiet te à mortē, in pugna autē de manu ferri te exuet, à flagello linguæ te abscon-  
 det. Si enim tu nulli putaueris derogandū, alienę linguę flagella nō metues. Mire autē ser-  
 mones maledicorum expressit dicēdo, linguæ flagellū, cuius sonus latē resultat. A quo  
 nos separare cupiens Petrus Apostolus monet: ut non reddamus malū pro malo, & ma-  
 ledictū pro maledicto: sed magis cūm maledicitur nobis, benedictionis referamus gra-  
 tiam. Et ideo dicit: Cohibe linguam tuam à malo, tanquā linguæ flagello: nec timeas uer-  
 borum sonum, si munda est conscientia tua. Bonum est quidem, nullū (si fieri potest) lo-  
 quū obrectationi dare: sed quia pleriq; non uitijs sed uirtutibus derogant, reprehēdant  
 quod laudis est, non inueniāt quod erroris est. Sed, quod peius est, non solum ab aliena  
 lingua, sed etiā à nostra flagellamur. Et hæc sunt grauiora uerba cum ex multiloquio  
 peccatum incurrimus. Et ideo custodi uirgo uias tuas, ut nō delinquas in lingua tua. Et  
 bona loqui, plerunq; crimē est uirginis. Sed quid miraris de uirgine, cūm mulier in silen-  
 tio iubeatur discere? Bonus est pudor quem cōmendant silētia. Susanna periclitabatur  
 & tacebat, ut melius tacito pudore loqueretur. Deniq; inuenit uerecundia defensorem;  
 qui defenderet castitatē. De qua bene dicitur, quod eam à flagello linguæ dominus ab-  
 scondit. Quid de fœminis dicimus? Ioseph tacuit accusatus, ut melius eum innocentia  
 quam lingua defenderet. Tacuit Daniel omnibus sapientior, & ora clausit leonū. Vnde  
 pulchrè sanctus Dauid dicit: Posui, inquit, ori meo custodiam, dum cōsisteret aduersum  
 me peccator. Quid enim uis loqui? Vereris ne te tacēte obiecta credantur? Sed audi bo-  
 num magistrū dicentē sanctū Iob: Ecce rideo opprobriū, & nō loquor: clamabo, & nul-  
 quam iudicium. Id est, criminatō aliquis opprobria iacit: habes quod intra te rideas, si  
 crimen conscientia non recognoscit. Quid enim referas uerba uerbis? Nōdum est iudi-  
 cium: & si clames, non appropinquat. Debentur tibi in hoc seculo multa certamina. Vi-  
 cerat sanctus Iob dāni dolorē, uicerat, imò excluderat luctus acerbitatē in amissionibus  
 filiorū, uicerat uulnerū asperitates, uibices corporis, adhibentē mulieris tentamēta, & ip-  
 sa nō sensit. Adhuc amicorū increpatōnes ad certamē ei ultimū referuant. Luctatus fuit  
 rat cum affectu patrio, luctatus cū dolore corporis & ægritudine: oportebat eum subire  
 etiam sermonū tentationes. Ergo quando uides uiduā dispēdijs aliquibus laborare, aut  
 filiorum incommoditate uel morte, iustum iniurijs affici, noli ex istius seculi incōmodis  
 merita eius pensare, aut mirari quod derelictus à domino sit. Hic quidē luctamur, sed ali-  
 bi coronamur. Non de me tantum, sed de omnibus hominibus communiter sum locu-  
 tus. Nam unde mihi tantū meriti, cui indulgētia pro corona est? Hic lucta, illic brauium:  
 hic militia, illic stipendium est. Ergo dum in hoc modo sum, adhuc luctor, adhuc decer-  
 to, adhuc impellor ut decidā. Sed potēs est dominus, qui impulsus suscipiat, labentem  
 statuatur, nutatē erigat. Quid ergo miraris aliquē laborare? Donec uita est ista, certamē  
 non deerit, non exit corona. Nullus probatur, nisi qui perseverauerit usq; in finem, ut po-  
 stea possit qui legitime certauerit coronari. Quis fortior Paulo? quis beatior? Ille tamen  
 uas electionis dominicæ, non ante sibi coronam uindicauit, quam certamen omne con-  
 summaretur. Ideoq; ait: Certamen bonū certauī, cursum consummaui, fidē seruaui quod  
 reliquū, reposita est mihi corona iustitiæ: quā nō solū sibi, sed etiā omnibus diligentibus  
 aduentum domini dicit esse reddendam. Pulchrè dixit, aduentum Christi diligentibus.

Prouer. 93

Iob. 5

1. Petr. 3

Psal. 33

1. Timot. 2

Daniel. 13

Gene. 39

Danic. 14

Psal. 38

Matth. 10.

1. Cor. 24

Acto. 9

2. Tim. 4



*LUC. 21* Nemo enim festinat ad iudicium, nisi de innocētia securus, aut qui de labore præsumit, cui aut gratia domini, aut pia pro Christo certamina suffragantur. Quam utiq; habebit prærogativam & ea uidua quæ bene filios educauerit, & in liberis gratulabitur, & maxime quæ omnes quos suscepit, domino dedit. Vnde & illa euangelica uidua diuitibus antefertur. Nō solum quia totum quod habuit, ad uictum pauperum misit, sed etiam quod duo æra detulit, dominica uoce laudatur, id est plenam fidem. Deniq; ad hominis sanitatem & ille Samaritanus duo æra stabulario dedit, qui ulcera curaret illius a latronibus uulnerati. Ergo quia & secundum uetus testamentum Mariæ sororis Aaron uirginitatem, & secundum nouum sanctæ Mariæ matris domini integritatem studio suæ prolis imitata est, remunerationem fidei diuino iudicio consequetur, quæ nihil sibi ad seculi subsidium reseruauit, sed totum domino sobolis piæ munus impendit. Te nunc domine precor, ut supra hanc domum tuam, supra hæc altaria, quæ hodie dedicantur, supra hos lapides spirituales quibus sensibile tibi in singulis templum sacratum, quotidianus præsul intendas, orationesq; seruorum tuorum, quæ in hoc loco funduntur, diuina tua suscipias misericordia. Fiat tibi in odore sanctificationis omne sacrificium quod in hoc templo fide integra, pia sedulitate defertur. Et cum ad illam respicias hostiam salutarem, per quam peccatum mundi huius aboletur, respicias etiam ad has piæ hostias castitatis, & diuturno eas tuearis auxilio, ut fiant tibi in odorem suauitatis hostiæ acceptabiles, Christo domino placentes, & integrum spiritum eorum animam & corpus sine querelâ loco usq; in diem domini nostri Iesu Christi filij tui seruare digneris, Amen.

F I N I S.

## CAPITA INSTITVTIONIS VIRGINIS.

- De commendatione Eusebij, quod Ambrosiam filiam suam deo deuouerit, ac de laude huiuscemodi oblationis, uirtute quoq; taciturnitatis, & loco orandi. Cap. I
- De commendatione ordinis in oratione seruandi, & quod a diuinis laudibus inchoandum sit, & quomodo uirgo tria in se seruare debeat. Cap. II
- Quod sexus muliebris non sit culpandus propter erroris causam quam Eua inuexit. Et quomodo omnium animantium gratia foris, hominis autem intus existat. Cap. III
- Quomodo per mulierem ecclesiæ gratia figuratur. Quodq; mulier lapsus sui in peccatum excusationem habeat quam uir habet. Cap. IIII
- Quomodo mulierem audire uir iubeatur. Quomodo etiam Maria non solum uirginitatis incentiuum attulit, sed & deum intulerit. Et de confutatione hæreticorum, qui sanctissimam Mariam perseuerasse uirginem negauerunt. Cap. V
- Quomodo non derogauerit uirginitati Mariæ quod coniunx Ioseph nominata fuerit. Caput VI
- Quod Maria pudorem nunquam mutauerit, quæ nec animum mutauerat. Cap. VII
- Quod Maria sit porta illa clausa quam Ezechiel descripsit, in qua sedit Christus, & exiit. Cap. VIII
- Quemadmodum uirgo Maria sit uirga & hortus clausus, ac paradysus, & fons signatus, atq; porta clausa. Cap. IX
- Quod Christus qui corona est uirginum, sit unus sicut et pater unus est, & spiritus unus: & quomodo in personis diuinis sit æqualitas. Cap. X
- Quod nulli alij laborare aut seruire debemus, nisi soli Christo, qui primus est. Et quomodo aliquando secundus & nouissimus dicatur. Cap. XI
- Quomodo Christus dicatur iuuenis secundus & finis omni populo eius. Quomodo etiam uirgo Maria dicatur aula regalis. Cap. XII
- Quomodo Mariana uirginitas dicatur leuis nubes, super quâ dominus sedit, quæ alijs uirginibus pluuiam spirituales irrorat, & unguentum integritatis. Cap. XIII
- Quomodo gressus Mariæ speciosi dicantur in calciamētis. Et quod moduli femorum suorum similes sint torquibus, & umbilicus crater tornatilis, & uenter sicut aceruus tritici minuti inter lilia. Cap. XIIIII
- Quomodo sacræ uirginēs dicantur lilia Christi, & de anno domin. benignitatis. Cap. XV
- Quomodo

Quomodo filie Hierusalem egredi iubeantur ad uidendum regem Salomonem, &c. Et de stola piæ operationis quam induere debent uirgines. Cap. XVI

Quomodo in uirginibus uideat angelorū uita in terris, quā in paradiso amiseramus. & de deuota deprecatione quā Ambrosius fecit super uirginem uelandam. Cap. XVII

# DIVI AMBROSII ME- DIOLANENSIS EPISCOPI INSTI- TVTIO VIRGINIS, AD EVSEBIUM.

De commendatione Eusebii quod Ambrosiam filiam suam deo detrouerit, ac de laude huiuscemodii oblationis, uirtute quoque taciturnitatis, & loco oradi. Cap. I



COMMENDAS mihi pignus tuum, quod æque est meum, Ambrosiam, domini sacram: & pio eius affectu tibi asseris præstantiorem reliqua sobole sollicitudinem. Et uere ita est apud mentem fidelem. Cæteros enim instituis, ut emittas domo atque alienis copules, istam tecum semper habebis. In cæteris quoque paternæ ueris pietatis necessitudine, in hac ultra patrem procedis, uotoque & studio progredis, ut placeat deo. Quæ cum sit præstantior causa uotorum, sola tamē soluat quicquid pro se et pro omnibus filiis debes. Hoc est sa-

crificiū quod Abel obtulit ex primitiuis ouium suarū foetibus. Quod & Apostolus præ cæteris laudat ad Corinthios, dicens: Quoniam qui statuit in corde suo firmus, & iudicat in corde suo seruare uirginem suam, bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Vnde pulchre Dauid cum descripsisset Ecclesiæ gratiam, cuius omnis gloria intus est non foris (in bonis enim cogitationibus, atque immaculato castitatis affectu, & sincere proposito consciencie summa est laus) subtexit, dicens: Afferentur regi uirgines post eam. Et conuersus ad dominum patrem: Proximæ, inquit, eius afferentur tibi: afferentur in læticia & exultatione, adducentur in templum regis. Quæ est proxima, nisi quæ Christo propinquat, cui dicit deus uerbum: Exurge, ueni proxima mea, formosa mea, columba mea, quia ecce hyems præterijt: An tequam uerbum dei reciperet hyems erat, inhonora, sine fructu: ubi uerbum dei recepit, & mundus ei est crucifixus, ætas est facta. Denique seruore sancti spiritus uaporata, flos esse cepit, & spirare odorem fidei, fragrantiam castitatis, suauitatem gratiæ. Vnde & alibi addidit: Oculi tui columbæ extra taciturnitatem tuam: eo quod tota spiritalis & simplex sicut columba (in cuius specie uisus est à Ioanne descendere spiritus sanctus) spiritalia uideat, & nouerit ea quæ uiderit tacere mysteria. Nō enim mediocris uirtus, tacere. Est enim & tēpus tacēdi, sicut tēpus loquēdi: sicut & scriptū est: Dominus dat mihi linguam eruditionis, quando oporteat dicere sermonē. Virginitatis itaque dos quædam est uel recūdia, quæ cōmendatur silētio. Ideo Ecclesiæ gloria intus est, nō utique in multiloquio, sed in sensibus uel in penetralibus sacramentorū, sicut ipsa dicit ad sponsum: Quis dabit te fratrē mihi lactentē ubera matris meæ, & inueniens te foris osculabor te? Et quidem non spernent me, assumam te, & ducā te in domū matris meæ, & in secretū eius quæ concepit me. Et supra ait: Introduxit me rex in cubiculum suū. Foris osculatur Ecclesia Christum, et ab eo in cubiculum introducit. Osculatus est eam foris, quando tanquā sponsus procedēs de thalamo suo, exultauit tanquā gigas ad currendā uiam. Tanquā gigas foris est, quia non rapinā arbitratus est esse se æqualem deo: formam serui accepit. Foris ergo factus est, qui erat intus. Vide illum intus, quādo legis quod in sinu est patris: cognosce illum foris, quando nos quærit ut redimat. Foris sibi factus est, ut mihi intus esset, & fieret medicus noster. Ibi ergo sumus, ubi Christus medicus est, radicans et fixus in cordibus nostris. Et ideo sicut ipse præcepit: Cum oras, intra in cubiculum tuum, & effunde super te animam tuam. Cubiculū tuum interiorum secretum est, cubiculum tuum conscientia tua est. Denique Ecclesiastes tibi dicit: Et quidem in conscientia tua regi ne maledixeris, & in

1. Corin. 7

Psalm. 44

Cantic. 2

Galat. 6

Cantic. 4

Ioan. 1

Eccles. 3

Esaia. 50

Cantic. 8

Cantic. 2

Psalm. 18

Philip. 2

Ioan. 1

Matth. 6

& in penetralibus cubiculorum ne maledicto deuoueris diuitem. Ibi ergo ora, & ora in occulto: ut audiatur te qui in occulto audit, & ora sine ira & disceptatione, abdicato occultata de decoris. Iustus enim non prodicionem criminis metuit, sed contagionem.

De commendatione ordinis in ratione seruandi, & quod à diuinis laudibus inchoandum sit. Et quomodo uirgo tria in se seruare debeat. Cap. II

- Q Vam bona oratio cum misericordia. Bona oratio quæ ordinem seruat, ut primo à diuinis inchoemus laudibus. Si enim cum apud hominem agimus, bene uolumus iudicem facere: quanto magis cum dominum nostrum precamur: Primò ergo immolemus deo sacrificium laudis, ut & Apostolus dicit: Obsecro ergo primo omnium fieri orationes, obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones. Doceat te Dauidicus psalmus octauus, qui cœpit à dei laudibus: Domine dominus noster, quàm admirabile est nomē tuum in uniuersa terra. Quoniam eleuata est magnificentia tua super cœlos. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Hac tenus oratio. Inde obsecratio, ut destruatur inimicus: postulatio, ut lunā et stellas uideat: lumen Ecclesiam, stellas filios Ecclesiæ cœlestis gratiæ luce fulgentes: & quod petit, prophético spiritu uisurum se esse promittit: gratiarum actio, quòd tueretur dominus hominem, & hunc limum corporis nostri diuina uisitatione confirmat, uel quod homini animantium genera uniuersa subiecit. Similiter & dominica oratio omnia comprehendit, quàm uulgare non opus est. Tu autem qui legis, quemadmodum distinguere debeas recognoscis. præcipuè tamen (ut dixi) commendanda est oratio, sicut præmissi, placiditate animi & tranquillitate, ut unusquisq; sibi constet & cōgruat, & fiat illud quod scriptum est: Si duobus ex uobis conuenerit super terram, de omni re quamcunq; petierint, fiet à patre meo qui in cœlis est. Vbi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum. Qui sunt isti duo, nisi anima & corpus? Vnde & Paulus castigabat carnem suam, & seruituti redigebat, ut esset animæ tanquam imperatrici suæ caro subdita, & mentis imperiis obtemperaret: ne esset in uno homine dissidium, ac bellum intra se gereret, & legi mentis repugnaret lex corporis. Duo igitur ista diuersa ratione quadam & pace iungebat, secundum quod ipse asseruit dicens: Quia Christus est pax nostra, qui fecit utraq; unum, & medium parietem sepis, soluit inimicitias in carne sua: ne id ageret quod nollet, atq; id faceret quod odisset. Isti ergo sunt duo, anima & caro.
- Vnde & Dauid ait: Non timebo quid faciat mihi caro: quam aduersariā animæ suæ nosset. Quæ tamen duo (ut euidentius exprimamus) non solum duo sunt, sed etiam duo homines: unus interior, alter exterior. Isti duo si sibi propositi in æqualitatem concurrant, ut cogitationes factis, & cogitationibus facta conueniant, uitæ nostræ rota sine ulla offensione uoluetur, ut quemadmodum scriptum est: Fiat uox tonitruū in rota. Isti igitur duo unum sunt: nec solum unum, sed unus homo. Vnde & Apostolus ait: Vt duos conderet in uno homine, faciens pacem, & recōciliaret utrosq; in uno corpore deo, per crucem interficiens inimicitias in semetipso, ut in utriusq; accessum habeamus in uno spiritu ad patrem. Sunt etiā duo homines, uetus & nouus. Vetus ille peccato obnoxius & obsoletus, ac uestimenti ueteris similitudine attritus & scissus, quem in baptisate affigitur cruci. Vnde Apostolus ait: Quia uetus homo noster simul crucifixus est cruci, ut destruatur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Vetus ergo affigitur, ut moriatur peccato, ut nouus resurgat, qui renouatur per gratiam. Diximus de duobus. Fortasse dicat aliquis: Quid de tribus dicis, quoniam sic habet scriptura: Vbi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum: Hinc quoq; ratio manifesta est, quia idem Apostolus dicit: Ipse autem deus pacis sanctificet uos per omnia, ut integer spiritus uester & anima & corpus sine querela in die domini nostri Iesu Christi seruetur. Vbi ergo tres isti integri, ibi Christus est in medio eorum: qui hos tres intus gubernat & regit, ac fidei pace componit. Hæc igitur tria, integra præ cæteris in se uirgo custodiat, ut nullam det sacræ uirginitatis querelam, & sit inoffensa, sine ruga, sine macula. De qualicet frequentibus libris dixerimus, tamen memorati pignoris causa, hunc ad te librum condendum arbitrati sumus.

Quod sexus muliebris non sit culpandus propter erroris causam quam Eua inuenit. Et quomodo omnium animantium gratia foris, hominis autem intus existat. Cap. III

**B** Ona uirginitas, quæ sexum utrumque non solum absoluit à crimine, uerum etiam prouocauit ad gratiam. Accusamus autem plerumque foemineum sexum quod erroris causam inuenerit: & non consideramus quanto iustius in nos obiurgatio retorqueatur. Nam ut repetamus à principio, & rerum exordia interrogemus: quantum ei delatum sit, inuestigabimus, & quam in misera conditionis humanae fragilitate, foemina inuenerit gratiam. Nam cum omnia opera sua laudauerit deus, coelum, terram, maria, noctem, & diem, quod ista proficeret ad usum laboris, illa ad fructum quietis, laudauerit feras, bestias: ubi ad hominem uentum est, solus non uidetur esse laudatus, propter quæ omnia generata sunt. Quæ igitur causa est, nisi forte ea, quia alia in specie sunt, homo in occulto: Nihil in bestiis plus reperias, quam quod uidetur: in homine nihil est inferius, quam quod uidetur: qui cum ex animo constet & corpore, hoc utique in eo seruit quod uidetur: illud autem in eo regit hominem quod non uidetur. Merito ergo alia in exordio laudantur, istius laudatio non promitur, sed reseruat: quia aliorum gratia foris, huius intus est. Aliorum in natiuitate, huius in corde. Quid enim tam altum & tam profundum quam mens hominis, quæ quasi in uolucro quodam corporis tegitur & occultatur: ut eam haud facile quisquam introspicere & speculari queat: Ideo ergo homo non ante laudatur, quia non in forensi pelle: sed in interiore homine ante probandus, sic prædicandus est, quem præclare definiuit Apostolus Petrus dicens: Absconditum esse cordis hominem in incorruptione quieti & modesti spiritus, qui est ante deum locuples. Merito ergo differtur, ut sequatur foenorata eius laudatio, cuius dilatio non dispendium, sed incrementum est. Nemo ergo se despiciat quasi uile, nec contuitu corporis sese æstimet. Nam & si dixerit sanctus Iob: Nudus exiui de uentre matris meæ, nudus & hinc abiit: habuit tamen quo non solum inter homines, sed etiam apud deum diues inueniretur. Quid autem lo cupletius, quam quod ad imaginem dei est ac similitudinem? Ad imaginem autem interior est homo, non iste exterior: ille qui sensu æstimatur, non qui oculis comprehenditur. Ille ergo nobis expectandus est, qui serius inuestigatur. Ideo deus non putauit hominis fabricam esse laudandam, quia maior eius uirtute est portio. Præclara quidem species, & præstantior cæteris animantibus, sed irrationabilia specie corporis æstimantur: ea autem quæ rationis plena sunt, communem laudem sequestrent. Homo igitur mihi non tam uultu quam affectu admirandus emineat atque excellat: ut in his laudetur, in quibus etiam deus prophetico iudicio laudatur, de quo scriptum est: Terribilis in conspectu super filios hominum: cuius opera coram deo luceant, qui bona iugibus operibus facta contexat. Et ideo laudatio eius non in exordio, sed in fine est. Nemo enim nisi legitime certauerit, coronabitur. Ideoque Sapiens tibi dicit: Ante mortem non laudes hominem quenquam. Qua ratione hoc dixerit, superioribus docuit, dicens: Quia in fine hominis nudantur opera eius. Spectemus tertium, in quo manifestauit deus sententiam suam. Cum enim fecisset hominem, & posuisset in paradiso operari & custodire, dixit: Non est bonum solum esse hominem. Faciamus, inquit, ei adiutorium secundum se. Sine muliere igitur homo non habet laudem, in muliere prædicatur. Nam cum dicit: Non est bonum solum esse hominem, confirmat utique bonum esse hominum genus, si uirili sexui foemineus sexus accedat. Simul illud considerandum, quia ille de terra factus & limo est, ista de uiro. Et caro quidem limus, sed ille adhuc informis, iste informatus. Iam illud Apostolicum præclarum arcessamus exemplum quod habemus scriptum: Quia relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia.

1. Petr. 3

Iob. 1

Psal. 65

2. Timot. 2  
Ecclef. 11

Gene. 1

Ephes. 5

Quomodo per mulierem ecclesie gratia figuratur. Quodque mulier lapsus sui in peccatum excusationem habeat quam uir habet. Cap. IIII

**A** Duertimus itaque per mulierem coeleste illud impletum esse mysterium, Ecclesie in ea gratiam figuratam, propter quam Christus descendit, & æternum illud opus humane redemptionis absoluit. Vnde & Adam uocauit nomen mulieris sue uitam. Nam & in populis per mulierem successionis humane series & propago diffunditur, & per Ecclesiam uita conquirunt æterna. Sanè negare non possumus quod errauerit

- errauerit mulier. Quid miraris tamen si infirmior lapsus est sexus, cum sit lapsus etiam fortior? Mulier excusationem habet in peccato, uir non habet. Illa (ut scriptura asserit) a sapientissimo omnium serpente decepta est, tu a muliere: id est, illam superior creatura decepit, te inferior. Te enim mulier decepit, illam malus licet, tamen angelus. Si tu inferiori non potuisti resistere, quomodo illa potuit superiori? Culpa tua illam absoluit. Si de merito culpe dubitas, interrogemus sententiam qua illi dictum est: In tristitia paries filios, & ad uirum tuum conuersio tua, & ipse tibi dominabitur. Uiro autem dicitur: Terra es, & in terram ibis. Et uere iuxta hanc sententiam, quando quidem si Adam quod a domino deo audierat, seruare non potuit: quomodo potuit seruare mulier quod audiuit a uiro? Si illi dei uox non confirmauit, quomodo istam uox firmaret humana? Denique Adam conueniens quod contra diuina qua coram audierat precepta gustasset, nihil habuit quod diceret nisi quod sibi mulier dedisset, & manducasset: mulier autem ait: Serpens traduxit me, & manducaui. Quanto maior mulieris absolutio? Ille arguitur, haec interrogatur. Adde illud, quod & prior culpam fatetur. Etenim qua se dicit esse seductam, testatur errorem. Erroris igitur medicina, confessio est. In iudicio ipso quanto clementior mulier uiro? Ille mulierem suam accusauit, ista serpentem: hoc est, nec accusata crimen retorfit, sed ipsum accusatorem suum maluit (si posset) absoluere, quam ligare. Habes igitur & culpae absolutionem in confessione, & sententiae in executione. In tristitia, inquit, paries filios. Commendationis suae pondus agnoscit, munus poenalis conditionis exequitur. Pro te mulier doloribus suis militat, & remunerationem ex poena inuenit, ut per filios per quos affligitur, liberetur. Facta est itaque gratia ex iniuria, salus ex infirmitate. Scriptum est enim: Quia salua erit per filiorum generationem. Cum salute itaque parit, quos in tristitia parturuit: & ad laudem educat, quos peperit cum dolore. Sed dicis o uir, quia mulier tentatio fuerit uiri. Verum est etiam: si est decora, ecce alia tentatio. Tamen Abrahamae descendenti in Aegyptum, uxoris pulchritudo non nocuit, imo magis profuit: honoratus est enim per uxorem, non ludibrio habitus in uxore. Cur autem tu uultus decorum in coniuge magis quam morum requiras? Placeat uxor honestate magis quam pulchritudine. Illa eligatur, quae Saram moribus referat. Non est uitium mulieris, esse quod nascitur: sed uitium uiri est quere re in uxore quo saepe tentetur: in quo si infirmior fuerit mulier, ipsa labatur: si fortior, uir periclitetur. Non possumus reprehendere diuini artificis opus: sed quem delectat corporis pulchritudo, multo magis illa delectet uenustas, quae ad imaginem dei est intus non foris comptior. Si ergo uxor tentatio est, esto cautior: quere remedium aduersus tentationis periculum. Vigilare, inquit, & orate, ne intretis in tentationem. Dominus hoc dixit, uir audiuit, mulier impleuit. Quotidie mulieres ieiunant, & non indicta praestant ieiunia: peccatum agnoscunt, accersunt remedium. Semel de interdicto mulier manducauit, & quotidie ieiunium soluit. Qui secutus es errantem, sequere corrigentem. Ambo manducauistis, cur sola ieiunat? hoc est, ambo deliquistis, cur sola remedium querit erroris?
- Quomodo mulierem audire uir iubeatur. Quomodo etiam Maria non solum uirginitatis incentiuum attulit, sed & deum intulerit. Et de confutatione haereticorum, qui sanctissimam Mariam perseuerasse uirginem negauerunt. Cap. v
- Veni Eua iam sobria, ueni Eua, & si in te aliquando intemperans, sed iam in prole ieiuna. Veni Eua iam talis, ut non de paradiso excludaris, sed rapiaris ad caelum. Veni Eua iam Sara, quae parias filios non in tristitia, sed in exultatione: non in moerore, sed risu. Isaac tibi multiplex nascetur. Veni iterum Eua iam Sara, de qua dicatur uiro: Audi Sarai uxorem tuam. Sis tu licet uiro subdita, quia esse te deceat: cito tamen soluisti sententiam, ut uir te audire iubeatur. Si typum Christi illa pariendo a uiro meretur audiri, quantum proficit sexus, qui Christum (salua tamen uirginitate) genuerit? Veni ergo Eua, iam Maria, quae nobis non solum uirginitatis incentiuum attulit, sed etiam deum intulit. Vnde laetus & exultans tanto munere dicit Esaias: Ecce uirgo in utero concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel, quod est interpretatum, nobiscum deus. Vnde hoc munus? Non de terra utique, sed caelo uas sibi hoc per quod descenderet Christus elegit, & sacrauit templum pudoris. Per unam descendit, sed multas uocauit. Vnde & speciale Mariae domini hoc nomen inuenit, quod significat, deus ex genere meo. Dicitur sunt & ante Mariae multae: nam & Maria soror Aaron dicta fuit, sed illa Maria

Maria amaritudo maris uocabatur. Venit ergo dominus in amaritudinem fragilitatis humanae, ut conditionis amaritudo dulcesceret uerbi coelestis suauitate, & gratia temperata. Hoc significauit fons Mara per lignum dulcoratus, eo quod populus nationum amarus ante peccatis, uel caro nostra temperamento passionis, dominice in usus alteros mutaretur. Egregia igitur Maria, quae signum sacrae uirginitatis extulit, & intemerare integritatis pro Christo uexillum leuauit. Et tamen cum omnes ad cultum uirginitatis, sanctae Mariae ad uocentur exemplo, fuerunt qui eam negarent uirginem perseverasse. Hoc tantum sacrilegium silere iam dudum maluimus, sed quia causa uocauit in medium, ita ut eius prolapsionis etiam Episcopus argueretur, indemnatum non putamus relinquendum: & maxime quia & mulierem eam legimus, sicut in Chana Galilaeae ipse Dominus dicens tibi: Vinum non habent filii, respondit: Quid mihi & tibi est mulier? Et alibi legimus quod dixerit Matthaeus de Ioseph & Maria: Inuenta est antequam conuenirent, in utero habes de spiritu sancto. Et infra: Non cognouit eam donec peperit. Et iterum de Ioseph: Noluit eam traducere. Et fratres domini uidentur significare quod de Maria suscepti sint. Et Apostolus ait: Postquam uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Quae singula notanda nobis sunt, ut qui illa legit, sermonis huiusmodi uinculo non alligetur. Respondeamus itaque suo ordine. De mulieris nomine quid mouemur? Ad sexum retulit, non enim corruptele sed sexus uocabulum est. Vulgi usus non praedudat ueritati. Denique uirginitas primum hoc nomen accepit. Nam cum sumpsisset deus unam de costis Adae, & suppleuisset carnem in locum ipsius: Aedificauit, inquit, eam in mulierem. Vtique adhuc uirum non cognouerat, & iam mulier uocabatur. Rationem quoque nominis huius scriptura non tacuit, dicens: Quia dixit Adam: Os de ossibus meis, & caro de carne mea. Haec uocabitur mulier, quoniam de uiro suo sumpta est. Quia sumpta est, inquit, de uiro suo, non quia uirum experta. Itaque quamdiu in paradiso fuit, mulier uocata est, & cognita uiro non erat: ubi autem eiecta est de paradiso, tunc legitur, quia Adam cognouit eam mulierem suam, & tunc concepit & peperit filium. Primus igitur solutus est nodus. Secunda quaestio, quia scriptum est: Antequam conuenirent, inuenta est in utero habens. Consuetudo autem diuinae scripturae est, ut causam quae suscepta est adstruat, incidentem differat. Quo soluitur etiam tertia quaestio, qua dictum est: Non cognouit eam donec peperit filium. Quid ergo? Postea cognouit? Minime. Denique scriptum est: Ego sum deus, & donec senescatis ego sum. Nunquid igitur postquam senuerunt, quia donec dictum erat, deus esse desinuit? Item in propheta Dauid legitur: Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Nunquid subiectis populis nationum, qui ante uidebantur inimici, cum salutis authorem negarent, simulachris seruirent: ad dextram patris filius sedere desinuit, aut in perpetuum non sedebit? Quid autem praedudat Mariae, si coelestis consilij mysterium Ioseph non intellexit, & putauit uirginem non esse quam praegnantem uideret? Resurrectio nem eius angeli ignorauerunt, quod significant uersiculi: Tollite portas principes uestri, & eleuamini portae aeternales, & introibit rex gloriae. Quis est iste rex gloriae? Interrogant quasi ignorent, & alij respondent: Dominus fortis & potens, dominus potens in praedio, ipse est rex gloriae. Et repetiuit propheta eosdem uersiculos, & nihilominus illi quasi ignorantes, iterum interrogauerunt. Sic enim scriptum est: Tollite portas principes uestri, & eleuamini portae aeternales, & introibit rex gloriae. Quis est iste rex gloriae? Quo modo ergo homo potuit diuinum scire secretum, quod angeli nesciebant? Et in Esaiae libro habes: Quis est iste qui aduenit ex Edom, rubor uestimentorum ex Bosor? Et utique mirus erat hominem surrexisse, quam uirginem parturire. Etenim iam Helie precibus, Helisei orationibus, mortui resurrexerant, nunquam autem ante, nunquam postea uirgo generauit. Hoc autem opinatus est quod traduceret eam quasi ream, antequam ab angelo moneretur: postea autem quasi fidelis nec dubius, uirginitatis eius seruauit oraculum.

Ioann. 2  
Matth. 1

Matth. 12

Galat. 4

Gene. 2

Gene. 4  
Matth. 1

Psal. 109

Psal. 23

Esa. 63

3. Reg. 17. ☉  
4. Reg. 4

Quomodo non derogauerit uirginitati Mariae quod coniunx Ioseph nominata fuerit.

Cap. VI

Ecce illud moueat quod ait: Quia Ioseph accepit coniugem suam, & profectus est in Aegyptum. Desponsata enim uiro coniugis nomen accepit. Cum enim initiatur coniugium, tunc coniugij nomen adsciscitur. Non enim defloratio

Matth. 1

uirginitatis facit coniugium, sed pactio conjugalis. Denique cum iungitur puella, coniugium est, non cum uirili admixtione cognoscitur. Quod autem fuit desponsata conu-  
 bio, licet alibi plenius dixerimus, libare satis est causam celestis mysterij: ut ab his qui  
 Mariam grauem utero cernerent, non adulterium uirginitatis, sed desponsatae partus le-  
 gitimus crederetur. Maluit enim dominus aliquos de sua generatione, quam de matris  
 pudore dubitare. Fratres autem gentis & generis, populi quoque consortio nuncupari  
 docet dominus ipse qui dicit: Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiae  
 laudabo te. Paulus quoque ait: Optabam ego ipse anathema esse pro fratribus meis. Po-  
 tuerunt autem & fratres esse ex Ioseph, non ex Maria. Quod quidem si quis diligentius  
 persequatur, inueniet. Nos ea persequenda non putauimus, quoniam fraternum nomen  
 liquet pluribus esse commune. An uero dominus Iesus eam sibi matrem eligeret, quae ui-  
 rili femine aulam posset incestare coelestem: quasi eam cui impossibile esset uirginalis  
 pudoris seruare custodiam? Cuius exemplo caeterae ad integritatis studium prouocan-  
 tur, ipsa ab huiusmodi quod per se caeteris propositum foret, munere deuiaret? Et quae  
 esset, cui maius quam matri dominus meritum reponeret, praemium reseruaret? Nulli e-  
 nim uberiora quam uirginitati deputauit munera, sicut scriptura nos docet. Sic enim per  
 Esaiam dominus locutus est: Ne dicat spado, quia ego sum lignum aridum. Haec dicit dominus  
 spadonibus: Quicumque custodierint praecepta mea, & elegerint quae ego uolo, & ample-  
 ctentur testamentum meum: dabo illis in domo mea, & in muro meo locum nominatum  
 meliorem filiorum & filiarum, nomen aeternum dabo illis, & non deficient. Alijs promit-  
 tit ut non deficient: matrem suam deficere patiebatur? Sed non deficit Maria, non defi-  
 cit uirginitatis magistra, nec fieri poterat, ut quae deum portauerat, portandum hominem arbi-  
 traretur. Nec Ioseph uir iustus in hac prouisisset amentiam, ut matri domini corporeo con-  
 cubitu misceretur. Sed tamen Maria suis, non alienis moribus defendatur. Non deficit,  
 ut dixi. Ipse testis est filius dei, qui cum esset in cruce, discipulum matri commendabat ut fi-  
 lium: discipulo eam tradebat ut matrem. Docuit hoc Ioannes, qui mystica magis scripsit.  
 Alij enim Euangelistae scripserunt quod in passione domini terra contremuit, sol refugit,  
 persecutoribus uenia postulata est: Ille dilectus domini qui e pectore eius hauserat le-  
 creta sapientiae, & pia uoluntatis arcana, ab alijs dicta praeterijt, hoc diligentius perfec-  
 tus est, ut maternae uirginitatis perseverantiam suo iudicio comprobaret, quasi filius de  
 matris pudore sollicitus, ne quis eam tanto conuicio temeratae integritatis aspergeret.  
 Dignum quippe erat, ut qui latroni ueniam donabat, matrem dubio pudoris absolueret.  
 Dicit ergo ad matrem: Mulier, ecce filius tuus. Dicit & ad discipulum: Ecce mater tua. Ipse  
 est discipulus, cui mater commendabatur. Quomodo marito uxorem tolleret, si fuerat  
 Maria mixta coniugio, aut usum thori conjugalis cognouerat?

Quod Maria pudorem nunquam mutauerit, quae nec animum mutauerat. Cap. VII

Laudate ora impij, aperite aures pijs, audite quid Christus loquatur. Testatur  
 de cruce dominus Iesus, & paulisper publicam differt salutem, ne matrem in  
 honorem relinquat. Subscribitur Ioannes in testamento Christi. Legatur ma-  
 tri pudoris defensio, testimonium integritatis: legatur & discipulo matris custodia, pie-  
 tatis gratia commendatur. Et ex illo suscepit eam discipulus in sua. Non utique Christus fa-  
 ciebat diuortium, non Maria relinquebat uirum. Sed cum quo uirgo habitare debebat,  
 quam cum eo quem filij heredem, integritatis sciret esse custodem? Stabat ante crucem  
 mater, & fugientibus uiris stabat intrepida. Videte utrum pudorem mutare potuerit ma-  
 ter Iesu, quae animum non mutauit. Spectabat pijs oculis filij uulnera, per quae sciebat  
 omnibus futuram redemptionem. Stabat non de generi mater spectaculo, quae non me-  
 tueret peremptorem. Pendebat in cruce filius, mater se persecutoribus offerebat. Si hoc  
 solum esset ut ante filium prosterneretur, laudandus pietatis affectus, quod superstes filio  
 esse nolebat. Sin uero ut cum filio moreretur, cum eodem gestiebat resurgere, non igna-  
 ra fuit mysterij quod genuisset resurrectorum: simul quia publico usui impendi mortem  
 filij nouerat, prestolabatur si forte etiam sua morte publico muneri aliquid adderetur.  
 Sed Christi passio adiutore non egiuit, sicut ipse dominus longe ante praedixit: Et respe-  
 xi, & non erat adiutor: & attendi, & nemo suscipiebat, & liberabo eos brachio meo. Quo-  
 modo ergo extorqueri potuit integritas Mariae, quae fugientibus Apostolis supplicia non  
 timebat?

timebat: Sed ipsa se offerebat periculis, cuius tanta gratia, ut non solum in se uirginitatis gratiam referuaret, sed etiā his quos uiseret, integritatis insigne cōferret. Visitauit Ioan- Luc. 1  
nem Baptistā, & in utero matris priusquā nasceretur, exultauit. Ad uocem Mariæ exul-  
tauit infantulus, obsecutus antequā genitus. Nec immerito mansit integer corpore, quē  
in tribus mensibus oleo quodam suæ præsentia & integritatis unguento domini mater  
exercuit. Eademq; postea Ioanni Euangelistę est tradita, coniugiū nesciēti. Vnde nō mi-  
ror præ cæteris locutum mysteria diuina, cui præsto erat aula cœlestium sacramentorū.  
Nunc mihi dicant qui hanc quæstionem ferunt: Quid est quod ait dominus per Prophe- Ezech. 39  
tam: Nūc reuocabo captiuitatem Iacob, & miserebor adhuc domus Israel: Et infra: Con-  
gregabo, inquit, eos de gentibus, & congregabo illos de regionibus nationum, & san-  
ctificabor in his in conspectu gentium, & scient quod ego sum dominus deus ipsorum,  
dum apparebo illis inter nationes, & nō auertā amplius faciē meam ab eis, pro eo quod  
effudi iram meā in domū Israel, dicit dominus. Et infra dicit Propheta, uidisse se in mon-  
te alto nimis ædificationem ciuitatis, cuius portæ plurimæ significantur, una tamen clau-  
sa describitur, de qua sic ait: Et conuertī me secundū uiam portæ sanctorum exterioris, Ezech. 44  
& non aperietur, & nemo transibit per eam: quoniam dominus deus Israel transibit per  
eam. Eritq; clausa, quoniam dux hic sedebit in ea, ut manducet panem in conspectu do-  
mini. Secundum uiam portæ intrabit, & secundum uiam eius exibit. Quę est hæc porta,  
nisi Mariæ: ideo clausa quia uirgo. Porta igitur Mariæ per quam Christus intrauit in hūc  
mundum, quando uirginali fusus est partu, & genitalia uirginitatis clausura non soluit.  
Mansit intemeratum septum pudoris, & inuiolata integritatis durauere signacula, cum  
exiret ex uirgine, cuius altitudinem mundus sustinere non posset.

Quod Mariæ sit porta illa clausa quam Ezechiel descripsit, in qua sedit Chri-  
stus & exiuit.

Cap. VIII

Hæc, inquit porta clausa erit, & non aperietur. Bona porta Mariæ, quæ clausa  
erat, & non aperiebatur. Transiuit per eam Christus, sed non aperuit. Et ut  
doceamur, quia portam habet omnis homo per quam Christus ingreditur, Psalm. 23  
Tollite, inquit, portas principes uestri, & eleuamini portę aternales, & introibit rex glo-  
ria. Quāto magis ergo porta erat in Mariæ, in qua sedit Christus corporaliter, & exiuit: Iob. 3  
Est enim & porta uentris. unde ait Iob sanctus: Intenebrescant, inquit, stellæ noctis il-  
lius, quia non conclusit portas uentris matris meę. Est ergo & porta uentris, sed non om-  
nis clausa semper, uerū una sola potuit manere clausa, per quā sine dispendio clastro Ezech. 44  
rum genitalium, uirginis partus exiuit. Ideo ait Propheta: Porta hæc clausa erit, & non  
aperietur, & nemo transibit per eam, hoc est, nemo hominū: quoniam dominus, inquit,  
deus Israel transibit per eam. Eritq; clausa, id est, & post transitū domini erit clausa: & nō  
aperietur à quoquam, nec aperta est, quoniam habuit semper ianuam suā Christus, qui Ioan. 10  
dixit: Ego sum ianua, quam nemo ab ea potuit auellere. Hæc porta ad orientem aspicie-  
bat, quoniam uerum lumen effudit, quæ generauit orientem, peperitq; solem iustitiæ.  
Audiant ergo imprudentes, clausa, inquit, hæc porta est, quæ solum recepit deum Israel. Psalm. 147  
Si igitur de eo dictum est ad ecclesiam: Quoniam confortauit seras portarum tuarum,  
suam portam confortare non potuit? Sed confortauit profecto, & seruauit intactam.  
Deniq; non est aperta. Audiant igitur prophetam dicentem: Non aperietur, eritq; clau-  
sa, hoc est, non aperietur, ab eo cui desponsabitur. Non licebit enim ut aperiat per quā Matth. 1  
dominus transibit. Et post eum, inquit, erit clausa: hoc est, non aperiet eam Ioseph: quo-  
niam dicetur ei: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim ex ea nasce-  
tur, de spiritu sancto est. Porta ergo clausa uirginitas est: & hortus clausus, uirginitas: &  
fons signatus, uirginitas.

Quemadmodum uirgo Mariæ sit uirga & hortus clausus, ac paradysus & fons  
signatus, atq; porta clausa.

Cap. IX

Vdi uirgo diligentius apertis auribus, & clauso pudore: aperi manus, ut te  
pauper agnoscat: claudē ostium, ne temerator irreat: aperi mētem, serua si-  
gnaculum. Virga quoq; à radice uirginitas est. Sic enim scriptum est: Exiet Esai. 11  
uirga à radice Iesse, & flos à radice ascendet. Non cauata est hæc uirga, sed solida. Nemo  
Ambr. To. 1. 1 2 ergo adu-



ergo adurat uirgam tuam, ut florem suum custodiat. Virga es o uirgo, non curueris, non inflectaris in terram, ut in te flos paternae radicis ascendat. Hortus clausus es uirgo, serua fructus tuos: non ascendant in te spinæ, sed uiræ tuæ floreat. Hortus clausus es filia, nemo auferat sepem tui pudoris, quia scriptum est: Et destruentem sepem mordebit serpens. Sed illam solum offerat, de qua dictum est: Quid incisa est sepi? Nemo parietem tuum destruat, ne sis in conculcatione. Paradisus es uirgo, Euam caue. Fons signatus es uirgo, nemo aquam tuam polluat, nemo conturbet, ut imaginem tuam in fonte tuo semper attendas. Porta clausa es uirgo, nemo aperiat ianuam tuam, quam semel clausit sanctus & uerus, qui habet clauem David, qui aperit & nemo claudit, & claudit & nemo aperit. Aperuit tibi scripturas, nemo eas claudat: clausit pudorē tuum, nemo aperiat eum.

Quod Christus qui corona est uirginū, sit unus sicut & pater unus est, & spiritus unus: & quomodo in personis diuinis sit æqualitas. Cap. X

Enio, inquit, cito, tene quod habes: nemo accipiat coronam tuam. Quæ est corona tua, nisi illa de qua dictum est: Et eris corona decoris in manu domini? Quis hoc dicit, nisi ille de quo dixit Ecclesiastes: Est unus, & non est secundus? Quis est iste, nisi ille de quo dictū est: Magister uester unus est Christus? Vnus est, quia unigenitus dei filius: unus, quia solus, ut scriptum est: Qui expandit cælum solus, & ambulat sicut in terra super mare. Hic ergo non est secundus, quia primus est. Non est secundus, quia unus est. Vnus deus pater ex quo omnia, & nos in illo: & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia & nos per ipsum. Vnus deus pater, & unus dei filius, & unus spiritus sanctus, sicut scriptum est: Hæc autem omnia operatur unus atque idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Vnus, inquit, quia unus deus. Nullus secundus, quia quod uult facit, non quod imperatur. Vnus ergo pater deus, & unus dei filius. Vnus & unus, quia non duo dii. Vnus filius, quia cum patre unum est, sicut ipse dixit: Ego & pater unum sumus. Et unus spiritus, quia unitas trinitatis est, non ordine distincta, non tempore. Sed dicunt lectum: Ite baptizate gentes in nomine patris & filij, & spiritus sancti. Et obijciunt, quia primo patrem nominauit, secundo filium, tertio spiritum sanctum. Nunquid ergo, quia dicit Euangelium: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum: inferiorem significauit patrem, quia primo uerbum dei in principio semper esse ac fuisse memorauit? Aut cum dixit Apostolus: In regno Christi & dei, ordinem fecit? Aut cum dicit ipse dominus Iesus: Spiritus domini super me, eo quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem: eminentiorem filio dei spiritum esse testatus est? Aduertis uirgo quemadmodum ista soluantur. Aperi ad hæc aures tuas, os tuum claude. Aperi aures, ut fidem audias: claude os, ut teneas uerecundiam. Deinde illud legunt, quia dixit: In nomine patris & filij, & spiritus sancti: & non intelligunt quid ante præmiserit. In nomine, inquit. Tres personas quidem significauit, sed unum trinitatis nomen asseruit. Vnus itaque deus, unum nomen, una diuinitas, una maiestas. Nullus ergo secundus, quia principium omnium trinitas est, & trinitatis primatus super omnia est. Ergo, unus & non est secundus. Vnus est, qui secundum non habet, quia unicus solus sine peccato, solus sine adiutorio, qui ait: Respexi, & non erat adiutor.

Quod nulli alij laborare aut seruire debeamus nisi soli Christo qui primus est. Et quomodo aliquando secundus & nouissimus dicatur. Cap. XI

Non est finis labori eius, quia pro omnibus aduocatus noster est apud patrem, & infirmitates nostras suscepit, & pro nobis dolet & infirmatur, sicut ait: Aeger eram, & non uisitastis me. Cuius oculus non satiatur diuitijs, quia ipse est altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, non sunt thesauri mysteriorum cœlestium. Cur ergo seculo potius laboramus, & fraudamus animam nostram tantæ bonitatis dispendio, qui nulli alij nisi huic seruire domino deberemus? Hic ergo non est secundus. Ego certè hoc testimoniū defero. Lego quia primus est, lego quia non est secundus. Illi qui secundum aiunt, doceant lectione. Sed dicit aliquis, quia scriptū est: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Verum, antè uideamus de quo dicat. Secundus, inquit, homo quasi hominem secundum dixit. Et ego dico quia primus est secundum diuinitatē, antè quem nullus: secundus autē secundum carnem, quia post Adam. Ego plus dico, non

dico, non solum secundum lego hominem, sed etiam nouissimum. Deniq; sic habes: Facis est primus homo Adam in animam uiuentem, nouissimus Adam in spiritum uiuificans. Vide clementiam Christi, ipse est primus & nouissimus. Qui primus erat, propter nos se nouissimum fecit. Primus, quia per ipsum omnia: nouissimus, quia per ipsum resurrectio. Descendit enim & proiecit se ut caderet, infra omnes se faciens, ut omnes iacentes leuaret. Vnde & ait Ecclesiastes: Quia si ceciderit unus, eriget socium suum, & uacillans illi qui unicus ceciderit, & non est secundus ut eum erigat. Et quidem si dormiant duo, est calor illis, & unus quomodo calefiat: Hoc est, qui Christum habet secum, & si ceciderit, resurget: & si mortuus fuerit, reuiuifcet: quia adest ille qui uenit ignem in terram mittere. Deniq; & Helisaeus cum puerum resuscitaret, insufflauit illi, ut infunderet uitae calorem. Habeto ergo tecum hunc ignem in pectore tuo, qui te resuscitet, ne frigus tibi perpetuae mortis irrepat. Hic ergo iuuenis se proiecit, qui uenit per Mariam, & infundebat uitae calorem pectoribus audientium. Vnde dicunt illi in Euangelio: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum aperiret nobis scripturas?

1. Corin. 15  
Eccle. 4  
4. Reg. 4  
Luca. 24

Quomodo Christus dicatur iuuenis secundus, & finis omni populo eius: Quomodo etiam uirgo Maria dicatur aula regalis.

Cap. XII

Ic est iuuenis secundus, ut dicit Ecclesiastes: Vidi uniuersos qui uiuunt, qui ambulant sub sole cum iuene secundo, quis resurget pro eo? Quis enim pro Christo resurget, cum ille pro omnibus surrexerit, & in illo omnes resurre-

Cap. 5

xerint, cum spem resurrectionis acceperint: De Christo autem dictum liquet, quando aduertis congruere istum locum cum benedictione uel prophetia Iacob, qui ait de Iuda: Quis suscitabit eum? Non utique alter, quia ipse se suscitauit, sicut ipse ait: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Illud quoque uere Christo conuenit soli quod addidit: Non est finis omni populo eius: quia populus Christi innumerabilis finem non habet, cui fides resurrectionis aeternae, perpetuae uitae acquirit aetatem. Secundum carnem itaque & iuuenem dictum, & cadere uel resurgere, dubium non est. Denique & illud attexuit, quia optimus puer pauper & sapiens. pauper enim factus est, cum diues esset. Ipse ergo rex Israel transiit hanc portam, ipse dux sedit in ea, quando uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, quasi rex sedens in aula regali ueri uirginalis, uel in olla feruenti, sicut scriptum est: Moab aula spei, uel olla spei meae. Vtrumque enim diuersis in codicibus inuenitur. Aula regalis est uirgo, quae non est uiro subdita, sed deo soli. Est & olla uterus Mariae, quae spiritu feruenti qui superuenit in eam, repleuit orbem terrarum, cum peperit saluatorem. Qui manducauit in porta sedens, utique cibum illum de quo dixit: Meus cibus est, ut faciam uoluntatem patris mei, qui in caelo est.

Gene. 29  
Ioan. 2  
2. Corin. 8  
Ioan. 1  
Psalm. 59  
Ioan. 4

Quomodo Mariana uirginitas dicatur leuis nubes, super quam dominus sedit, quae alijs uirginibus pluiam spiritalem irrorat & unguentum integritatis. Cap. XIII

Diuitias Mariana uirginitatis. quasi olla feruuit, & quasi nubes pluit in terras gratia Christi. Scriptum est enim de ea: Ecce dominus uenit, sedens super nubem leuem. Verè leuem, quae coniugij onera nesciuit. Verè leuem, quae leuauit hunc mundum de graui saenore peccatorum. Leuis erat quae remissionem peccatorum utero gestabat. Denique eleuauit Ioannem in utero constitutum, qui ad uocem eius exiliuit, & infans exultauit in gaudio: prius sensu deuotionis, quam spiritus infusione uitalis animatus. Excipite igitur, excipite sacrae uirgines nubis huius pluiam spiritalem, temperamentum flagrantiae corporalis, ut corporis omnes restinguatis ardores, atque interna mentis uestrae humescant. Huius imbrem nubis sacrae patres nostri annunciarunt nobis salutem mundi futurum. Hunc imbrem significabant esse uenturum stillicidia stillantia super terram, quae Hierobaal poposcit & meruit. Bonam nubem sequimini, quae fontem intra se genuit, quo rigauit orbem terrarum. Excipite ergo uoluntariam pluiam, pluiam benedictionis, quam haereditati suae dominus effudit. Excipite aquam, & non effluat uobis: quia nubes est. diluat uos & sacro humore perfundat: quia olla est, spiritu uaporet aeterno. Excipite itaque ex hac Moabitide olla gratiae coelestis unguentum, nec uereamini, ne deficiat quod exinanitum est, & plus redundat, quando quidem in omnem terram odor eius exiuit, sicut scriptum est: Unguentum exinanitum nomen tuum, propterea adolefcentule dilexerunt te. Descendat istud unguentum in animae praecordia, uiscerumque secreta,

Esa. 19  
Luc. 1  
Sapient. 1  
Psalm. 71  
Iudic. 6  
Psalm. 76  
Cantic. 1

creta, quo non deliciarum odores sancta Maria, sed diuinæ gratiæ spiramenta redolebat. Hæc pluuia Euæ restinxit appetentiam: hoc unguentum foetorem hæreditarij erroris absterfit, hoc unguentum Maria soror Lazari in pedes Christi effudit, & tota domus pia repleta odore fragrauit. Nec ulla se pauperẽ putet, nulla se arbitretur inopem, nulla metuat ne preciosum hoc unguentum emere non possit, aut fontem istum putet esse uenalem. Qui sititis, inquit, ite ad aquã, & quicumq; nõ habetis argentũ, ite & emite & bibite sine argento. Et supra ait: Gratis uenundati estis, & sine argento redimemini. Ideo pauper factus est dominus cũ diues esset, ut eum omnes emant, & egenos præcipue sua paupertate locupletet. Parate igitur uasa domini, ut excipiat is hunc fontem aquæ uiuæ, fontem uirginitatis, integritatis unguentum, odorem fidei, & suauis misericordiæ gratia florulentum: Induamini agni eius innocentiam, qui cùm malediceretur, non remaledixit: cùm percuteretur, non percussit.

Quomodo gressus Mariæ speciosi dicantur in calciamentis. Et quod moduli femorum suorum similes sint torquibus. Et umbilicus crater tornatilis. Et uenter sicut aceruus tritici minuti inter lilia. Cap. XIII

**N**anc imitamini filia, cui pulchrè conuenit illud quod de Ecclesia prophetatum est: Speciosi facti sunt gressus tui in calciamentis filia Aminadab: eo quod speciose Ecclesia euangelij prædicatione processit. Speciose procedit anima, quæ corpore uelut calciamento utitur, ut quò uelit, suũ possit sine impedimento ullo circumferre uestigium. In hoc calciamento speciose processit Maria, quæ sine ulla commixtione corporeæ consuetudinis authorẽ salutis uirgo generauit. Vnde egregie Ioannes ait: Non sum dignus soluere corrigiam calciamenti eius, id est: Non sum dignus incarnationis mysterium cõprehendere angustijs mentis humanæ, atq; inopis utilitate sermonis absoluere. Vnde & Esaias dixit: Generationẽ eius quis enarrabit? Speciosi ergo gressus uel Mariæ uel Ecclesiæ, quoniã speciosi pedes euangelizantiũ. Quam pulchra etiã ille quæ in figura Ecclesiæ de Maria prophetata sunt, si tamen nõ membra corporis, sed mysteria generationis eius intendas. Dicitur enim ad eam: Moduli femorum tuorũ similes torquibus, opera manuũ artificis. Umbilicus tuus crater tornatilis nõ deficiens mixto. Venter tuus sicut aceruus tritici minuti inter lilia, eo quod continens lili bit in omnibus Christi ortus ex uirgine. Sicut uictores solent seculariũ præliorũ, strenuorum uirorum donatis torquibus honorare ceruices: ita iugum nostrũ leuauit, ut fidelium colla uirtutis insignibus coronaret. Verè autem alius ille Mariæ crater tornatilis, in quo erat sapientia, quæ miscuit in cratere uinũ suum, indeficientem cognitionis piæ gratiam, diuinitatis suæ plenitudine subministrans. In quo uirginis utero, simul aceruus tritici & lili floris gratia germinabat, quoniã & granũ tritici generabat, & liliũ. Granum tritici, secundũ quod scriptũ est: Amen amen dico uobis, nisi granum tritici cadens in terram mortuũ fuerit, ipsum solum manet. Sed quia de uno grano tritici aceruus est factus, completũ est illud Propheticum: Et conualles abundabunt fumento, quia granum illud mortuum plurimũ fructum attulit. Hoc itaq; granum, omnes homines perpetua celestium munerum esca saturauit. Consummatum est illud prophetici oris eloquium, dicente eodem Dauid: Cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos. In hoc grano esse etiã liliũ, diuina testantur oracula, quia scriptũ est: Ego sum flos campi & liliũ cõuallium: sicut liliũ in medio spinarum. Christus erat liliũ in medio spinarum, quando erat in medio Iudæorum.

Quomodo sacra uirgines dicantur lilia Christi, & de anno dominicæ benedictionis. Cap. XV

**A**udi uirgo quid dicat. Liliũ, inquit, cõuallium, id est, humilium animarum & mitium. Esto ergo mitis, humilis, atq; mansueta: ut in te sicut liliũ germinet Christus, de quo & alibi habes: Labia eius lilia stillantia myrrham ple-  
**nam:** id est, qui Christi passionem loquuntur, & suo ore concelebrant, ac mortificationem eius in suo circumferunt corpore. Christi lilia sunt specialiter sacra uirgines, quarũ est splendida & immaculata uirginitas. Vnde pleriq; accipiunt quod Ecclesia uideatur dicere: Ego sum flos campi, & liliũ conuallium. quæ in hac conualle istius mundi gratiam boni odoris exhalat sedula confessione pietatis. Deniq; & alibi dicit: Frater meus descendat

descendat in hortum suum, in phialas aromatis, pascere in hortis, & colligere lilia. Ego fratri meo, & frater meus mihi, qui pascit inter lilia. Ex illo ergo utero Mariæ diffusus est in hunc mundum aceruus tritici minuti inter lilia, quando natus est Christus, cui dicit propheta David: Benedices coronam anni benignitatis tuæ, et campi tui replebuntur ubertate. Pinguescent fines deserti, & exultatione colles accingentur: induti sunt arietes ouum, & conualles abundant frumento: etenim clamabunt, & hymnum dicent. Quis est annus dominicę bonitatis, nisi ille de quo scriptura dicit: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te: quando populorum fide Ecclesiam fecundauit, iustitia induit Sacerdotes: Vnde & Apostolus dicit: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: quando uenit dominus prædicare annum domini acceptum, & diem retributionis. Sicut in Euangelio suo ipse memorauit, dicens: Spiritus domini super me, propter quod unxit me, &c. Tunc ergo dominus operibus suis, & gloria & honore sui tempus coronauit aduentus. Totus enim ille annus conuersationis eius in hoc mundo, diuersarum habuit certamina passionum. Vicit Herodem paruulus, de quo in passione infantium triumphauit. Esuriuit, sitiuit, pro nobis uapulauit, pro nobis contumeliarum indigna tolerauit, crucem ascendit, mortuus est pro nobis.

*Psal. 64*

*Job 3*  
*Esai. 48*

*2. Corin. 6*

*Luc. 4*

Quomodo filia Hierusalem egredi iubeantur ad uidendum regem Salomonem, &c. Et de stola pię operationis quam induere debent uirgines. Cap. XVI

Ides quanta certamina passus est, sed tamen non auarus exactor præmij, cui abundauit una cęlestis corona uirtutis. Vnde egredimini filia Hierusalem,

*Cantic. 5*

sicut uos hortatur scriptura diuina in Canticis canticorum: Egredimini & uide

rete regem Salomonem in corona, qua coronauit eum mater eius in die sponsalium eius & iocunditatis cordis eius: quia fecit sibi, inquit, charitatem a filiabus Hierusalem: hoc est, egredimini ex his angustijs & sollicitudinibus corporalibus, egredimini ex hac delectatione carnali, peregrinamini de corpore, ut adesse domino possitis, quoniam qui in carne sunt, domino suo placere non possunt. Dicatur ergo uobis quia non estis in carne, sed in spiritu. Eritis autem in spiritu, si potueritis comprehendere Salomonis ueri illius pacifici charitatem, quam fecit sibi ipse, & ideo coronam accepit a matre, beata matre Hierusalem. Beatus et Marię uterus, qui tantum dominum coronauit, quando formauit. Corona uero quædam generauit, quia & si eum sine aliqua sui operatione formauerit, quia spiritus sanctus superuenit in uirginem (unde & ipse ait: In operatum meum uiderunt oculi tui) tamen hoc ipso quod ad omnium salutem eum concepit & peperit, coronam capiti eius eterne pietatis imposuit, ut per fidem credentium fieret omnis uiri caput Christus. In operata ergo est caro Christi, quam ut Maria uirgo conciperet, in uisitato quodam nouoq; incarnationis mysterio, sine ulla uirilis seminis admixtione diuinę gratię dispositionis quod erat carnis assumpsit ex uirgine, atq; in illa nouissimi Adę immaculati hominis membra formauit. Hominem audis, sed supra hominem intellige, quia scriptum est: Non coques agnum in lacte matris suę. Et alibi legis: Et homo est, & quis agnoscat eum? Ergo non debes agnum illum, in quo plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat, conditionis humane uiribus aestimare, & maiestatem incomprehensibilis potestatis, degeneris cognitionis infirmitate concludere. Non enim illum perfectę fidei cibum Iacob coxit in lacte, quo Isaac pater ita est delectatus, ut ei prerogatiuam omnem benedictionis prophetice sobrietate conferret. Et ideo Apostolus scripsit, succum lactis tenuis cibum esse doctrinę, dicens: Quia omnis qui alitur lacte, expers est uerborum iustitię. paruulus enim est, perfectorum autem est solida esca. Et tu ergo filia, sume stolam illam mulieris pię operationis studio contextam, quę manus suas aperit pauperi, & lucerna eius non extinguitur in tota nocte, atq; indue te, & huiusmodi epulas affer ad patrem, ut dicat: Quid est quod tam cito uenisti filia? laudet in tenera adhuc ætate prudentiam, pię quoque deuotionis affectum, & dicat tibi: Accede ad me filia. Odoratusq; odorem uestimentorum tuorum benedicat te, dicens: Ecce odor filię meę, sicut odor agri pleni, quem benedixit dominus. & Det tibi dominus a rore cęli desuper, & ab ubertate terrę abundantiam. Atq; his adiungat: Qui maledixerit tibi, maledictus erit: & qui benedixerit tibi, benedictus erit. Hac stola indutus Iacob hominem uidit, & ab eo quasi a domino deo benedictionem poposcit, & appellauit locum, Visio dei. Hac stola indutus, uidit illam stolam

*Roma. 8*

*Luc. 1*

*Psal. 138*

*Ephes. 1. 4.*

*Exod. 34*

*Colos. 2*

*Gen. 27*

*Hebr. 5*

*Pronep. 31*

*Gen. 27*

*Gen. 49*

Christi, de qua ait: Lauabit in uino stolam suam. Et benedixit Ioseph, dicens: Filius ampliatus meus Ioseph, filius ampliatus zelatus meus, filius meus adolescentior ad me reuertere, significans dominicæ resurrectionis insigne. Et addidit: Benedictio patris tui et matris tuæ præualuit super benedictiones montium manentiū, & desideria collium eternorum, id est, super regem gratiæ. Hanc sume stolam ut induas Christum, atq; in eius agnitione renoueris. Indue ergo sicut electa dei uiscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, patientiam, modestiam, charitatem, quæ est unitatis uinculū: ut nemini quicquā debeas, nisi inuicē sororem tuam diligas, nec gratiæ eius inuideas, sed quo probatiorem uideris, imiteris: ut sit in te pax Christi & gratia, & uerbum dei habitet in corde tuo, atq; huius mundi fugias contagiones. Semel mundo mortua, ne quæso tetigeris, ne attaminaueris quæ sunt istius seculi, sed semper in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus abducas te ab huius seculi conuersatione: non homini, sed deo cantans. Et sicut sancta faciebat Maria, conferas in corde tuo. Quali bona quoque agnicula rumines in ore tuo præcepta diuina, ut dicas & tu: Exercebor in mirabilibus tuis. nec dormitet aut stilllet anima tua præ te dño. Stillicidia enim efficiunt hominem tempore hyemali, anima autem perfecta non stillat, in qua nulla grauioris est rima peccati, sed manet in domo sua, & inoffensæ habitationis nouitate letatur & fruitur. At si aliquid fortè nutaueris, dicas: Confirma me in uerbis tuis.

Quomodo in uirginibus uideatur angelorum uita in terris, quam in paradiso amiseramus. Et de deuota deprecatione quam Ambrosius fecit super uirginem uelendam.

Cap. XVIII

**N**unc ad te decursis omnibus pater gloriæ uota conuerto, cuius pietati incensabiles gratias agimus, quod in uirginibus sacris angelorum uitam uidemus in terris, quam in paradiso quondam amiseramus. Quid enim uel ad inuirianda uirginum studia, confirmandamq; uirtutem, uel ad concelebrandam uirginitatis gloriam plus cōferre potuisti, quàm ut deus ex uirgine nasceretur? Amplius nobis profuit culpa, quàm nocuit: in quo redēptio quidē nostra diuinū munus inuenit. Sed ipse quoq; unigenitus filius tuus uenturus in terras suscipere quod amissum est, puriorem carnis suæ generationem reperire non potuit, quàm ut habitatione cœlesti aulam uirginis dedicaret, in qua esset & immaculatæ castitatis sacrarium, & dei templum. Quid autem illud attexam, quod diuino tuo munere cū sanctis Moysē & Aaron uirgo pedes per fluctus duxit Hebræorum exercitum? Relinquo uetera, priuata non quero, satis est ista nobilitas familiæ uirginali. Te quæso ut tuearis hanc famulam tuam, quæ tibi seruire, tibi animam suam, tibi integritatis suæ studium dicare præsumpsit. Quam sacerdotali munere offero, affectu patrio commendo, ut propitiis & præsul conferas ei gratiam, quo cœlestium thalamorum immorantem adytis sponsum excutiat, mereatur uidere, introducta in cubiculum dei sui regis, mereatur audire dicentē sibi: Ades huc à Libano sponsa, ades huc à Libano, transibis & pertransibis à principio fidei, ut transeat seculum, ad illa eterna pertranseat. Intende igitur pater in tuum munus, cui sanctificando nullius consilium requisisti: sed ipse sine ullo petitore atq; arbitro tantam contulisti gratiam, quantum ante oracula diuina credere nemo potuisset, ut in suo utero deū uirgo portaret. Cuius prerogatiua muneris prouocata crebescunt studia uirginitatis, & sacre integritatis exempla. Quibus hæc quoq; famula tua ad huiusmodi uirtutis gratiam lacessita, tuis affisit altaribus, non rutilanti casarie flauum deferens crinem, flammeo nuptiali dictum: sed illum crinem quo euangelica illa mulier sancta Maria pedes Christi sedula pietate deterisit, & domum totam effuso impleuit unguento, sacro offerens uelamine consecrandum. Adest puella quam non nuptiarum festa, non præmia, non onerati pondus uteri, uotiuo nupturis dolore sollicitent: sed quæ immaculatos sibi fidei partus & pietatis exposcat, ut in utero accipiat de spiritu sancto, & spiritum salutis deo foeta parturiant. Sed ut ista procedere possit meritorū gratia, tu deus pater omnipotens suffragia cōmendationis adiūge. Nō enim solitaria dos pudoris est. Succingat sacre uirginis crinē modestia, sobrietas, continētia, ut uirtutum accincta comitatu, purpureo dominici sanguinis redimita uelamine, mortificationem domini Iesu in sua carne circūferat. Hæc sunt enim meliora uelamina, quæ sunt indumenta uirtutum, quibus culpa obtegitur, innocentia reuelatur.

reuelatur. His igitur famulā tuam indue uestimentis, quæ in omni tempore munda sint. Mundum enim manet, quicquid nulla interueniens culpa fuscauerit, ut ei iure dicatur. Quoniam placuerunt deo facta tua. In omni tempore sint uestimenta sua candida, & oleum in capite non desit, quo faces suas mysticas possit accendere: ut eum uenerit sponsus, inter illas sapientes uirgines cœlesti thalamo digna numeretur, quæ deuotionis ac fidei sui grauitatisq; lumine munus sacre professionis illuminant. Tuere igitur ancillam tuam pater charitatis & gloriæ, ut quasi in horto clauso & fonte signato teneat claustra pudicitie, signacula ueritatis. Agrum suum colere nouerit, quem colebat sanctus Jacob, & sexagesimos & centesimos quoq; fructus capessat in huius uirtutibus & fortitudinibus agri. Suscites in ea gratiam, & resuscites charitatem. Inueniat quem dilexit, teneat eum, nec dimittat eum donec bona illa uulnera charitatis excipiat, quæ osculis preferuntur. Semper parata, noctibus & diebus toto spiritu mētis inuigilet, ne unquam uerbum eam inueniat dormientem. Et quoniā uult se dilectus tuus sæpius queri, ut exploret affectum recurrentem, sequatur, exeat fides, & anima eius in uerbo tuo peregrinetur corpore, ut afflit deo: uigilet cor eius, caro dormiat, ne male incipiat uigilare peccatis. Tu domine adiunge alios sacre uirginitatis ornatus, adiunge sedulos pios cultus: ut nouerit possidere uas suum, nouerit humiliari, dilectionem teneat, ueritatis murum, pudoris septimum: non pineæ uelamen eius, non uincant cupressi: pudicitiam eius non turtures, simplicitatem eius non uincant columbæ. Sit in corde simplicitas, in uerbis modus, erga omnes pudor, pietas erga propinquos, circa egenos & inopes misericordia, quod bonum est teneat, ab omni specie abstineat mala: ueniat super eam benedictio morituri, & os uirgine benedicat eam. Pone ut signaculum uerbum tuum in corde eius, ut signaculum in brachio eius, ut in omnibus sensibus & operibus eius Christus eluceat, Christum intendat, Christum loquatur. Aqua multa non possit eius excludere charitatem, nec persecutio, nec gladius, nec periculum: sed confirmata in omni uerbo et opere bono, gloriam tuam induat, & in tua gratia conuersetur in hoc mundo. Sanctifices eam in ueritate, in uirtute confirmes, in charitate connectas, atq; ad illam cœlestem gloriam pudicitie & integritatis coronam illibatam immaculatamq; diuino tuo favore perducas: ut illic agni tui sequatur uestigia, in meridiano pascat, in meridiano maneat, nec in greges sodalium incidat, sed agnis tuis admixta, sine offensione uersetur comes uirginum, pedissequa Maria rum. Egredere itaq; tu domine Iesu in die sponsalium tuorum, suscipe iam dudum deuotionem tibi spiritu, nunc etiam professione, imple agnitione uoluntatis tuæ, assume ab initio in salutem in sanctificatione spiritus et fide ueritatis, ut dicat famula tua: Tenuisti manum dexteram meam, & in uoluntate tua deduxisti me, & in gloria assumpsisti me. Aperiri manum tuam, & imple animam eius benedictione: ut saluam facias sperantem in te: et fiat uas in honorem sanctificatum, utile domino, ad omne opus bonum probatum: per illam æternalem crucem, per illam uenerabilem gloriam trinitatis, cui est honor, gloria, perpetuitas, patri deo & filio & spiritui sancto, a seculis nunc & semper, per omnia secula seculorum, Amen.

Eccles. 9  
Math. 25

Cantic. 3

Cantic. 8

Rom. 8

Apocal. 14

Psal. 72  
Psal. 144

Rom. 9

F I N I S:

CAPITVLA LIBRI AD VIRGINEM DEVOTAM.

- Qua ratione uirgo deuota nullum tractatum habere debeat cum secularibus hominibus, nec aliquid apud illos querere. Cap. I
- De repulsione excusationis quam uirgo prætereundere posset, alijsq; pulchris admonitionibus, ut secularium hominum conuersationem deuitet. Cap. II
- Quemadmodum uirgo intrare debeat in cubiculum, & clauso ostio patrē orare, ut det ei mentem bonam & intellectum, ut sciat quos sequi, & quos uitare debeat, cum pulchra instructione de cauendis & agendis. Cap. III

D I U I

# DIVI AMBROSII ME- DIOLANENSIS EPISCOPI LIBER AD VIRGINEM DEVOTAM.

Qua ratione uirgo deuota nullum tractatum habere debeat cum secularibus hominibus, nec aliquid apud illos quærere.

Cap. 1

*Psalm. 44*



*1. Petr. 2*

*Galat. 2*

*1. Ioan. 2*

*Iacob. 4*

*1. Ioan. 2*

*Psalm. 50*

*1. Ioan. 4*

V DI filia & uide & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, et domum patris tui: quoniam concupiuit rex speciem tuam: quoniam ipse est dominus deus tuus, adorabunt eum. Ipsius te deuouisti esse sponsam, deuota deo diceris. Quid tibi cum hominibus secularibus, aut quem tractatū habes cum illis? Quid uis scire cum ipsis perditionem quam ipsi sequuntur? Si castitatem quæris, hanc illi non habent. Si fidem quæris, quis est fidelis in illis, quem tu comitaberis? Si autem Christum quæris, non manet in illis. Nescio quid quæras, quales amicitias uel quales fabulas habeas cum illis. Deuouisti animā tuam ad destruenda omnia quæ sunt huius seculi, quid autem quæris seculum cui renunciauisti? Reuertis ad uomitum tuum sicut canis, aut uelut sus lota iterum in uolutionem, sicut scriptum est, dicente Apostolo: Si quæ destruxi iterum reedificabo, preuaricatore legis me constituo. Iterum ipse repetit, dicens: Quicquid in seculo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum: quod non est de deo, sed de hoc mundo est. Et alibi dicit: Si quis uoluerit amicus esse huius mundi, inimicus dei constituetur. Quid dicis deuota deo? Quid uis hominibus placere? Quid desideras, uel quid quæris? Si deum quæris, tecum est: si autem hominē quæris, non hoc deuouisti. Quid sunt homines? Homines huius seculi. Et seculum transit, & concupiscentia eius. Qui autem fecerit quæ scripta sunt, manet in æternum. Quid desideras, nescio. Si aurum, argentum, si uitam, si uestem splendidam, hoc tibi non placuit cum deo, hoc deus non admiratur: sed cor contum & humiliatū. Quid quæris homines seculi, quos sanctus apostolus iudicat Paulus, dicens: Quorum deus uenter est, & gloria in pudendis ipsorum, qui terrena sapiunt: nostra autem conuersatio in cœlis est? Si ergo conuersationem in cœlo habemus, quæ sursum sunt querere debemus, ubi Christus est, non quæ super terram. Rogo soror, qui sunt isti homines huius seculi? Fratres tuos spirituales homines non sequeris, & sequeris carnales: qui si non saturantur, murmurabunt. Misisti margaritas tuas ante porcos, qui conculcent eas pedibus suis, & conuersi elidant te. Non audisti: Vitate canes, uitate malos operarios? Qui sunt isti? Homines huius seculi, qui non sequuntur uestigia Christi. Rogo te quid tibi demonstrant? Dic mihi, castitatem quam nō habent? Quid fidem quam non inueniunt? Doctrinam quam non sequuntur, nisi diabolicam sapientiam huius seculi? Ieiunium, quod odiunt? Abstemiam, quam iudicant? Humilitatem, quam opprimunt? Sobrietatem, quam negligunt? Synceram mentem, quam non habent, nisi duplicem? Verecundiam, quam proijciunt à se? Nescio autem quid uis studere cum ipsis.

De repulsione excusationis, quam uirgo pretendere posset, alijsq; pulchris admonitionibus ut secularium hominum conuersationem deuitet.

Cap. 11

*1. Ioan. 4*

Ed quid dicis? Ego autem conuerto eos ad me. Si autem ad te conuersi fuerint, non tibi expedit. Quid quærat lupus cum agno? uel quid quærat canis nisi si panem? Quare autem rugit leo nisi pro præda? Tu te ipsam castam custodi, si potes. Quid uis docere, quod tu ipsa non facis? Sicut dicit Apostolus: Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt. Si autem ab ipsis doctrinam accipias, docebunt te quod faciunt, uel quod sequuntur, concupiscentiam, fornicationem, libidinem, auaritiam, fraudem, immundiciam, impudicitiam, luxuriam, ebrietatem, improbitatem, turpiloquium, stulticiam, maleficia, homicidia, iram, rixam, & omnem maliciam. Quid dicis misera, uel quid excusas? Deuouisti animam tuam, ut ab ipsis hominibus recederes, nunc autem quid quæris? Rogo non confunderis, quando de te illi sibi fabulas faciunt,

faciunt, dicentes: Ecce deuota deo, quæ nos sequitur. Dereliquit enim uiam suam, & per terminos agri sui errauit, uiam habitationis suæ non inuenit. Venite præoccupemus eam, & ducemus in uiam nostram. Cecidisti misera in uia lata et spaciõsa, quæ ducit ad mortem. Videtur tibi esse bona quæ mala est, sequeris eos amans, & nescis quoniam recta in foream cadis, memor non es arctam & angustam esse uiam quæ ducit ad uitam: Laboriosa tibi uidetur esse quæ bona est, oblita es dictum fuisse: Quia per multas tribulationes nos oportet in regnum cælorum introire: Nunc autem uoluntati tuæ uis studere. Non legisti Salomonem dicentem: Bonis bona creata sunt ab initio, similiter impijs & peccatoribus bona & mala: Item ipso dicente: Initium uitæ hominis spiritualiter arguetur. Spiritualis quidem de alijs iudicās, tu ipsa iudicaris. Quid queris cum illis? Quæ pars fideli cum infidelle? Vel quæ pars sancti hominis ad canem? Virgo potes esse corpore, sed nõ mente corrupta. Oculi autem tui obcæcati sunt nimio ardore libidinis, in quibus trabes subiacet. Aures tuæ plenæ sunt omni spurcicia uirili. Pedes uero tui ueloces sunt, & nõ sunt pigri ad ianuam foris. Vbi sanctitas? ubi uerècundia? ubi sobrietas? ubi grauitas? ubi castitas? ubi modestia? ubi fides? ubi continentia? ubi pura mens? Vbi sunt illa omnia pro quibus fidem tuam opposueras, quæ perdidisti? Melius enim fuerat te non uouisse & facere, quam uouere, & nõ facere. Nõ potes duobus dominis seruire: aut deo, aut mamonæ, sicut scriptum est: Cum peruerso subuerteris. Nõ potest committi pannus uetus cū nouo. Tollit enim fortitudinẽ eius, & peior scissura fit. Volatilia ad sibi similia cõueniunt, et ueritas ad eos qui operantur eam reuertet. Absit ut tu mihi soror esse dicaris, quæ cum talib. cõuersaris. Aut facite arborẽ bonã, & fructus eius bonos: aut facite arborẽ malã, & fructus eius malos. Vnaquæq; arbor ex fructu suo cognoscit. Quicũq; autem qualis fuerit: cum tali se iungit. Columba dimissa de manu hominis, statim reuersa est ad eum in arcã. Nã coruus dimissus carnem secutus est: quem tu quoq; uis sequi, ut non reuertaris ad ianuam Christi. Est tibi conuersatio cum bestijs agri, & cum uolatilibus cœli, sicut & coruis non memoraris dominum qui te de diluuiõ liberauit, non quæris cubile tuum umbrosum et bonum, ubi requiem temporalem habuisti. Non tibi ante oculos est tẽpestas, atq; oblita es charitatem Christi, & tenes charitatem hominum huius seculi, qui non habent charitatem in se nisi diabolicam. Illi autem aliam carnem sequuntur, & nõ desinunt quoad usq; moriantur. Recede misera de illis hominibus, ne carnes tuas electas comedant, & talos tuos euertat, & relinquaris nuda, & spoliata, sicut in cucumerario. Modo autem quid facies, quia nuda es & spoliata? Ibis ad uicinos tuos quos ante oderas, petens ab ipsis operimentum pudoris? Illi autem dare nolunt dicentes: Vbi est uestimentũ tuũ splendidũ, quod ante portare solebas? Quid dicis, & quid respõdes eis, quam frigus obligauit? Gratulantur autem in malis tuis quæ tibi uenerunt. Tunc te planges dicendo: Heu mihi misera, cui talia uenerunt. Quid mihi profuit illa captiuitas, quæ me captiuauit miserã & infelicẽ? Quò ibo à spiritu tuo, & à facie tua quò fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero ad infernum, ades. Si sumpsero penas meas ante lucem, & habitauero in extremo maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Tũc dicis: Vadam & reuertar ad uirum meũ primarium, quia melius mihi erat tunc magis quam modo: qui mihi dabat uestimenta mea, & oleum meũ in tempore suo. Modo autem quid facio? Tunc reuertaris in domum tuam cum fletu, unde exieras gaudens. Sedebis in angulo domus tuæ lugens, contristata plorans die ac nocte, quærens qui simul tecum contristetur, & non erit: & consolantes te, & non inuenies. Et dabunt tibi eleemosyniam quos ante oderas, & mouebunt capita sua super te dicentes: Ecce quæ erat deuota deo, modo facta est ut stercorea terræ, & sicut ciuitas quæ expugnat. Vbi est castitas illius? Vbi sunt omnia illa quæ eam sequebantur? Dereliquerunt enim illam, quia castitas erat dux eorum: perdidit castitatem, & fugerunt omnia illa. Modo autem quid facies misera? Vbi sunt illi quos insequeris? Redimant te si possunt. Quæ potes dare cõmutationem pro anima tua quam fraudasti per inobedientiam tuã, ut nõ audires fratres tuos, uel sorores quæ tibi demonstrabant, ne te iungeres cum hominibus secularibus: Nunc autem quid faciemus tibi, uel quid dicemus, quos audire noluisti: nisi ut nos ipsos plagamus super te dicentes: Parce domine, parce. Qui forte fletum nostrum, & gemitũ exaudire dignetur, ut det

Matth. 7  
Act. 14Eccles. 39  
1. Corin. 2

2. Corin. 6

Matth. 6  
Psalm. 17  
Matth. 9  
Eccles. 27

Matth. 7

Gene. 8

Psalm. 138

Osæ. 2

Psalm. 68

Matth. 16



ut det tibi animum conuertendi ad ipsum denuo, ut rememores peccata tua dicendo,  
*Luc. 15* Quantis panibus mercenarij patris mei abundat, ego autem fame pereor: Surgam itaque,  
 & uadam ad patrem meum, & dicam illi: Pater peccaui in coelum, & coram te, iam non sum  
 digna uocari filia tua, suscipe me sicut unam ex ancillis tuis, ut uiuam. Quid si forte pro te oc  
*2. Corin. 11* ciderit uitulum illum saginatum: Zelans enim te, zelor. desponsaui enim te uni uiro uir  
 ginem castam exhibere Christo. Timeo enim ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua,  
 sic tui sensus corrumpantur, & excidant a charitate quae est in Christo Iesu.

Quemadmodum uirgo intrare debeat in cubiculum, & clauso ostio patrem orare  
 ut det ei mentem bonam, & intellectum, ut sciat quos sequi, & quos uitare debeat,  
 cum pulchra instructione de cauendis & agendis. Cap. III

*Matth. 5* **V** Ide ergo & caue de istis hominibus, ut mihi soror, & domina nomineris. In-  
 tra in cubiculum, clauso ostio ora patrem tuum ut det tibi mentem bonam  
 et intellectu, ut scias quos debeas sequi, et quos uitare: quia multi sunt qui fin  
 gunt se esse quod non sunt, sed mentiuntur: & nescis quoniam de anima tua agitur, ne ducant  
 te captiuam sicut bouem qui ad occisionem ducitur, aut uelut canem, ut alligetur. Ne se  
 stines sicut auis in laqueum. Audi me, remoue pedem tuum de illis, sede sedula in domo  
*1. Thes. 5* tua, operare manibus tuis quod bonum est, ut habeas unde communicare possis necessita  
*1. Timot. 6* tem sustinentibus. Ora sine intermissione, ne facilis uidearis in plateis. Certa bonum cer  
 tamen, curre uelocius ut comprehendas in quo comprehensa es a Christo. Audiatur te ho  
*Luc. 2* mines, & laentur de bono animo, & de mente qua uiuis. Da eleemosynam, & ecce om  
 nia munda erunt tibi. Non te pigeat uisitare infirmos. Ex his enim in dilectione firmabe  
 ris. Non iurabis omnino, neque per uerum, neque per mendacium, sed sit sermo tuus:  
*Iacobi. 5* est est, non non. Quod autem amplius est, a malo est. Irascere, et noli peccare, ad excusan  
*Psal. 4* das excusationes in peccatis, cum hominibus operantibus iniquitatem. Humilia te filia  
*Psal. 140* ante dominum, quoniam deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Accede  
*1. Petr. 5* ad dominum ut illuminet te, et non erubescas in conspectu illius. Recede de uoluptate se  
 culi, & indue te constantia uirtutis. Depone uestimenta huius seculi, & indue te tunica  
 perpetuitatis: Derelinque cibos istius seculi, & accipe tibi sancta sanctorum. Memorare  
*Danie. 1* Sidrach, Misach, Abdenago, & Daniel recusasse carnes, & uinum Gentilium, & accepisse  
*2. Macha. 7* sibi olera & legumina. Memento Machabaeam propter carnes porcinas passam fuisse,  
 & filios ipsius assatos uel frixos in oleo. Ambula filia in habitu sancto cum uerecundia,  
*Ephes. 4* & sobrietate, & grauitate, depone mendacium, loquere ueritatem cum proximo tuo.  
*Tobia. 4* Ora filia sine intermissione, ieiuna frequenter, & da eleemosynam, quoniam eleemosy  
 na a morte liberat, & non patitur ire in tenebras. Munus bonum est eleemosyna, quae pur  
 gat omnem sordem & squalorem. Beata eris, si haec omnia cum legeris facias. Zelare  
 quod bonum est, ut quod malum est obliuiscaris. Benedicat te pater, & filius, & spiritus  
 sanctus, benedictione qua patres nostros benedicere dignatus est, Abraham, Isaac, & Ia  
*Iacobi. 5* cob. Ora pro me filia, quia & ego sollicitus sum de te, sicut scriptum est: Orate pro inuicem.  
*Prouer. 18* Item frater fratrem adiuuans exaltabitur. Exaltet te dominus in sanctitatem & dilectio  
*Roma. 13* nem, sicut scriptum est: Qui diligit fratrem suum legem impleuit. Impleat dominus om  
*Psal. 19* nes petitiones tuas. Praestet hoc tibi deus pater per Iesum Christum filium suum domi  
 num, & deum, regem, iudicem, saluatorem, redemptoremque nostrum, qui est benedi  
 ctus cum spiritu sancto per omnia secula seculorum. Amen.

F I N I S.

CAPITVLA LIBRI AD VIRGINEM LAPSAM.

|  |           |
|--|-----------|
| Quod pro corruptione deo dicata uirginis omnes boni conlugere debeant.             | Cap. I    |
| Increpatio eiusdem corruptae, quod corruptorem admiserit.                          | Cap. II   |
| Quod laesa corruptae conscientia, neque coelum, neque terram tute contueri audeat. | Cap. III  |
| Qualem excusationem corruptae asserere soleant.                                    | Cap. IIII |
| Quae solita sint obseruari in uelatione sacrae uirginis.                           | Cap. V    |
| Quibus se defendere debeat refugijs, uirgo de stupro sollicitata.                  | Cap. VI   |
| Quam diligentiam superior facere teneatur circa uirgines consecratas.              | Cap. VII  |
|  | Remedium  |

Remedium adhibendum corruptæ uirgini.

Corruptoris obiurgatio.

Ad uirginem lapsam exhortatio.

# DIVI AMBROSII ME-

## DIOLANENSIS EPISCOPI

LIBER AD VIRGINEM LAPSAM.

Quod pro corruptione deo dicatæ uirginis omnes boni conlugere debeant. Cap. I.



**V** DITE me nunc qui prope estis, & qui longe, qui timetis deum, & ecclesie eius gaudio congaudetis, & tristitie colugetis, sicut scriptum est: Gaudere cum gaudentibus, & flere cum fletibus. Vos inquam appello qui charitatem Christi uerissimam tenetis, & super iniquitate non gaudetis, sed potius ingemiscitis. Aduertite uerba oris mei, & an ex iusto dolore procedant iudicate, & detecti sceleris qualitatem mecum pariter perhorrete. Virgo nobilis, dicata Christo, sapiens, erudita, ruit in foueam turpitudinis, concepit dolorem,

Rom. 12

Psal. 7

Matt. 7

Thren. 1

& peperit iniquitatem. Se perdidit, & ecclesiam maculauit. Hinc omnis anima Christiana na graue uulnus excepit, quia sanctum datum est canibus, & margarite missæ sunt ante porcos. A rabidis enim hominibus nomen sceleratum est sanctitatis, & ab immundis & luteis preciosum conculcatum est propositum castitatis. Hinc æstus animo meo, hinc in sanus dolor, quia unum malum bona plurima secum trahit, & una nubecula peccatricis penè totam lucem obscurauit ecclesie. Assumam ergo uocem propheticam, & flebiliter dicam: Audite me omnes populi, & uidete dolorem meum: uirgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem. Vere hæc est captiuitas, ubi animæ a peccato captiue ducuntur ad mortem, & a diabolica dominatione possidentur.

Increpatio eiusdem corruptæ, quod corruptorem admiserit. Cap. II

**D**e te ergo nunc sermo sit, quæ caput horum, & causa malorum es, quæ multipliciter misera cum gloria uirginitatis nomē etiā perdidisti. Nefas est enim

**A** Susannam uocari non castam, non licet nominari quod non es. Vnde incipiam: quod primum, quod ultimum dicam: Bona commemorē quæ perdidisti, an mala defleam quæ inuenisti: Eras uirgo in paradiso dei, utiq; inter flores ecclesie. Eras sponsa Christi, eras templum dei, eras habitaculum spiritus sancti. Et cum dico totiens eras, necesse est ut totiens ingemiscas, quia non es quod fuisti. Incedebas in ecclesia tanquā columba illa de qua scriptum est: Pennæ columbæ de argentata, & posteriora dorli eius in

Psal. 67

pallore auri. Splendebas ut argentum, fulgebas ut aurum, quando cum syncera conscientia procedebas. Eras tanquam stella in manu domini, nullum uerum, nullius belli nebulas pertimescebas. Quæ ista subitanea conuersio: Quæ ista repentina mutatio: De dei uirgine facta es corruptio Sathanæ, de habitaculo spiritus sancti tugurium diaboli. Quæ incedebas ut columba, nunc lates in tenebris sicut stellio. Quæ fulgebas ut aurum propter uirginitatis honorem, nunc uisitor facta es luto platearum, ut etiam indignorum pedibus conculceris. Quæ fueras stella radians in manu domini, ueluti de alto ruens cælo, lumē tuum extinctum est, & conuersa es in carbonem.

**Q**uod læsa corruptæ conscientia, neq; cælum, neq; terram tute contueri audeat. C. III

**A**e tibi misera, & iterum uæ, quæ tanta bona propter parui temporis luxuriā perdidisti. Quam tibi spem apud Christum dominum reliquisti, cuius membra tollens fecisti membræ meretricis: Quis te spiritus sanctus uisitabit, cum

1. Cor. 6

**V** eum repudiasti, qui se quoq; a cogitationibus sordidis longe faciat: Sed ueniamus ad humana, ut illa diuina noscantur. Aspice quis sanctorum, aut quæ sanctarum tibi proximare non horreat, aperi oculos tuos si potes, erige frontem, uales aliquem sanctorum

sanctorum fiducialiter intueri: Non ne tuam faciem conscientiae commissum tanquam plumbum inclinat & premit: Non ne tenebrae ante oculos, & dira caligo uersatur: Non ne timor & tremor animam tuam, & membra quassant: Si ergo homines in carne constitutos, & alicuius forsitan delicti obnoxios non potes intueri, tam graui confusione sepulta: quid facies coram castis Apostolis: Quid facies coram Helia, Daniele, & tantorum exercitu prophetarum: Quid facies coram Ioane: Quid facies coram Maria, Tecla, & Agne, & immaculato thoro puritatis: Quid denique coram angelis sanctis: Non ne splendore & claritate immaculorum quasi fulminibus percussa combureris:

Qualem excusationem corruptae afferre soleant.

Cap. IIII

**S** Ed dictura es forsitan: Non potui sustinere, quia carnem fragilem circumferebam. Respondebit tibi beata Tecla cum suis innumerabilibus sociis: Et nos eadem carne amictae fuimus, non tamen plenum propositum castitatis nostrae aut fragilitas carnis potuit mutilare, aut saeuitia tyrannorum per uaria tormenta potuit deicere. Reuera non potest caro corrumpi, nisi mens fuerit ante corrupta. Remanebit ergo in crimine anima quae carnem precedit in uoluptate. Sed dicis: Nolui hoc malum, sed uiolentiam passa sum. Respondebit tibi fortissima illa Susanna cuius tu nomen fallaciter baiulas: Ego etenim inter duos presbyteros posita, inter duos utique iudices populi, inter syluas paradisi sola constituta uinci non potui, quia nec uolui. Tu ab uno ineptissimo adulescente, & in media ciuitate, quomodo uim potuisti perferre, nisi quia ultro uoluisti uolari: Quis denique tuas uoces audiuit: Quis obluccationes sensit: Ut autem haec omittam, certe post illam uiolentiam proderet scelus si non alijs, uel parentibus, uel tuis sororibus debuisti. Effet enim excusatio infelicitatis, esset conscientiae plena purgatio, si hoste pudicitiae tuae deduxisses in publicum. Sed erubuisti forsitan, ne te uiolata multi cognoscerent. Et quid timuisti ubi non erat timor, nisi ut tacendo crimen, cum adultero sepius sociareris: Esto autem pudor prohibuit confiteri. Quid de secunda commixtione dicis: Quid de tertia: Quid de frequenti commercio foeditatis: Cesset, cesset iam uiolentiae figmentum, cesset ruboris augmentum, ubi toties membra illa dicata Christo, scelesto moerore suis uisceribus polluenta praebuisti. Horret, horret animus, mens tabescit, cum ad adytum sceleris peruenitur. Nam & medicus quamuis fortis sit animo, tamen cum altius lecat uulnus, puto ex parte aliqua sustinebit horrorem. Heu perdita, iam ne intelligis omnes uias excusationis omnimodis clausas: Iam ne sentis quantum tibi mali, & in carne, & in anima nefaria libido contulerit: Non istam confusionem de te tuus expectauerat pater, qui te sibi singulari gloriam computabat. Non hunc luctum, & has lachrymas ex te sibi nasci tua crediderat mater, quae partus sui gemitum per tuam uirginitatem consolabatur. Non fratres tui, non sorores hoc ex te dedecus expectabant, quos omnes quasi uno gladio tui sceleris grauiter sauciasti. Si fuisses communis sorte defuncta, flectent te modicum propter desiderium parentes, sed exultassent granditer quia immaculatam praemiserant uirginem, hostiam uiuam, domino propitiatricem suorum uidelicet delictorum. At nunc plangunt mortuam, & non mortuam: lugent uiuam, & non uiuam. Mortuam utique gloria uirginitatis, uiuam dedecore turpitudinis. Ingratus est pater suis uisceribus de quibus nata es, maledicit suo utero mater ex quo in hanc lucem infeliciter processisti. Nec tamen modum suo dolori reperiunt, nisi hoc solum plane uidentur habere solatium, quia te nec pater compulit, nec mater coegit, ut uirginitatem profitereris, quam ultro & propria uoluntate professa es. Nam scio cum multas difficultates tibi tuus genitor proponeret, cum arduum esse iter seruanda uirginitatis ingereret, te non solum pertinaciter perstitisse, sed etiam reuelationes tibi datas dixisti terribiles. In quantum sibi ergo sperabant mercedem ex eo quod non tuo proposito restiterunt, intantum tibi intellige misera pondus iudicij crescere, quia non seruasti quod ultro promissisti. Quibus te spinis serpens ille nequissimus obligauit: Quibus te uenenis infecit ille qui Euam decepit, ut tanta te caecitate percuteret, tanta animae tuae faceret obliuionem?

Quae solita sint obseruari in uelatione sacrae uirginis.

**N** On es memorata diei sanctae dominicae resurrectionis, in quo diuino altari te obtulisti uelandam: In tanto itaque solenni conuentu ecclesiae dei, inter lumina illa splendida, inter candidatos regni coelestis quasi regina regi nuptura proces-

Cap. v

processeras. Non es memorata qualis allocutio facta est illa die ad te: Aspice filia & in-  
tuere, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex decorem  
tui, quia ipse est dominus deus tuus: Aspice ergo quantus ad sponsi tui, & domini nu-  
ptias conuenerit populus. Seruare te oportuit fidem, quam sub tantis testibus pollicita es,  
semper cogitare cui uirginitatem spoponderis. Facilius te oportuit sanguinem cum spiritu fun-  
dere, quam perdere castitatem tuam. His tunc in illo die consecrationis tuae dictis, & mul-  
tis supra castitatem tuam praeconijs, sacro uelamine tecta es, ubi omnis populus dotem  
tua subscribens, non atramento, sed spiritu, pariter clamauit, amen. Vincor lachrymis cum  
hec recordor, compungor stimulis cum haec exempla considero. Nam si inter decem testes  
confectis sponsalibus, nuptiis consummatis, quaeuis uiro foemina coniuncta mortali, non  
sine magno periculo perpetrat adulterium: quid putes fore, si inter innumerabiles testes  
ecclesiae, coram angelis, exercitibus caeli facta copula spiritalis per adulterium soluit? Ne  
scio an possit ei digna mors aut poena cogitari. Dicit aliquis: Melius est ergo nubere quam  
uri. Hoc dictum ad non pollicitam pertinet, ad nondum uelata. Caterum quae se spopondit  
Christo, & sanctum uelamen accepit, iam nupsit, iam immortalis iuncta est uiro. Et iam si  
uoluerit nubere communi lege coniugij, adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur. Si  
hoc ita est, quid de illa dicendum est quae occulta & furtiua turpitudine costupratur, & fin-  
git se esse quod non est: Habitu uirgo, facto non uirgo. Bis adultera, & in actu, & in aspectu.

Psal. 44

1. Cor. 7

Rom. 12

Quibus se defendere debeat refugijs uirgo de stupro sollicitata. Cap. VI

Ed ad te iterum redeo, quae obliuionem tantorum passa honorum, receptacu-  
lum tantorum malorum facta es. Quomodo tibi in actu illo ignominioso non  
uenit in mentem habitus uirginitatis, processus in ecclesiam inter uirgineos  
choros: Quomodo oculos tuos non perfringebat lux uigiliarum: Aures tuas non pe-  
netrabat hymnorum spiritalium cantus: Mentem tuam non uentilabat lectio caelestium  
uirtus: hinc uel maxime clamante Apostolo: Fugite fornicationem, quia omne peccat-  
um quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.  
Et cum dicit. In corpus suum, tamen in Christum eum peccare demonstrat. Nam subiungit:  
Non estis uestri. Empti enim estis precio magno, glorificate, & portare deum in corpo-  
re uestro. Et iterum dicit: Fornicatio autem & omnis immundicia nec nominetur inter  
uos, sicut decet sanctos. Et seposita omni adulatione sententiam figit Apostolus: Hoc,  
inquit, scitote intelligentes, quia omnis fornicator, aut immundus, aut auarus non erit  
haeres in regno dei. Hec tanta & tam terribilia non tibi ueniebant in mentem, cum ad il-  
lud opus nefarium tua membra peterentur: Sed mortifera te obliuio tanquam in gurgi-  
tem altissimum demergebat, & quasi captiuam execrabilis libido ducebat. Non ne uel  
illud locum tabulis separatim in quo in ecclesia stabas, recordari debuisti, ad quae religiosae  
matronae, & nobiles certatim currebant, tua oscula petentes, quae sanctiores & meliores  
te erant: Non ne uel illa praeccepta quae oculis tuis ipse scriptus paries ingerebat, recorda-  
ri debuisti: Diuisa est mulier & uirgo, quae non est nupta, cogitat quae domini sunt, quo-  
modo sit sancta corpore & spiritu. Tu autem in contrarium uertens dictum, ita cogitas,  
ita agens, ut nec corpore esses sancta nec spiritu: corpore quidem fornicando, spiritu au-  
tem uirginitatem mentiendo. Proh nefas, solet fama subsequi factum: tua autem ad ma-  
lum fama praue nit. Nam cum ante triennium rumor quidam & susurratio de te fuisset,  
tu sinceritatem pretendebas, uindictam de maledicis in ecclesia postulabas publice. Quos  
aestus ego sustinui: Quos pater tuus pro tua sustinuit opinione labores, requirentes sin-  
gulos, singulos adstringentes, ut ad auctorem infamiae ueniremus. Graue enim erat nobis,  
& intolerabile de dei uirgine, uel turpe aliquid dici uel credi. Ne hoc uerita es, nec ante  
oculos habuisti, ne uenires inimicis tuis in gaudium, & eos haberes infensos qui pro tua  
opinionem laborabant. Multum audax, multum temeraria, ut te conscientia tua non terre-  
ret, simulata uirginitate, putares te etiam deum posse decipere. Sed ille qui dixit: Nihil occul-  
tum quod non reueletur, Et uos, inquit, fecistis in occulto, ego autem in manifesto uos fa-  
ciam. Ille qui non mentitur, furtiuum scelus deduxit in publicum, & in conspectu solis  
huius tenebrarum uestrarum opera denudauit. O quicquid praetendit sermo, crudeliora  
occurrunt, & cupiens moderari non inuenit modum. Oblita es propositum, oblita pa-  
rentes, oblita es ecclesiam, oblita gloriam dignitatis tuae, oblita honorem uirginitatis,

Ambr. 10. 1

m 2 etiam

etiam oblita promissionem regni, oblita iudicium terribile, amplexa es corruptionem, protulisti fructum confusionis, finem uero mortem saeuissimam, & interitum sempiternum.

Quam diligentiam superior facere teneatur circa uirgines consecratas. Cap. VII

**E** nim ad officium pastoris pertinet, & tibi & omnibus non negatum est. Dilectio spiritualis adhibita, commonitio sancta non defuit. Oblita domum patris tui, ut scriptum est, ad monasterium uirginale transtisti. Non dico tuta esse debueras inter tot posita si uoluisses, sed etiam tutelam alijs prestare potuisses. Sed frustra haec, & alia prouisa sunt. Hymnum uirginitatis exposui, quo & gloriam propositi, & obseruantiam pariter decantantes. Seminaui secus uiam, seminaui in spinis, seminaui in petrosa. **Luc. 8** Aut enim ex corde tuo uerba mea uolucres, id est, daemones rapuerunt, aut malis tuis cogitationibus suffocata sunt, aut aruerunt nimio aestu libidinis. Heu me quia ubi putauit aedificare aurum, argentum, lapides preciosos, inuentus sum ligna, foenum, stipulam, ac **I. Cor. 3** furas materias laborasse. Dicam & ego secundum prophetam: Heu me quia factus sum sicut qui colligit stipulam in messe. Equidem si tibi solum damnum fecisses, erat quidem tristitia, sed forsitan tolerabilis. Nunc uere quantas animas tuo scelere faucisti, quantas animas propter te de proposito suo poenitere fecisti. Quanta labia etiam fidelium inquinata sunt, uiam domini blasphemando. **Matt. 18** Aperuit in nos gentilitas os suum: aduersus sanctam ecclesiam synagoga Iudeorum per tuum dedecus exultauit. Quod si is qui unum scandalizauerit, mola circūligatus factari debet in mare, quid de te pronuncias, per cuius scelus omnis anima fauciata est, & nomen domini in gentibus blasphematum est. Nonne quotiens dicit: O uirgines: toties ibi cumulus iniquitatis augetur. Iaces ecce uulnerata. Iaces ecce prostrata.

Remedium adhibendum corruptae uirgini.

Cap. VIII

**C** upio prodesse, sed subuenire non possum, quia totum caput in dolore, & totum cor in maestitia est, a pedibus usque ad caput, sicut ait Esaias: Non est malagma imponere. Infirmetas tua omne humanae medicinae exclusit auxilium. **Esa. 1** Et licet tam boni quam mali iusta indignatione permoti, te omni depopulatione dignam, omni tormentorum genere scrutatam iudicent morte multandam, aut ignibus exurendam, ego tamen qui scio grauiora facinorosis seruari tormenta, & sine fine impias animas cruciatus manere non temporales utique, sed aeternos: alijs te uolo cruciatibus affici, profuturis utique, non animam perdituris. Ego secundum diuinam sententiam dabo consilium. Solum enim & unicum tentandum est remedium, illud quod diuina uox per **Ezech. 33** Ezechielem miseris porrigit. Nolo, inquit, mortem peccatoris, sed tantum ut conuertatur et uiuat. **Hier. 8** Et iterum: Post haec, inquit, dixi: Conuertere ad me. Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare non ascendit sanitas filiae populi mei? Haec utique dicta poenitentiam sapiunt, haec sententiae dei uocant ad poenitentiam peccatores. Poenitendo enim necessaria est, sicut uulneratis sunt necessaria medicamina. Sed quanta putas, et qualis necessaria poenitentia, quae aut aequet crimina, aut certe excedat? Vide ergo si simplex hoc peccatum adulterij est, an duplex sit per illam necem quae facta dicitur in occulto: & secundum conscientiae molem exhibenda est poenitentiae magnitudo. Poenitentia ergo non uerbis agenda est, sed & actu. Haec autem sic agitur: Si tibi ante oculos ponas de quanta gloria rueris, & de quo libro uitae nomen tuum deletum sit, & si te iam credas prope ipsas positam tenebras exteriores, ubi erit fletus oculorum, & stridor dentium **Matt. 8** sine fine. Cum haec certa fide sicut est animo conceperis, quia necesse est praeuaricatricem animam tartareis poenis, & gehennae ignibus tradi, nec aliud remedium constitutum esse post baptismum quam poenitentiae solatium, quantamuis afflictionem, quantamuis laborem subire, esto contenta: dummodo ab aeternalibus poenis libereris. Ergo haec tu tecum cogitans, & mente retractans, proprii facti tu ipsa iudex esto crudelior. In primis omnis cura uitae huius interimenda tibi est, & quasi mortuam te existimans, sicut es, quomodo possis reuiuiscere cogita. Deinde lugubris tibi accipienda est uestis, & membra singula digna castigatione punienda. Amputentur crines, qui per uanam gloriam occasionem luxuriae praestiterunt. Defluant oculi lachrymas qui masculum simpliciter non aspexerunt. Pallefcant facies, quae quondam uiruit impudice. Denique totum corpus incuria maceretur, cinere aspersum, & opertum cilicio perhorrescat: quia male sibi de

de pulchritudine placuit. Cor uero sit liquefcens ficut cera, ieiunijs, inquietans feipfum, & cogitationibus uētilans quare fit ab inimico subuerfum. Sensus etiā crucietur, quia in membra corporis cum haberet dominationem, malo ceflit imperio. Talis uita, talis actio pœnitentiæ fi fuerit perfeuerans audebit fperare, & fi non gloriam, certe pœnæ uacuationem. Dicit enim deus: Conuertimini ad me, & conuertar ad uos. Cōuertimini ex toto corde uestro, in ieiunio, & fletu, in planctu: dirumpite corda ueftra, & non uestimētum, quoniam pius & misericors fum. Sic conuerfus magnus ille Dauid iustificatus eft. Sic Ninioe peccatrix illa ciuitas incumbentem fibi euasit interitum. Peccator ergo fi fibi non pepercerit, à deo illi parcitur. Et fi futuras pœnas gehennæ perpetuas in hoc paruo uite fpatio compenfauerit, feipfum ab æterno iudicio liberat. Grandi plagæ, alta & proluxa opus eft medicina. Grande fcelus grandem habet necessariam fatisfactionē. Nam non eft dubium leuius eſſe crīmen, ubi peccatum fuum ultro homo confitetur, & pœnitet. At ubi celans mala fua inuitus detegitur, & nolēs publicatur, illud grauius ſcelus eft, quod tibi utiq; proueniſſe negare non poteris. Et ideo fortius eft dolendum, quia peccatum eft fortius. Si mente cernerent homines peccatores quale iudicium imminet mundo, ſensus humanus non diſpergeretur uanitate ſeculari, fi non infidelitate grauaretur. Quantumuis & qualemuis cruciatum longior uita duceret optarent, dum modo in illas pœnas æterni ignis non incurrerent. Sed tu quæ iam ingreſſa es agonem pœnitentiæ, inſiſte miſera fortiter, inhære tanquam naufragus tabulæ, ſperās per ipſam te de profundo criminum liberari. Inhære pœnitentiæ uſq; ad extremum uitæ, nec tibi præſumas ab humano die poſſe ueniam dari, quia decipit te qui hoc tibi polliceri uoluerit. Quæ enim proprie in dñm peccaſti, ab illo ſolo te conuenit in die iudicij expectare remediū.

## Corruptoris obiturgatio.

## Cap. IX

**D**E te autem fili ſerpentis, miniſter diaboli, uiolator templi dei, qui uno ſcelere duo crimina perpetrasti, adulterium utiq; & ſacrilegium. Sacrilegium plane, ubi uas Chriſto oblatum, domino dedicatum, dementi temeritate polluiti. Balthaſar ille rex Perſarū, qui in uas domini quæ de templo Hieroſolymis fuerant à patre eius ablata, bibere cū ſuis amicis, & concubinis uſurpauit, ipſa nocte angeli manu percuffus, crudeli morte punitus eſt. Quid de te arbitraris perditæ pariter, & perditor, qui uas rationabile conſecratum Chriſto, ſanctificatum ſpiritus ſancto impie temerasti, qui uas ſacrilege, & tui poſſiti immemor, & iudicij diuini contemptor? Melius enim fuerat omnino te non eſſe natum, quàm ſic natum, ut te ſibi gehenna proprium filium uindicaret. Et licet ipſa conſcientia ſcleris te agat per diuerſa præcipitem: (Fugit enim impius nemine perſequentem ſe,) licet te dixæ imagines peccati dormientem quoq; perterreant, non ſolum uigilantem: tamen ne quid à paſtore etiā ouis morbida uel morituræ medicaminis denegatum ſit, do conſilium: Petas ultro carcerem pœnitentiæ, obſtringas catenis uiſcera, animam tuam gemitibus ieiunijsq; diſcrucies, ſanctorum petas auxilium, iaceas ſub pedibus electorum, ut non per cor impœnitens theſaurizes tibi iram in die iuſti iudicij dei, qui reddet ſingulis ſecundum opera ſua. Nec te in eorum numero conſtituas, quos luget Paulus: Qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiā ſuper immunditia & fornicatione & libidine quæ gesserunt. Nec tibi de multitudi- ne peccantium ſimiliū blandiaris & dicas: Non ſolus hoc ego egī, multos habeo ſocios: ſed recogita, quia multitudo ſociorum impuniratem non facit criminum. Nam Sodomæ & Gomorra in totis quinque ciuitatibus innumerabiles utiq; habitabant populi, & omnes pariter qui libidinoſe corpora ſua tractauerunt, igneis imbribus cōflagrati ſunt: ſolus autem Loth de illo inuicabili incendio euasit, quia ab illa turpitudine ſe alienum præſtiterat. Exclue ergo uel nunc infelix de corde tuo blandimenta ſerpētis, & luctu, & fletu continuo, dum in corpore tuo immundo anima illa tenebroſa uerſatur, remediū tibi in die neceſſitatis acquirere, ſemper ante oculos tuos habens Apoſtoli ſententiā: Quia omnes nos oportet manifeſtari ante tribunal Chriſti, ut referat unus- quisq; propria corporis ſui ſecundum quæ geſſit, ſiue bonum ſiue malum.

Pſal. 118

Zach. 1

Lecl. 2

2. Reg. 12

Ionn. 3

Dan. 5

Matt. 26

Prou. 28

Rom. 2

2. Cor. 12

Gen. 19

2. Cor. 5

Nonnulla exē  
plaria, ex hoc  
ultimo capite  
lib. lium facie  
bant.

Aduirginem lapsam exhortatio. \*

Q Vis consoletur te uirgo filia Sion, quia magna facta est sicut mare contritio tua. Effunde sicut aquam cor tuum ante faciem domini: Extolle ad eum manus pro remedio animæ tuæ, & peccatorum tuorum. Accipe igitur lamentum. Et primum quidem nullo die quinquagesimus Psalmus intermittatur, quia in negotio tali cantatus est. Et usque uersiculum illum: Cor contritum & humiliatum deus non spernit, cum lachrymis gemituque percurrens: in super etiam hanc lamentationem non sine cōpunctione cordis in conspectu dei iudicis funde. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, ut defleam uulnera animæ meæ? Conuersi sunt dies festi mei in luctum, & cantica in lamentationem, recessit sonus hymnorum, & lætitia psalmorum, & successit stridor dentiū & fletus oculorum. Obmutui & humiliata sum, & silui à bonis, & dolor meus renouatus est. Cōcaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescit ignis. Timor & tremor uenerunt super me, & contexerunt me tenebræ. Abyssus circumdedit me, postremo merisit caput meum in fissuras montium. Heu me, quia facta sum sicut Sodoma & Gomorra. Cōbusta sum, quis miserebitur cineres meos? Durius offendi quam Sodoma, quia illa legem nesciens deliquerat, ego autem accepta gratia peccaui in dominum. Si homo peccet in hominē: erit qui interueniat. Ego quæ peccaui in dominum, quæ propitiatorem inueniam? Concepi dolorem, & peperit iniquitatem. Lacum aperui & effodi eum, & incidi in foueam quæ feci: Ideo cōuersus est dolor meus in capite meo, & in uertice meo iniquitas mea descendit. Immunditia mea ante pedes meos. non fui memor nouissimorum meorum, & cecidi mirabiliter, nec est qui consoletur me. O quam acerbus fructus luxuriæ: amarior felle, crudelior gladio. Quomodo facta sum in desolationem? Subito defeci, perij propter iniquitatem meam, uelut è somno exurgēs: ideo in ciuitate domini uilificata est imago mea. Deletum est de libro uitæ nomen meum, facta sum sicut noctua in domicilio, sicut passer unicus in ædificio, non est qui consoletur me. Considero à dextris, & uideo, & non est qui agnoscat me. Perijt fuga à me, & non est qui requirat animam meam. Facta sum sicut uas perditum, quoniam audiui uituperationem omnium circum me habitantium. Væ diei illi in quo me infelix uterus genuit, & lux ista crudelis excepit. Oportuerat me potius non fuisse natam, quam sic in gentibus fabula fieri. Propter me confusio & improprium factum est omnibus famulis domini, & eum digne colentibus. Lugete me montes & colles, lugete me fontes & flumina, quia fletus filia ego sum. Lugete me bestia sylvarum, reptilia terræ, & uolucres cœli, & omnis anima quæ uita frueris. Nam uos beata fera & uolucres, quibus nullus metus de inferis, neque post mortem reddenda est ratio. nos manet pœna crudelis tartari, qui habentes sensum delinquimus, & ideo non est pax peccatoribus. Meum est peccatum, mea iniquitas. Non sunt similia offensa hominum, quia horribilis hæc impietas est, carne pollicita seruare uirginem, & castitatem professâ publice, mentita sum domino: ideo non est mihi fiducia inuocandi dominum altissimum, quia obstructum est os delinquentium. Nam meum malum propheta cecinit: Quod qui elongant se à deo, peribunt, disperdit omnem fornicantem à se. Et iterum: Adhæsit anima mea faucibus meis, & in puluerem mortis deducta sum. Veruntamen clamabo ad dominum, cum adhuc tempus est, dum datur spatium, quia in morte non est memoria, & in inferno non est confessio. Domine ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripas me. Quoniam sagitte tue infixæ sunt mihi, & non est sanitas in carne mea à uultu iræ tue. Non est pax ossibus meis à facie iræ tue. Quoniam iniquitates meæ superposuerunt caput meum, sicut onus graue grauata sunt super me. Computruerunt & deteriorauerunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ. Miserijs afflictâ sum usque in finem, rugio à gemitu cordis mei. Cor meum conturbatum est intra me, dereliquit me uirtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. Deus repulisti me, & destruxisti me, ostendisti mihi dura, potastis me uino compunctionis, expulsa sum ab oculis tuis, iam non adiciam ut respiciam ad templum sanctum tuum, & facta sum in exterminio. Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt? Tuus sermo est, tua promissio est: Nolo mortem peccatoris, sed conuersionem, ut possit uiuere. Ad te deus meus conuersio, quia solus potes renouare omnia, & ab inferis animas reuocas. Tu solus cōpeditos, tu deus elisos erigis, cæcos illuminas, mortuos

Thre. 2

Hier. 9

Psal. 38

Gen. 19

1. Reg. 2

Psal. 7

Psal. 101

Psal. 30

et. 141

Psal. 62. 72

Psal. 21

Psal. 37

Ezech. 33

Psal. 2. et 118

mortuos suscitās. Erraui sicut ouis perdita, require famulam tuam, ne lupus crudelis glutiat me. Multi dicunt animæ meę, non est salus in deo eius. Sed tuum consiliū tecū est. Quot sunt dies famulæ tuæ, quando facies mecum iudicium? Defecit in salutari tuo anima mea, defecerunt in lachrymis oculi mei, effusa est in terra gloria mea. Quando respiciens restitues animam meā: Propter iniquitatē corripuisti me, & tabescere fecisti sicut araneam animam meam. Memēto domine quod puluis sum, uide humilitatem meam, & laborem meum, & remitte omnia peccata mea. Remitte mihi ut refrigerer priusquā abeam, & amplius non ero, nec in inferno erit confessio. Potens es domine dirumpere uincula mea quibus ligata sum atq; constricta, qui Raab sordidam non aspernatus es. Iram tuam domine aufer a me, quia peccaui tibi crudeliter, donec iustifices causam meam, & educa me in lumine deus uirtutum. Da pœnitentiæ effectum, confessionis perseverantiam, ne me induret deceptor animæ. Hoc mihi donum, hanc mihi gratiam de tuo fonte præstari cupio deus, ut in aeternum tibi confitear. Qui uiuis & regnas in trinitate in secula seculorum. Amen.

Psal. 38

Psal. 118

Psal. 24

Psal. 38

Iob. 9

# DIVI AMBROSII ME DIOLANENSIS EPISCOPI DE

VIDVIS LIBER VNVS.



**B**ENE accidit fratres, ut quoniam tribus libris superioribus de uirginum laudibus differuimus, uiduarū tractatus incideret. Neq; enim inhonoras debuimus præterire, & a uirginum præconio separare, quas apostolica sententiā cum uirginibus copulauit. Iuxta quod scriptum est: Et mulier innupta, & uirgo cogitat quę sunt domini: ut sit sancta corpore & spiritu. Quodammodo enim magisterium uirginitatis, uiduarum ualefcit exemplis. Quę cum uiro castum cubile

1. Cor. 7

custodiunt, documento uirginibus sunt, integritatem deo esse seruandam. Et propemodum non inferioris uirtutis est eo abstinere coniugio, quod aliquando delectauerit, quam coniugij oblectamenta nescire. In utroque fortes: ut eas & coniugij non pœniteat cui fidem seruent, & coniugalia oblectamenta non alligent, ne uidentur, infirmæq; sibi adesse non possunt. In hac ipsa tamen uirtute præmia sunt reposita libertatis. Mulier enim uincta est quanto tempore uir eius uiuit: quod si dormiuerit uir eius, libera est: cui uult nubat, tantum in domino. Beatior autem erit si sic permanferit, secundum meum consiliū. Puto enim quod & ego spiritum dei habeam. Euidenter igitur expressit Apostolus quid intersit, cum aliam uinctam esse dixerit, aliam beatiorē esse memorauerit: idq; non tam ex suo iudicio quam diuini spiritus docuit infusione depromptum, ut cœlestis ista non humana sententiā uideretur. Quid uero illud quod temporibus ijs, quibus fames omne genus urgebat humanum, Helias ad uiduam destinatus est: Et uide quemadmodum propria singulis gratia reseruetur. Angelus ad uirginem, Propheta ad uiduam. Adde quod Gabriel ille, hic Helias: ut ex angelorum & prophetarum numero præstantissimi principes uideantur electi. Sed nō simplex uiduitatis laus est, nisi uirtus etiam uiduitatis accedat. Nam utiq; multæ uiduę ante, sed una omnibus antefertur, in qua non tam cætere reuocantur ab studio, quam uirtutis prouocatur exemplo. Sollicitas igitur aures præfagiō facit, quam uirtutis intellectu ipsa moralis sit, quæ ad uirtutis exemplum uiduas cohortetur: quia non professione, sed merito uidetur unaquæq; præstare, & hospitalitatis apud deum gratiam non perire, qui potum aqua frigida sicut in Euāgelio ipse memorauit, præmio aternitatis remuneret amplissimo, & farina breuis oleiq; mensuram indeficientium copiarum ubertate compenset. Nam si quis de Gentilibus dixit, Communia omnia amicorum esse debere, quantomagis debent esse cōmunia cognatorū; Cognati enim sumus, qui in unam seriē

2. Cor. 7

3. Reg. 17

Luc. 11

Mat. 10



corporis copulamur. Sed tamen non præscripto quodā hospitalitatis sine cōcludimur. Cur enim proprium id quod in seculo est putes, cum commune sit seculum? Aut cur priuatos terræ deputes fructus, cum terra cōmunis sit? Respícite, inquit, uolatilia cœli, quoniam niam non ferunt, neq; metunt. Etenim quibus nihil est proprium, nihil deest. Et sententia suæ deus arbiter nouit seruare promissum. Deniq; aues non congregant, & redundant, quia pater cœlestis pascit illas. Nos autem generalis monumenta sententiæ ad usus proprios deriuantes. Omne, inquit, lignum quod habet in se fructus feminis satiui, erit uobis in escam, & omnibus bestijs, & omnibus auibus, & omnibus serpētibus super terram congerendo egemus, & congerendo euacuamur. Non possumus enim sperare promissum, qui non seruamus oraculū. Salubre est igitur, præceptum quoq; hospitalitatis aduertere, ut hospitibus deferamus: quia nos quoq; sumus hospites mundi. Quam uero sancta uidua, quæ cum fame urgeretur extrema, uenerationē deo debitā reseruabat: nec soli sibi usurpabat alimenta, sed cum filio diuidebat, ne charo pignori superuideret. Magnum pietatis officium, sed religionis uberius. Nam sicut neminem filio oportuit anteferrī, ita Propheta dei, & filio præferri debuit & salutē. Cui non exiguum uictum, sed uitæ suæ omne subsidium existimanda est detulisse, quæ nihil reliquit sibi: tam hospitalis, ut totum daret: tam fidelis, ut cito crederet. Ergo uidua non abstinentia corporis tantū definitur, sed uirtute designatur: cui præcepta non do ego, sed Apostolus tribuit. Honorificentiam non solus impartior, sed Gētium doctor prius detulit dicens: Viduas honora, quæ ueræ uiduæ sunt. Si qua autem uidua filios aut nepotes habet, discat primum suā domum regere, & mutuam uicem reddere parentibus. Vnde & aduertitur, utrumq; pietatis affectum uiduæ inesse debere: ut filios diligat, parentibus deferat. Ita dum obsequiū parentibus rependit, magisterium exercet in filios, suoq; ipsa remuneratur officio: cum id quod alijs defert, sibi proficit. Hoc enim acceptum est coram deo. Et ideo si cogitas uidua quæ dei sunt, debes id sequi, quod deo placere didicisti. Et supra quidē sanctus Apostolus ad cōtinentiæ studiū uiduas cohortatus, dixit eas cogitare quæ sunt domini. Alibi autem ubi eligitur uidua quæ probata est, non solum cogitare præcipitur, sed etiam sperare de domino. Quæ enim uere uidua est, inquit, & desolata, sperat in deū, & instat obsecrationibus & orationibus die ac nocte. Nec immerito has irreprehensibiles ostendit esse debere, quibus ut opus uirtutis indicitur, ita etiam honorificentia larga defertur, ut etiam ab episcopis honorentur. Qualis autem eligi debeat, ipso docto doctoris sermone describitur. Non minus, inquit, sexaginta annorum, quæ fuerit unius uiri uxor. Non quo senectus sola uiduam faciat, sed quo uiduitatis merita, stipēdia sint senectutis. Nam utiq; illa præclarior, quæ calorem adolescentiæ, & iunioris feruescentem edomat ætatis ardorem: nec mariti gratiam, nec uberiora liberorū oblectamenta desiderans: quam quæ effæta iam corpore, frigida senectute, matura æui, nec calere uoluptatibus potest, nec sperare de partu. Neq; uero si qua in secundas nuptias inciderit, (quas utiq; apostolica præcepta nō damnant,) quali fructu pudoris amisso, si rursus soluta fuerit uiro, ab affectu uiduitatis arcetur. Habebit illa quidē uel seræ meritū castitatis, sed probatior erit quæ alterius nō fuerit experta coniugiū. In illa enim eminet studiū castitatis: huic aut senectus, aut pudor modū uidetur secille nubendi. Nec sola tamē castitas corporis, uiduæ fortitudo est, sed magna & uberrima disciplina uirtutis, quæ in operibus bonis testimonium habeat, si filios educauerit, si hospitio receperit, si sanctorum pedes lauerit, si tribulationem patientibus subministrauerit, si postremo omne opus bonū fuerit subsecuta. Vides quam multas uirtutum comprehenderit disciplinas? Primo, pietatis officium: Secundo, hospitalitatis studium, & humilitatis obsequium: Tertio, misericordiæ ministeriū, liberalitatisq; subsidium: ad summam, omnis executionē boni operis flagitauit. Et ideo adolescentiores deuitandas putat, eo quod nō ualeant tantę opera implere uirtutis. Et enim uicina est lapsibus adolescentiā, quia uariarum æstus cupiditatum feruorem calētis inflamat ætatis: Boniq; doctoris est, materiā arcere peccati. Prima enim institutio nis est disciplina, culpam auertere, secunda uirtutem infundere. Tamen cum sciuerit Apostolus Annam illam ab adolescentiā octogenariam uiduam dominicorum operū extitisse prænunciam, non puto quod iuniores reuocandas putarit à uiduitatis affectu, maxime cum dixerit: Melius est nubere quam uri. Nam utique pro remedio nuptias suauit

ut peritura sanetur: non pro electione præscripsit, casta & continens quid sequat̄. Aliud est enim, subuenire labēti, aliud suadere uirtuti. Et quid de humanis iudicijs loquar, cum diuinis iudicijs in nullo grauius Iudei dominū lesisse prodantur, quam quod uiduæ gratiam minorumq; iura uiolarent? Hæc prophetis causa uocibus conclamatur, quæ merito Iudeis reiectionis inuenerit. Hæc sola causa delicti inuidiam mitigatura memoratur, si honoretur uidua, minoribusq; æqui iustitia iudicij deferatur. Sic enim habes: Iudicate pupillo, & iustificate uiduam, & uenite disputemus dicit dominus. Et alibi: Pupillū & uiduam suscipiet. Et alibi: Viduam eius benedicens benedicam. In quo Ecclesiæ quoque figura prætextitur. Videtis igitur sanctæ uiduæ nequaquam lubrico munus studio de serendum, quod diuinę benedictionis subsidijs honoratur. Quid uero illud, ut ad superiora redeamus, quod cum in omni terra esset fames maxima, uiduæ tamen deo cura nō defuit, atq; ad alendam eam propheta directus est? In quo cum me admoneat dominus, quod in ueritate diciturus sit, ad mysterium uidetur sollicitare aures. Quid enim uerius Christi & Ecclesię potest esse mysterio? Non igitur ociose inter multas uiduas una præfertur. Quæ enim talis, ad quam tantus propheta, qui ad cœlum raptus est, dirigatur, eo præsertim tēpore, quo clausum est cœlum annis tribus, & mēlibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra? Vbiq; ergo fames erat, & adhuc tamen hæc uidua nō egebat. Qui sunt hi tres anni? Forte illi quibus dominus uenit in terras, & fructum in ficulnea inuenire non potuit: iuxta quod scriptum est: Ecce anni tres sunt, ex quo ueni querens fructū in ficulnea hac, & non inuenio. Hæc est profecto uidua illa, de qua dictum est: Latare sterilis quæ non parit, erumpe & exclama quæ non parturis: quoniam multi filij defertæ magis quàm eius quæ habet uirum. Et bene uidua, cui dicitur: Ignominia & uiduitatis tuę non eris memor, quia ego dominus qui facio te. Et fortasse ideo uidua, quæ amisit quidem uirum secundum corporis passionem, sed in die iudicij filium hominis quem amisisse uisa est, receptura. Tempus enim breue, inquit, dereliqui te, ut gloriosius scilicet fidem relicta seruares. Habent itaq; omnes quod imitentur exemplum, uirgines, nuptæ & uiduæ. Et fortasse ideo Ecclesiæ, uirgo, nupta, uidua, quia unū corpus in Christo sunt. Hæc igitur illa uidua est, propter quam uerbi cœlestis siccitas cum esset in terris, prophetæ sunt destinati. Erat enim uidua quæ sterilis erat, sed partum suo tempori reseruabat. Vnde nec illius nobis uidetur persona mediocris, qui aridam terram uerbi rigauit rore cœlestis, clausumq; cœlum non humana utiq; potestate reseruauit. Quis enim est qui cœlum potest aperire, nisi Christus, cui quotidie de peccatoribus cibis ecclesię cumulo congregatur? Neq; enim humanæ facultatis est dicere: Hydria farine non deficiet, & uas olei non deficiet usq; in diem quo dabit dominus pluuiam super terram. Nam licet mos sit ita profari prophetis, tamē hic uera dei uox est. Ideo præmissum est: Quia hæc dicit dominus. Domini enim est perpetuitatem sacramentorum spondere cœlestium, & nō defuturam spiritualis exultationis gratiam polliceri, largiri munimenta uitæ, fidei signacula, dona uirtutum. Quid est autem: Usq; in illum diem quo dabit dominus pluuiam super terram, nisi quia descendet sicut pluuiā in uellus, & sicut stillicidia stillantia super terram? In quo ueteris mysterium reseratur historiæ, quo sanctus Gedeon mystici certaminis præliator, futuræ capiens insigne uictoriæ, spiritale sacramentum uigore mentis agnouit, pluuiam illam, uerbi rorem esse diuini, quæ primo pluit in uellus, cum terra omnis perpetuis siccitatibus æstualet: secundo uero iudicio, uniuersam terram fuso imbre madefecit, cum siccitas esset in uellere. Aduertit enim uir præfagus futurę Ecclesiæ crescentis insigne. Nam primo intra Iudeā diuini cœpit ros sermonis humescere, (Notus enim in Iudea deus,) cū arido fidei totius orbis uniuersa torrerent. Sed ubi Ioseph greges deū negare cœperunt, & ausu nefario immaniū delictorū contrahere diuinitatis offensam, tūc per oēs terras fuso imbris rore cœlestis, populus Iudæorū æstu perfidiæ suæ cœpit arescere, cum Ecclesiam sanctam ex omnibus terrarū partibus congregatā, prophetiçe nubes, & salutaris imber apostolicus irrigarent. Hæc est illa pluuiā non terrarū humido, nō nebuloso concreta montiū, sed cœlestium scripturarum salubri per totū orbē imbre diffusa. Ostenditur exemplo igitur, nō omnium esse, diuinæ mereri miracula potestatis, sed eorum quibus religiosa deuotionis studia suffragentur: & diuini eos fructu operis abdicari, qui reuerentiæ sunt cœlestis exortes, Ostenditur etiam in mysterio, quod

Esa. 1

Psal. 145

Psal. 131

3. Reg. 17

Luc. 13

Esa. 54

Rom. 12

3. Reg. 17

Psal. 71

Iud. 6

Psal. 75

quod ad instaurandam Ecclesiam dei filius humani corporis sacramenta suscepit, abdicato populo Iudæorum, quibus consiliarius, & propheta beneficiorumque adempta sunt miracula diuinorum, eo quod ciuico quodam inuidiæ næuo in dei filium credere noluerunt. Docuit igitur scriptura quanta collatio gratiæ, quantum etiam sit munus diuinæ benedictionis in uidiuis. Quibus quoniam honorificentia à deo tanta confertur, facile est aduertere qualis debeat uita cōpetere. Docet enim Anna quales deceat esse uiduas: quæ immaturo mariti obitu destituta, maturæ tamen ad oriam laudis inuenit: non minus religionis officio, quam studio castitatis intenta. Vidua, inquit, octoginta & quatuor annorum, uidua quæ non discedebat de templo, uidua quæ ieiunijs & obsecrationibus die ac nocte seruiret. Vides qualis uidua prædicetur: unius uiri uxor, ætatis quoque iam probata processu, uiuida religioni, & effœta iam corpore, cui diuersorium in tēplo, colloquium in prece, uita in ieiunio, quæ dierum noctiumque temporibus indefessæ deuotionis obsequio, cum corporis agnosceret senectutem, pietatis tamen nesciret ætatē. Sic instituitur a iuuentute uidua, sic prædicatur in senectute ueterana: quæ uiduitatem non occasione temporis, non imbecillitate corporis, sed uirtutis magnanimitate seruaerit. Etenim cum dicit septem annis eam cum uiro fuisse à uirginitate sua, ab adolescentiæ utique studijs inchoata prædicat subsidia senectutis. Docemur itaque triplicem castitatis esse uirtutem: Vnam coniugalem, aliam uiduitatis, tertiam uirginitatis. Nō enim aliam sic prædicamus, ut excludamus alias. Suis quibusque professionibus ista conducūt. In hoc Ecclesiæ opulens disciplina: quod quos præferat habet, quos reiiciat non habet, atque uti nam habere nunquam possit. Ita igitur uirginitatem prædicamus, ut uiduas non reiiciamus: ita uiduas honoramus, ut suus honos coniugio referuetur. Non nostra hoc præcepta, sed diuina testimonia docent. Reminiscamur itaque quemadmodum Maria, quemadmodum Anna, quemadmodum Susanna laudentur. Et quoniam non laudes earum tantummodo prædicandæ sunt, sed disciplinæ etiam sunt sequendæ, reminiscamur ubi Susanna, ubi Anna, ubi Maria sint repertæ, & aduertamus quemadmodum singulæ aptis laudibus prædicentur, & ubi nam commorentur: Nupta in paradiso, uidua in templo, uirgo in secreto: sed in illis tardior fructus, in uirgine maturior. Illas senectus probat, uirginitas laus ætatis est: nec adiumenta querit annorum, quæ omnium est fructus ætatum. Adolescentiam decet, iuuentutem ornat, amplificat senectutē, omni que æuo habet iustitiæ suæ canos, maturitatem grauitatis, uelamen pudoris, qui deuotionem nō impediatur, religionem augeat. Aduertimus enim ex sequentibus, quia quotannis in die Iohannis paschæ sancta Maria cum Ioseph Hierusalem petebat. Vbi que impigra deuotio, ubi que assiduus uirgini comes pudoris adiungitur. Nec inflatur domini mater, quasi securam de meritis, sed quo meritum maius agnouit, eō uotum uberius exoluit, officium copiosius detulit, munus religiosius uexit, mysticum tempus impleuit. Quanto igitur uos magis conuenit intentas esse studio castitatis, ne locum sinistrae relinquatis opinioni, quæ pudicitie testimonium in solis habetis moribus: Virgo enim licet in ea quoque maior sit morum prerogatiua quam corporis, calumniam tamen integritate carnis abiurat: uidua quæ probandæ subsidium uirginitatis amiserit, non in uoce obstetricis, sed in suis moribus habet castitatis examen. Docuit igitur scriptura, quam attentus uiduæ esse debeat & religiosus affectus. Docuit etiam libro eodem, sed alio loco, quam misericordē in pauperes & liberalem esse conueniat, nec paupertatis debere contemplatione reuocari: quia liberalitas non cumulo patrimonij, sed largitatis definitur affectu. Denique dominica uoce illa uidua omnibus antefertur, de qua dictum est: Vidua hæc plus omnibus misit. In qua moraliter dominus instituit uniuersos, ne quis à collatione ministerij paupertatis pudore reuocetur, nec sibi diuites blandiantur, quod plus uideantur conferre quam pauperes. Vberior est enim nūmus è paruo, quam thesaurus è maximo: quia nō quātū detur, sed quātū resideat, expenditur. Nemo plus trihuit, quam qui nihil sibi relinquit. Quid tu diues egeni comparatione te iactas? & cū tota onereris auro, preciosam per humum trahens uestem, quasi inferior tuis & parua diuitijs, honorari desideras, quia inopem collatione uicisti? Et flumina superfluent, cum redundant, gratior tamē haustus è riuulo est. Spumant & musta dum feruent, nec damnum putat agricola quod defluerit. Gementibus areis dum ceditur messis, frumēta defolliunt: sed deficientibus messibus nō deficit hydria

hydria de farina, & plena olei testa desudat. Exinanivit tamen dolia diuitum siccitas, cum uidua paucillum olearium redundaret. Non ergo quid fastidio expuas, sed quantum deuotione conferas, æstimandum est. Denique nulla plus tribuit, quam illa quæ de filiorum alimentis pauit prophetam. Et ideo quia nulla plus contulit, nulla plus meruit. Hæc moraliter. Nec mystice tamen despexeris hanc mulierem in gazophylacium duo æra mittentem. Magna planè foemina, quæ diuino iudicio meruit omnibus anteferri, ne forte illa sit quæ de fide sua ad subsidium hominũ duo testamenta contulerit: & ideo nulla plus fecit. Nec quisquam hominum quantitatem potuit collationis eius æquare: quæ fidem cum misericordia copulauit. Et tu igitur quæcunq; uitam studio uiduitatis excres, ne dubites ad gazophylacium duo æra deferre, uel fidei plena uel gratiæ. Felix illa quæ de thesauro suo integram regis imaginem profert. Thesaurus tuus sapientia, thesaurus tuus castitas atq; iustitia est, thesaurus tuus intellectus bonus: qualis ille thesaurus fuit, de quo magorum uiri, aurum, thus, myrrham cum adorarent dominum, protulerunt: auro regis potentiam declarantes, deum thure uenerantes, myrrha resurrectionem corporis confitentem. Habes & tu thesaurum hunc, si in te requiras. Habemus enim thesaurum in uasis fictilibus. Habes aurum quod conferas. Nõ enim renitentis metalli precium de te deus exigit, sed illud aurum quod iudicij die nequeat ignis exurere. Nec dona preciosa deposit, sed odorem fidei, quem altaria tui cordis exhalent, & religiosæ mentis spiret affectus. Ex hoc igitur thesauro, non solum magorum tria munera, sed etiam duo uiduæ æra promuntur, in quibus integra cœlestis imago regis effulgeat, splendor gloriæ eius, & imago substantiæ. Bona & illa planè laboriosæ stipendiæ castitatis, quæ de suo opere quotidianoq; penso conferat uidua, nocturnis pariter ac diurnis iugè exercens labore pensatorum temporibus, & pudiciæ quæstuosæ per uigil opere mercedem congregans, ut intemperatum defuncti coniugis cubile custodiat, alere dulces liberõs possit, ministrare pauperibus. Hæc est præferenda diuitibus: hæc est quæ Christi iudicium non timebit. Hanc æmulamini filiæ. Bonum est enim æmulari in bono semper. Æmulamini meliora charismata. Spectat uos dominus semper, spectat, inquam, Iesus cum ad gazophylacium acceditis, & de bonorum operum mercedibus stipem portatis egentibus conferendã. Quantum est igitur ut æra tua conferas, & Christi corpus acquiras? Noli ergo uacua prodire in cõspectum domini dei tui: uacua misericordiæ, uacua fidei, uacua castitatis. Nõ enim inanes dominus, sed uirtutibus opimas spectare Iesus & laudare consuevit. Videat te adulescentula laborantẽ, uideat ministrantẽ. Hæc est enim merces quam deo debes, ut de aliarum quoq; profectibus mercedem tuam de tuo conferas. Nulla merces deo melior, quam ea quæ habet pietatis munera. An uero mediocri tibi uidua illa uidetur? No enim, quæ uiduitatem suam messis manipulis sustentabat alienæ, quam æuo grauem alebat nurus? Nam hoc quoq; & ad subsidium, & ad gratiam proficit uiduarum, ut ita instituât nurus suas, quo possint in his mature habere subsidium senectutis, & quasi stipendium magisterij, mercedem quoq; suæ capere disciplinæ. Etenim quæ bene instituerit, bene eruditur nurus suam, Ruth ei deesse non poterit, quæ uiduitatem socrus paternæ domui præferat. Et si uir quoq; eius mortuus fuerit, non relinquat tamen, alat inopem, soletur merentem, nec dimissa discedat. Nescit enim egere optima disciplina. Sic illa Noemi duobus desitura filiis & marito, quæ fructus fecunditatis amiserat, pietatis emolumenta nõ perdidit. Nam & solatium mœroris, & subsidium paupertatis inuenit. Videtis igitur sanctæ foeminae quam fecunda sit uidua prole uirtutum, meritorumq; suorum sobole, quæ perire non possit. Bona igitur uidua egere non nouit: & si festæ fuerit ætatis, & supremæ paupertatis, eruditionis tamẽ suæ solet habere mercedẽ. Et si proximi defuerint, inuenit tamen extraneos qui matrẽ colant, reuereantur parentẽ, paruicq; alimẽtorũ sumptibus mercedẽ cupiãt suæ cõmendationis acquirere. Plus enim uiduæ rependunt merita, quam cibibus quærunt, sumptus impendunt. Sed tristes uidetur ducere dies, & lachrymis tẽpus exigere. Hoc beatior, quod perpetua sibi gaudia exiguis fletibus emit, paruicq; momẽtis tẽpora acquirit æterna. Quibus bene dicit: Beatae tristes, ipsæ enim ridebitis. Quis igitur falsas presentium imagines gaudiorũ, futurę securitatis præferat uoluptati? An despiciabilis nobis auctor uidetur ille dominici corporis auctor electus, qui cinerem sicut panem manducabat, & potum cum fletu miscebat, ut uespertinis lachrymis, matutinæ sibi letitiam

Matt. 2

2. Cor. 13

1. Cor. 13

Ruth. 1

Luc. 6

Psal. 101

latitiam redemptionis acquireret: Vnde igitur plurimum gaudere meruit, nisi quia plu-  
 rimum fleuit, & tanquam lachrymarum precio suarum, futuræ sibi gloriæ gratiam com-  
 parauit: Habet igitur uidua bonam cōmendationis suæ materiā, ut dum uirū luget, fleat  
 seculū, & in prōptu sint lachrymę redemptrices, dum penduntur mortuis, uiuētibus pro-  
 futura. Paratus in cōstitudine animi fletus oculorum, misericordiam conciliat, laborem  
 misit, dolorem ableuat, seruat pudorem, nec iam misera sibi uidetur quæ consolationē  
 in lachrymis habet, in quibus sunt charitatis stipendia, officia pietatis. Sed nec fortitu-  
 do bonæ uiduæ deesse consueuit. Hæc enim uera est fortitudo, quæ naturæ usum, sexus  
 infirmitatem, mentis deuotione transgreditur: qualis in illa fuit, cui nomen Iudith, quæ  
 uiros obsidione fractos, perculsos metu, tabidos fame, sola potuit à colluione reuoca-  
 re, ab hoste defendere. Etenim, ut legimus, cum Holofernes successu multorum terribi-  
 lis præliorum, intra muros innumera uirorum milia coegisset, armatis pauentibus, & de  
 extrema iam sorte tractantibus, extra murum processit, & illo præstantior exercitu quē  
 liberauit, & eo fortior quem fugauit. Sed ut discas maturæ uiduitatis affectum, feriem ip-  
 sam persequere scripturarum. A diebus enim uiri sui quibus ille defunctus est, uestem io-  
 cunditatis deposuit, mœroris assumpsit: per omnes dies intenta ieiunio, sabbato tantum  
 & dominica, sacratarumq; temporibus feriarum, non refectioni indulgens, sed religio-  
 ni deferens. Hoc est enim, siue manducatis, siue bibitis, in nomine domini Iesu Christi a-  
 genda esse omnia: ut etiam ipsa refectionis corporalis, sacro religionis cultui deferat. Diu-  
 turnis igitur mœroribus, & quotidianis roborata ieiunijs sancta Iudith, quæ seculi oble-  
 tamenta non quereret, periculi negligens, mortisq; contemptu fortior, ut commentu-  
 tum firueret dolum, uestem illam iocunditatis, quam uiuente uiro uestiri solebat, se in-  
 duit: quasi placitura uiro, si patriam liberaret. Sed uirum alium uidebat, cui placere que-  
 rebat: illum utiq; de quo dictum est: Post me uenit uir qui ante me factus est. Et bene cō-  
 iugales pugnatu resumpsit ornatus, quia monimēta cōiugij, arma sunt castitatis. Neq;  
 enim uidua alijs aut placere posset, aut uincere. Quid cætera persequamur, quod inter  
 tot milia hostiū casta permansit: Quid eius sapiētia prædicemus, quod huiuscemodi est  
 cōmēta consiliū, ut dum potentē elicit intēperantia, à se inferiores arceret, occasiōnē  
 pararet uictoriæ, abstinentiæ meritum, pudicitia gratiā reseruaret: Nec cibo enim, ut le-  
 gimus, maculata nec adultero, nō minus seruata castitatis ex hostibus reuexit trophæū,  
 quam patriæ liberata. Quid sobrietatē loquar: Temperantia enim uirtus est foeminarū.  
 Inebriatis uino uiris, & sōmno sepultis abstulit uidua gladium, exeruit manum, bellato-  
 ris abscidit caput, per mediās hostiū acies intemerata processit. Aduertitis igitur quā-  
 tum nocere mulieribus possit ebrietas, quādo uiros uina sic soluūt; ut uincantur à foemi-  
 nis. Esto igitur uidua temperans: casta primū à uino, ut casta possis esse ab adultero. Ne-  
 quaquam te ille tentabit, si uina non tentent. Nam si Iudith bibisset, dormisset cum adul-  
 tero. Sed quia non bibit, haud difficile ebrios exercitus unius sobrietas, & uincere po-  
 tuit, & eludere. Nec dexteræ tantum hoc opus, sed maiora trophæa sapientiæ. Nam ma-  
 nu solum Holofernem uicit, consilio autem omnem hostiū uicit exercitum. Suspenso  
 enim Holofernē capite, quod uirorum non potuit excogitari consilio, suorū erexit ani-  
 mos, hostiū fregit: suos pudore excitās, hostes quoq; terrore percellens, eoq; celsi sunt  
 & fugati. Ita unius uiduæ temperantia atq; sobrietas non solum naturam suam uicit, sed  
 quod est amplius, fecit uiros etiam fortiores. Nec his tamen elata successibus, cui utique  
 gaudere & exultare licebat iure uictoriæ, uiduitatis reliquit officium, sed contemptis o-  
 mnibus qui eius nuptias ambiebant, uestem iocunditatis deposuit, uiduitatis resumpsit  
 nec triumphorum suorū amauit ornatus, illos existimans esse meliores quibus uicia cor-  
 poris, quā in quibus hostiū arma uincuntur. Ac ne una uidua tantum hoc opus inimi-  
 tabile alijs uideat implese, plures alias uel parilis uel proximæ fuisse uirtutis nequaquā  
 dubitandum uidetur. Bona enim seges plurimas spicas fructu refertas ferre consueuit.  
 Nec dubites illam ueterum segetem temporum, in complurimū foeminarum moribus  
 foecundasse. Sed quia prolixū est cōplecti omnes, cognoscite aliquas, & præcipue De-  
 borā, cuius nobis prodidit scriptura uirtutem. Hæc enim docuit non solū uiri auxilio ui-  
 dus nō egere, uerū etiā uiris posse esse subsidio: quæ nec sexus infirmitate reuocata, mu-  
 lita uirorū obeunda suscepit, & suscepta cumulauit. Deniq; cū ludæi ludicum regerentur  
 arbi-

Iudith. 8

Col. 3

Iudith 10

Ioan. 1

1. Tim. 2

Iudic. 4

arbitrio, qui uirili non poterant uel æquitate regi, uel uirtute defendi, bellis hinc inde ardentibus, Debboram sibi cuius regerentur iudicio, cooptarunt. Itaque multa milia uirorum una uidua & in pace rex, & ab hoste defendit. Multi iudices in Israel, sed nulla ante iudex foemina: multi iudices post Iesum, sed nullus propheta. Et ideo lectum istius puto esse iudicium & gesta eius arbitror esse descripta, ne mulieres a uirtutis officio muliebris sexus infirmitate reuocentur. Vidua populos regit, uidua ducit exercitus, uidua duces eligit, uidua bella disponit, mandat triumphos. Non ergo natura rea est culpæ, nec infirmitati obnoxia: strenuos enim non sexus, sed uirtus facit. Et in pace quidem nulla querimonia, nullus error mulieris inuenitur, cum plerique non mediocrium peccatorum authores populo suo iudices extitissent. Vbi uero Chananæ gens ferox prælio, & affluentum copiarum opima successu, hostiles in populum Iudæorum animos extulerunt, uidua præ cæteris bellicos instruit apparatus. Et ut discas non publicis copijs domesticas necessitates fuisse subnixas, sed domesticis disciplinis munus publicum gubernatum, domo propria filium ducem producit exercitus: ut agnoscat, quod possit instituere uidua bellatorem. Quem quasi mater erudit, quasi iudex præposuit, quasi fortis instituit, quasi propheta uictoriæ certa transmittit. Denique in mulieris manu summam fuisse uictoriæ docet Barach filius dicens: Nisi tu ueneris mecum, non ibo, quia non noui diem in qua dirigit dominus angelum suum mecum. Iudic. 4

Quanta ergo foemine istius uirtus, cui dux dicit exercitus: Nisi tu ueneris, non ibo: Quanta, inquam, uiduæ fortitudo, quæ a periculis filium nec materno reuocat affectu, immo ad uictoriam filium studio matris hortatur dicens: quod in manu mulieris sit summa uictoriæ. Debbora ergo prælii prophetauit euentum, Barach iussus produxit exercitum, Hialech cepit triumphum. Huic enim prophetia Debboræ militauit, quæ mystice nobis ortum surrecturæ ex Gentibus Ecclesiæ reuelauit, cui triumphus de Sisara spiritalis, hoc est, de aduersarijs potestatibus quæreretur. Nobis igitur prophetarum oracula dimicant, nobis illa prophetarum iudicia, & arma uicerunt. Et ideo non populus Iudæorum, sed etiam Hialech uictoriam de hoste quæsiuit. Infelix ergo populus, qui hostem quem fugauit, persequi fidei uirtute non potuit. Itaque illorum delicto, salus Gentibus: illorum desidia, nobis seruata uictoria est. Hialech ergo prostrauit Sisaram, quem tamen corusco duce, (hoc enim significat interpretatio Barach,) manus ueterum fugauerat Iudæorum. Frequenter enim, ut legimus, orationibus & meritis Prophetarum cœlestia patribus affuere subsidia, sed his iam tunc de nequitijs spiritalibus uictoria parabatur, quibus dicitur in Euangelio: Venite benedicti patris mei, possidere paratum uobis regnum a constitutione mundi. Ergo principium uictoriæ a maioribus, finis in Ecclesia. Ecclesia autem non armis secularibus uincit aduersarias potestates, sed armis spiritalibus quæ sunt fortia deo ad destruendas munitiones, & altitudinem nequitie spiritalis. Et ideo Sisara sitis, lactis poculo restinguitur, quia oratione superatur. Quod enim nobis salutare ad escam, hoc aduersariæ potestati letale ad infirmitatem. Arma Ecclesiæ fides, arma Ecclesiæ oratio est, quæ aduersarium uincit. Ergo secundum historiam ad uocandos animos foeminarum, foemina iudicauit, foemina disposuit, foemina prophetauit, foemina triumphauit, & præliaribus intermixta copijs, imperio uiros docuit militare foemineo. Secundum mysterium uero, fidei milita, ecclesiæ uictoria est. Non ergo habetis quod per naturam uos excusetis foemina. Non habetis uiduæ, quod ad infirmitatem sexus aut ad amissionem subsidij maritalis mobilitatem uestram referre possitis. Satis unicuique præsidij est, si uirtus animi non desit. Et ipse in uiduis frequens processus ætatis munimen pudoris est, & ipse amissi coniugis dolor, usus operis, domus cura, sollicitudo liberorum noxiam pudori solet arcere lasciuiam, atque ipse lugubris habitus, pompa funebris, fletus assiduus, & mœstæ fronti inarantibus rugis impressa tristitia, petulantiam premit oculos, restinguit libidines, procaces auertit aspectus. bonus custos pudoris, preterege naturæ, & posse salubritatem tenere cõsilij: nec domestico indigere præsidio, quæ etiam publicæ potestatis apicem potentie uindicare. Sed fortasse dicit aliqua, ei tolerabiliorem uiduitatem cui profluant res secundæ, aduersis uero uiduas cito frangi, facile succumbere. De quo & si ipso doceantur usi, læta uiduis lubrica magis esse quam seria ra-

men scripturarum instruimur exemplis, infirmitatibus quoque uiduarum non deesse so-  
 lere subsidia, faciliusque quam ceteris diuina atque humana suppeteret, si bene filios insti-  
 tuant, generos legant. Denique cum socrus Simonis magnis febribus detineretur, Petrus  
 & Andreas rogauerunt dominum pro ea. Et stans super illam, imperauit febrim, & remi-  
 sit illam: & continuo surgens ministrabat illis. Magnis (inquit) tenebatur febribus, & ro-  
 gauerunt illum pro ea. Et tu habes proximos, qui deo pro te supplicent. Habes Aposto-  
 los proximos, habes martyres proximos, si ipsa martyribus deuotionis societate, miseri-  
 cordiae quoque muneribus appropinques. Proximus est enim qui misericordiam facit.  
 Fac & tu misericordiam, & eris Petro proxima. Non sanguinis necessitudo, sed uirtutis  
 cognatio facit proximos: quia non in carne ambulamus, sed in spiritu. Ama ergo propin-  
 quitatem Petri, affinitatem Andreæ, pro te rogent, & recedant cupiditates tuæ uerbo  
 dei pulse. Surgas ilico, quæ in terris iacebas, ut Christo ministres. Nostra enim conuersa  
 tio in cœlis est, unde & saluatorem expectamus dominum Iesum. Nemo enim iacens,  
 Christo ministrat. Ministra pauperi, & ministras Christo. Quod enim uni horum feci-  
 stis, mihi, inquit, fecistis. Habetis ergo uiduæ auxilium, si tales uobis generos posterita-  
 tis uestræ patronos, tales proximos eligatis. Ergo rogauerunt pro uidua Petrus & An-  
 dreas. Utinam existat aliquis qui tam cito possit rogare pro nobis, uel certe iste qui pro  
 socru rogat Petrus, & Andreas frater eius: tunc enim pro affinitate poterant, nunc iam  
 possunt pro nobis et pro omnibus impetrare. Videtis enim quod magno peccato obno-  
 xia, minus idonea sit quæ pro se precetur, certe quæ pro se impetret. Adhibeat igitur ad  
 medicum alios precatores. Aegri enim, nisi ad eos aliorum precibus medicus fuerit inuita-  
 tus, pro se rogare non possunt. Infirma est caro, mens ægra est, & peccatorum uinculis  
 impedita, ad medici illius sedem debile non potest explicare uestigiū. Obsecrandi sunt  
 Angeli pro nobis, qui nobis ad præsidium dati sunt: Martyres obsecrandi, quorum uide-  
 mur nobis quoddam corporis pignore patrocinium uindicare. Possunt pro peccatis ro-  
 gare nostris, qui proprio sanguine etiam si qua habuerunt peccata, lauerunt. Isti enim  
 sunt dei Martyres, nostri præfules, speculatores uitæ, actuūque nostrorum. Non erubesci-  
 mus eos intercessores nostræ infirmitatis adhibere, qui & ipsi infirmitatem corporis e-  
 tiam cum uincerent cognouerunt. Inuenit ergo Petri socrus qui pro se rogarent. Et tu  
 uidua inuenis qui pro te supplicet, si quasi uerè uidua & desolata in deum speres, in spes ob-  
 secrationibus, insistas orationibus, afficias corpus tuum quasi quotidie moriens, ut morien-  
 do reuiuifcas. Fugas delicias, ut etiā ægra saneris. Nam uidua quæ in delicijs est, uiuens  
 mortua est. Sublata est tibi causa nubendi, habes qui pro te intercedant: ne dixeris, desiti-  
 tata sum: Querela nupturæ est. Ne dixeris: sola ego sum. Castitas solitudinem quærunt: pu-  
 dica secretum, impudica conuentum. Sed negotium habes, & intercessorem aduersariū  
 uereris apud iudicem. Pro te dominus interuenit dicens: Iudicate pupillo, & iustificate  
 uiduam. Sed patrimoniū uis tueri. Maius pudoris est patrimoniū, quod melius regit ui-  
 dua quā nupta. Seruus peccauit. Ignosce. Melius est enim alterius culpam feras, quā tuā  
 prodas. Sed uis nubere. Licet non habet crimen simplex uoluntas, causam non quæro, cur  
 fingitur. Si honestū putas, fateri: si incongruum, sile. Ne accuses deum, ne accuses propin-  
 quos quod præsidia tibi desint. Utinā non desit uoluntas, ne te cōsulere liberis dicas, qui-  
 bus matrē eripis. Est etiā quod facultati licet, etati non licet. Cur maternæ parantur nuptiæ  
 inter nuptias filiarū & plerūque post nuptias? Cur adulta filia discit prius sponsum matris  
 quā suū erubescere? Suasimus, fateor, ut uestem mutares, non ut flammeum sumeres: ut a se  
 pulchro recederes, non ut thalamū præparares. Quid sibi uult noua nupta post generos?  
 Tā indecorū est iuniores habere liberos, quā nepotes. Sed ad propositū reuertamur, ne  
 qui nostrorū dolemus uulnera peccatorū, medicū relinquamus: & dū alienis medemur  
 ulceribus, ulcera nostra cumulemus. Rogat ergo hic medicus. Ne timeas, quia magnus  
 est dominus, & fortasse ad agrā dedignetur uenire. Venit enim ad nos sepe de cœlo: nec so-  
 lum diuites, sed etiā pauperes solet & serulos pauperū uisitare. Venit & nūc rogatus ad  
 Petri socrum, & stans super illā, imperauit febrim, et remisit illā: & continuo surgens ministrabat  
 illi. Sicut dignus memoria, ita dignus desiderio, dignus etiam charitate dominicæ in sin-  
 gulos dignationis affectus, & facta miranda. Visitare uiduas non dedignatur, et tugurij uilis  
 penetralia angusta succedere. Quasi deus imperat, quasi homo uisitat. Gratias Euāgelio  
 per quod

per quod etiam nos qui oculis nostris uenientē in hunc mundū non uidimus Christum, uidemur ei dū facta eius legimus interesse: ut sicut illi quibus appropinquabat, fidē mutabantur ex eo, ita etiam nobis dum gestis eius credimus, appropinquet. Vides qualia habeat genera sanitarum: Imperat febrī, imperat spiritibus immundis, alibi ipse manus imponit. Non solum igitur uerbo, sed etiam tactu egros curare cōsueuit. Et tu igitur quę uarijs mundi aestuas cupiditatibus, uel forma uiri alicuius capta, uel pecunia, rōga Christum, adhibe medicum, porrige ei dexterā tuam, tangat interiora tua dei manus, uerbūq; cōlestis gratia interiorum uenas scrutetur animorum, pulset dei dextera secreta cordis. Alij oculos luto illinit, ut uidere possit creatorq; omnium docet nos nostrā memores debere esse naturę, & corporis cernere uilitatem. Nemo enim magis potest uidere diuina, nisi qui humilitatis conscius suę, nescit extolli. Alius sacerdoti se offerre præcipitur, ut carere in perpetuum leprę possit exuijs. Solus enim mentis & animi potest seruire munditiā, qui ei sacerdoti se nouit offerre, quę pro peccatis nostris accepimus ad uocatum: Illum utiq; cui dicitur: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Nec uereare moram aliā quam sanitatis. Nescit impedimentū qui sanatur à Christo. Opus est ut remediū adhibeas, quod acceperis. simul enim ut præceptū dederit, cæcus uidet, paralyticus ambulat, mutus loquitur, surdus audit, febriēs ministrat, lunaticus liberatur. Et tu igitur quęcunq; ind ecore alicuius rei cupiditate languescis, obsecra dominum, fides defer, nec ullam timeas morā. ubi adest oratio, adest uerbum: fugatur cupiditas, libido discedit. Nec confessiōnis uerearis offensam, imò magis præsume prærogatiuā. In continenti enim quę corporis morbo antea laborabas, Christo incipies ministrare. Potest etiā hoc loco uideri Petri socrus, affectio uoluntatis, ex qua sibi uelut semē futurę posteritatis assumpserit: quod unicuiq; uoluntas suā posteritatis est author. Ex uoluntate enim sapientia nascitur, quā sapiens in matrimoniū adsciscit sibi, dicens: Propono tibi ego hanc adducere mihi in coniugium. Ergo uoluntas illa quę primo uariarum cupiditatum aestibus madefacta languebat, postea per Apostolatus officium in ministerium Christi iam robusta surrexit. Simul qualis esse debeat quę Christo ministrat, ostenditur. Oportet eam primo carere uariarum illecebris uoluptatum, uitare internū corporis animiq; languorem, ut corpus & sanguinem Christi ministret. Neq; enim potest quisquam peccatis suis eger minimeq; sanus, immortalium sanitarū remedia ministrare. Vide quid a gas Sacerdos, ne febriētī manu corpus Christi attingas. Prius curare, ut ministrare possis. Si mūdōs eos qui antē fuerant leprosi, Christus iubet occurrere sacerdotibus, quanto magis mundū ipsum conuenit esse Sacerdotem? Non habet igitur quod moleste ferat illa uidua quod sibi non pepercerim, quando nec mihi parco. Surrexit itaq; Petri, inquit, socrus, & ministrabat illis. Et bene surrexit. Sacramenti enim typum Apostolica iam gratia ministrabat. Proprium est autem surgere Christi ministros. Iuxta quod scriptum est: Surge qui dormis, & exurge a mortuis. Didicimus igitur nec sumptibus egere uiduas, quę donare consueuerint: nec subsidio, quibus sepe in periculis maximis defensę copię sunt uiuorum. Maritalia ijs quoq; officia uel à generis uel à proximis facile solere reparari: esse etiam in eas diuinā misericordiam promptiorē: & ideo cum suppetere non uideatur causa, nubendi studium abesse debere. Quod tamen pro consilio dicimus, non pro præcepto imperamus: prouocantes potius uiduam, quā ligantes. Neq; enim prohibemus secundas nuptias, sed nō suademus. Alia est enim infirmitatis cōtemplatio, alia gratia castitatis. Plus dico. Non prohibemus secundas nuptias, sed nō probamus sepe repetitas. Neq; enim quicquid licet, & decet. Omnia mihi licent, dicit Apostolus, sed nō omnia sunt utilia. Et uinū bibere licet, sed plurimum non decet. Licet ergo nubere, sed pulchrius est abstinere. Sunt enim uinacula nuptiarū. Vultis scire quę uinacula? Quę sub uiro est mulier, uiuente uiro alligata est legi. Si autē mortuus fuerit, soluta est à lege uiro. Probatur igitur uinculū esse coniugium, quō mulier ligatur & soluitur. Bona mutui amoris gratia, sed maior est seruitus. Neq; enim mulier sui corporis potestatem habet, sed uir. Et ne forte tibi non coniugij uideatur ista seruitus esse, sed sexus: similiter & uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Quanta igitur coniugij necessitas, quę subijcit alteri etiam fortiorem? Mutuis enim necessitatibus ab utroq; seruitur. Nec temperanti licet iugo subducere caput, cū alterius intemperantię seruiendū sit. Precio, inquit, empti estis,

Psalm. 190

Luc. 4

Sapient. 8

Ephesi. 5

1. Corin. 6

1. Cor. 7

1. Corin. 7



- nolite fieri serui hominum. Videtis quam euidentis sit coniugalís definitio seruitutis. Nō ego hoc dico, sed Apostolus: nec ille, sed Christus qui loquebatur in eō. Et hanc utique seruitutem de bonis coniugibus definiuit. Namq; supra sic habes: Sanctificatus est uir in  
 1. Corin. 7 fidelis per uxorem fidelem: & sanctificata est mulier infidelis, per maritum fidelem. Et infra: Quod si infidelis discedit, discedat. Non est seruituti deditus frater aut soror in tali bus. Si igitur bonum coniugium seruitus est, malum coniugium quid est, quando ne queunt se inuicem sanctificare, sed perdere? Sed ut ad gratiam uirtutis uiduas adhorta mur: ita etiam ad ecclesiasticam disciplinam fœminas prouocamus, quia ecclesia cōstat ex omnibus. Et licet Christi grex constet ex omnibus, grex tamen in alijs pabulo uescit ur, in alijs adhuc lacte nutritur, quibus lupi illi qui latēt in uestitu ouium, sunt cauendi, abstinentiæ speciem prætendentes, prouocantes autē intemperantiæ fœditatem. Ete nim quia sciunt ualida onera castitatis: cū ipsi ea attingere digitulis non queant, ab alijs supra modum exigunt, cum ipsi seruare nec modū possint, sed iniusto sub fasce succum bat. Mensura enim oneris pro mensura debet esse gestantis, alioquin impositi oneris sit ruina, ubi uectoris infirmitas est. Nam & infantiū fauces strangulat esca robustior. Et ideo sicut multitudo uectorū non paucorū uiribus æstimatur, nec tamen fortioribus alio rum infirmitate præscribitur, sed unicuiq; quantum oneris subire cupiat, relaxatur, ma nente mercedis cumulo in uirtutis augmento: ita etiā fœminis non laqueus iniiciendus, non supra uires abstinentiæ grauioris uectura subeunda est: sed relinquendum, ut una quæq; se pendat, non autoritate aliqua coacta præcepti, sed incremento gratiæ prouo cata. Et ideo diuersis uirtutibus merces diuersa proposita est. Nec aliud reprehenditur, ut aliud prædicetur: sed omnia prædicantur, ut quæ meliora sunt, præferantur. Honora  
 Hebr. 13 bile itaq; cōiugiū, sed honorabilior integritas: nam & qui matrimonio iungit uirginem  
 1. Cor. 7 suam, benefacit: & qui nō iungit melius facit. Quod igitur bonū, nō uitandū est: & quod est melius, eligendum est. Itaq; non imponitur, sed præponitur. Et ideo bene Apostolus dixit: De uirginibus autem præceptum domini nō habeo, consiliū autē do. Etenim præ ceptū in subditos fertur, consiliū amicis datur. Vbi præceptū est, ibi lex est: ubi consiliū, ibi gratia est. Præceptū, ut ad naturā reuocet: consiliū, ut ad gratiam prouocet. Et ideo lex ludæis lata est, gratia autem electionibus reseruata est. lex ut à naturæ finibus culpæ studio demeantes, ad naturæ obseruantiam pœnæ terrore reuocaret: gratia autem ut ele ctos cum studio bonorū, tum propositis etiam præmijs prouocaret. Et ut intelligas di stantiam præcepti atq; consilij, illū recorderis, cui in Euangelio ante præscribitur, ne ho micidium faciat, ne adulteriū admittat, ne falsum testimoniū dicat. Præceptū etenim ibi est, ubi est pœna peccati. At uerò cum se præcepta legis memorasset implese, consiliū ei datur, ut uendat omnia, & sequatur dominum. Hęc enim non præcepto imperantur, sed pro consilio deferuntur. Duplex namq; forma mandati est: una præceptiua, altera uo luntaria. Vnde & dominus in alia dicit: Nō occides, ubi præcipit in alia: Si uis perfectus esse, uende omnia tua. Ergo hic liber est à præcepto, cuius defertur arbitrio. Itaq; qui præ ceptum impleuerint, possunt dicere: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, feci mus. Hoc uirgo non dicit, non dicit ille, qui bona sua uendidit, sed quasi reposita expe ctat præmia, sicut sanctus Apostolus qui ait: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo nobis erit? Non enim quasi inutilis seruus, quod debuit facere, fecisse se di xit, sed quasi utilis domino, qui commissa sibi talenta quæsitis multiplicauit usuris, mer cedem fidei atq; uirtutis, bene sibi conscius meritorumq; securus expectat. Et ideo ei cū cæteris dicitur: Vos qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis in se de maiestatis suæ, sedebitis & ipsi super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Is rael. At uero illi qui talenta seruauerint, & si præmia, minora tamen præmia pollicetur, di cens: Quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. Fides igitur ex debito, misericordia in præmio. Qui bene credidit, ut ei credatur emeruit: qui bene cōtulit, quo niam suam non quæsuit, quod cœleste est, impetrauit. Ideo ergo præceptum non da tur, consiliū datur. Præceptum enim castitatis est, consiliū integritatis. Sed non omnes capiunt uerbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim spadones qui de matris u tero sic nati sunt, in quibus naturæ necessitas, non uirtus est castitatis. Et sunt spadones, qui seiplos castrauerunt: uoluntate utique, non necessitate. Et sunt spadones qui facti sunt ab

sunt ab hominibus. Et ideo magna in ijs continentiae gratia: quia uoluntas facit, non infirmitas continentem. Nam decet integrum diuini operis seruare munus. Nec illis forte parum sit, lubrico corporis non teneri. Nam etsi erepta est subeundi istius palma certaminis, erepta etiam materia periculi: & quamuis non queunt coronari, non queunt tamen uinci. Habent alia genera uirtutum, quibus commendare se debeant, si fides firma sit, profusa misericordia, aliena auaricia, frequens gratia. Sed in istis nulla culpa, quia facti igno-  
 rantia. Non eadem causa eorum, qui in se ipsos ferro utuntur, quos non imprudenter defleximus. Sunt enim qui uirtutis loco ponant, ferro culpam compescere. De quibus & si nostram nolimus proferre sententiam, quamuis sint statuta maiorum, considerent tamen, ne quis id ad professionem infirmitatis trahat, non ad firmitatis gloriam. Ergo nemo militet, ne aliquando uincatur: nec pedis utatur obsequio, qui gradiendi periculum reformidat: nec oculi intendat officio, qui concupiscentiae timet lapsum. Sed quid prodest carnem abscindere, cum etiam culpa sit in ipso aspectu? Nam & qui uiderit mulierem ad concupiscentiam, iam moechatus est eam in corde suo. Et quae similiter uirum in concupiscentia uiderit, adulteratur. Castos ergo, non infirmos esse nos conuenit: pudicos oculos habere, non debiles. Nemo igitur, ut plerique arbitrantur, se debet abscindere, sed magis uincere. Victores enim recipit Ecclesia, non uictos. Et quid argumentis opus, cum presto sit Apostolici forma praescripti? Sic enim habes: Vtinam & abscendantur, qui uolunt uos circuncidi. Cur enim coronae occasio, & uirtutis usus eripitur homini, qui ad laudem natus est, ad uictoriam praeparatus est, qui ipse potius uirtute animi castrare se possit? Sunt enim spadones qui se ipsos castrauerunt propter regnum caelorum. Sed hoc non omnibus imperatur, ab omnibus autem flagitatur. Etenim qui mandata dat decretorum, semper tenere debet mensuram: & qui pensa distribuit, aequitatem debet examinis reseruare. Statera enim fallax, abominatio est apud deum. Est ergo minus pondus & maius. Sed utrumque non recipit Ecclesia. Pondus enim maius & minimum, & mensurae duplices, immunda in conspectu domini utraque. Sunt pensa quae diuidit sapientia: & ita diuidit, ut uirtutem uiresque aestimet singulorum. Et ideo dicit: Qui potest capere capiat. Scit enim creator omnium, affectus esse uarios singulorum. Et ideo praemijs uirtutem prouocauit, non infirmitatem uinculis alligauit. Scit & ille Gentium doctor, bonus morum auriga nostrorum, & quidam interiorum rector affectuum, qui de ipso didicerat, legimentis corporis repugnare, eadem tamen Christi gratia cedere: scit, inquam, uarios cursus mentium repugnare, & ideo neque in tantum adhortationem integritatis interdedit, ut aboleret gratiam nuptiarum: neque ira coniugium pretulit, ut studia integritatis extingueret: sed a continentiae persuasionem incipiens, ad incontinentiae remedia descendit: & cum brauium supernae uocationis fortioribus demonstrasset, deficere tamen in uia neminem passus est: ita plaudens prioribus, ut non despiceret & sequerent. Didicerat enim & ipse, quia dominus Iesus alijs panem ordeaceum ne in uia deficerent, alijs corpus suum ut ad regnum contenderent, ministravit. Nec dominus ipse praecceptum inposuit, sed uoluntatem inuitauit: nec Apostolus praecceptum statuit, sed consilium dedit. Sed non hoc humanum consilium, humanarum uirum habere mensuram, diuinae munus misericordiae confitetur in se esse collatum, ut fideliter sciret prima praeferre, secunda disponere. Et ideo existimo, inquit, non statuo. Existimo bonum esse propter instantem necessitatem. Non ergo copula nuptialis quasi culpa uitanda, sed quasi necessitatis sarcina declinanda. Lex enim adstrinxit uxorem ut in laboribus & in tristitia filios generet, & conuersio eius ad uirum sit, quod ei ipse dominetur. Ergo laboribus & doloribus in generatione filiorum addicitur nupta, non uidua: & dominatui uiri sola subditur copulata, non uirgo. Omnium autem horum uirgo libera est, quae uerbo dei suum spondit affectum, quae sponsum benedictionis cum facibus expectat, bonae lumine uoluntatis accenso. Et ideo prouocatur consilijs, non uinculis illigatur. Sed nec uidua praecceptum accipit, sed consilium: consilium autem non semel datum, sed saepe repetitum. Nam & primo dixit. Bonum est enim mulierem non tangere, & iterum: Volo sic omnes homines esse sicut & me ipsum. & tertio: Bonum est illis, si sic maneant sicut & ego: & quarto: Bonum est propter instantem necessitatem: & hoc placere domino, & hoc honestum esse. postremo beatorem esse in uiduitate perseverantem, non tantum suo consilio, sed etiam dei spiritu definiuit. Quae nam igitur talis consiliarij benignitatem recuset, qui & uoluntati habenas

indulgeat, & id suadeat alijs quod in se expertus utile iudicauit, non faciliis comprehendit, nec fastidiosus æquari. Quæ igitur refugiat sancta fieri corpore & spiritu, cum supra laborẽ sit premiũ, supra usum gratia, supra opus merces. Atq; hoc ita dico, nõ ut laqueũ ceteris iniiciam, sed ut commissi mihi ruris operarius agrum hunc Ecclesiæ fertilem cernam: nunc integritatis flore uernantem, nunc uiduitatis grauitate pollentem, nunc etiã coniugij fructibus redundantem. Nam & si diuersi, unius tamẽ agri fructus sunt: nec tanta hortorum lilia, quantæ arista segetum, messium spicæ, compluriumq; spacia camporum recipiendis aptantur seminibus, quam redditis nouales fructibus feriãtur. Bona ergo uiduitas, quæ totiens Apostolico iudicio prædicatur. Hæc enim magistra fidei, magistra est castitatis. Vnde & illi qui deorum suorũ adulteria & probra uenerantur, cœlibatus & uiduitatis statuere pœnas, ut æmuli criminum mulctarent studia uirtutum: specie quidem qua fœcunditatem quærerent, sed studio quo propositum castitatis abolerent. Nam confectis & miles stipendijs arma deponit, & relicto officio quod gerebat, ad propria ueteranus rura dimittitur: ut & ipse exercitiæ laboribus uitæ requiem consequatur, & alios spes futuræ quietis subeundis faciat operibus promptiores. Agricola quoq; maturior torquendã alijs stiuã committit, & iuuenili grauatus opere prouidentia curæ senilis explorat: uitẽ facilis tondere quã premere, ut iuuenescentẽ luxuriã reprimat, & adolescentem lasciuiam falce succidat: parcorum quãdam partuum castitatem docens etiam in uitibus expetendã. Similis huic uidua uelut emeritis ueterana stipendijs castitatis, & si coniugij arma deponat, domus tamen totius pacem gubernat: & si uehendis oneribus ociosa, maritãdis tamẽ iunioribus prouida: ubi cultus utilior, ubi fructus uberior sit, quarum copulã aptiorẽ, senili grauitate disponit. Itaq; si maturioribus quã iunioribus committitur ager, cur putes utiliorẽ nuptam esse quã uiduam? Quod si persecutores fidei, persecutores fuerũt etiã uiduitatis, utiq; fidem sequentibus uiduitas non pro supplicio fugienda est, sed tenenda pro præmio. Sed fortasse aliquibus propter suscipiendos liberos coniugia iteranda uideantur. Quod si filiorum studiũ, causa nubendi est: utiq; ubi est fructus filiorum, causa non suppetit: quanquã cuius consilij sit, iterum experiri uelle frustra tentatam fœcunditatem, aut subire quã pertuleris orbitatẽ. Hæc enim iterandi causa est filios non habentibus. Ergo illa quæ liberos suscepit & perdidit (cum ipsa enim maior contentio quæ spem generandi habet) illa, inquam, nõne sibi uidetur inter ipsa repetitarum fœdera nuptiarũ, amissorum prætexere funera filiorum? Nõne iterũ passura quod repetit, & ad ipsos uotorũ tumulos, exceparum orbitatũ imagines, lamento- rum strepitus perhorrescit? Vel cũ accensis funalibus nox ducitur, nõne pompe funebris exequias magis putat quã thalamũ præparari? Cur igitur filia dolores magis quos times repetis, quã filios quos iam nõ speras requiris? Si grauis est dolor, subterfugienda causa eius est, non petenda. Nam tibi quid consilij tribuam, quæ liberos habes? Quæ tibi causa nubendi, nisi forte leuitatis error, & intemperantię usus, & saucij cogit peccatoris conscientia? Sed consilium sobrijs nõ ebrijs datur. Et ideo apud liberam conscientia mihi sermo est, cui utrunq; integrũ est. Habeat saucia remedium honesta consilium. Tu, inquam, filia quid moliris? Cur hæredes quæris extraneos, cum habeas tuos? Non filios desideras, quos habes: sed seruitutem, quã non habes. Hæc est enim uera seruitus, in qua infraçtor amor, quam non defloratẽ pignus uirginitatis, & plena sancti pudoris, & gratiæ ætas prima commendat: ubi offensa grauior, suspectior insolentia, concordia infrequentior, quam nõ temporibus inolitus amor non uigens annis forma conciliat. Molestia pietas, ut amare liberos metuas, aspiceret liberos erubescas, atq; inde oriatur causa discordia, unde solet mutus amor mulcere affectus parentum. Generare liberos uis, non fratres futuros tuorum, sed aduersarios filiorũ. Quid est ergo generare alios liberos, nisi spoliare quos habes liberos: quibus pariter auferuntur, & pietatis officia, & compendia facultatum? Lex diuina cœlesti inter se coniuges autoritate constrinxit, & difficile manet mutus amor. Tulit enim costam de uiro, & formauit fœminam, ut sibi eos inuicem copularet, dicens: Et erunt duo in carnem unã. Non hoc de secundis sed primis nuptijs dixit. Neq; enim Eua secundum accepit uirum, neque sancta Ecclesia secundum agnouit uirum. Sacramentum enim illud magnum est in Christo & in Ecclesia, & ideo custodiendum est. Sed neque Isaac aliam præter Rebeccam sciuit uxorem, neque Abraham

Gene. 2

Ephes. 5

pater

pater aliam, nisi cum Saram sepeliuit uxorem. Nam in sancto Iacob magis figura myste-  
rij fuit, quam ordo coniugij. Et tamen in eo quoque habemus quod ad primi coniugij  
gratiam referre possimus: si quam primo sponsam habuit, plus amavit, nec fraus exclu-  
dit affectum, nec sponsa amorem coniugij interuentus aboleuit. Itaque sanctus Patriar-  
cha nos docuit, quantum deferre primis nuptijs debeamus, cum tantum primis spon-  
salibus ipse detulerit. Cavete igitur filia ne & gratiam nuptiarum tenere nequeatis, &  
molestias augeatis.

## F I N I S.

## CAPITA PRIMI LIBRI DE POENITENTIA

- De commendatione moderationis erga peccatores seruandae ab his qui illorum mor-  
bos curare debent, per exempla, scripturam atque rationem, cum acri reprehensione  
eorum qui dura pro mitibus sequenda opinantur: & cum ipsi quarant misericordiam  
domini, alijs eam denegant, cuiusmodi sunt doctores Nouatianorum. Cap. I
- De repulsionem responsionum, quibus Nouatiani errorem suum defendere conantur. Cap. II
- De sententia scripturae in superiori capitulo adductae, & quemadmodum fieri possit,  
ut aliquis qui uictus supplicij deum sermone negauerit, & corde adorauerit, per poe-  
nitentiam mereatur ueniam peccatorum. Cap. III
- De dictorum in superiori capitulo multiplici probatione ex sacrarum scripturarum te-  
stimonij. Cap. IIII
- De confutatione erroris Nouatianorum, qui spem ueniae excludunt per exemplum de  
illo semiuiuo relicto a latronibus, quem pius Samaritanus dominus Iesus misericor-  
dia motus curauit, & supra suum iumentum imposuit uulneratum, & a sacerdote at-  
que leuita praetereuntibus, per quos Nouatiani intelliguntur, fuit neglectus. Cap. V
- De ecclesia Christi per coenam significata, ad quam omnes uocati sunt, siue boni siue  
mali, & qui se excusauerunt, Nouatiani sunt atque caeteri haeretici, qui partem cum  
Christo non habebunt, eo quod poenitentiae lauacrum respuant. Cap. VI
- De multiplici potestate data discipulis a Christo, cum reprehensione Nouatianorum,  
qui remissionem in baptismo concedunt, sed poenitentiae lauacrum negant, cum ni-  
hil intersit inter utrumque sacramentum. Cap. VII
- De falso intellectu scripturae quo Nouatianus errorem suum probare contendit, quem  
autor hic efficaciter reprobat, sicut scripturae sacrae testimonij. Cap. VIII
- Qualiter intelligenda sint uerba Ioannis in Canonica sua dicentis: Est peccatum ad  
mortem, non de illo dico ut oret quis: Cum sanctus Ioannes non ignorauerit Moy-  
sen atque Hieremiam atque Stephanum pro salute aliorum orasse, atque exauditos  
fuisse. Cap. IX
- De eo quod nullus fidem habens exclusus sit a uenia: Quod hi quoque qui post poeni-  
tentiam coronam martyrij meruerunt, maius etiam donum fidei perceperunt. De  
forma quoque poenitentis in semiuiuo a latronibus relicto conuenienter expressa.  
Caput X
- De alijs quibusdam scripturis quibus eliditur error Nouatiani ueniam post lapsum ne-  
gantis, cum dominus Iesus uenerit in mundum non uocare iustos, sed peccatores ad  
poenitentiam. Cap. XI
- Quemadmodum testimonij ipsius David atque sancti Pauli reprobetur falsitas No-  
uatiani, quia castigat deus omnem filium quem recipit, & quem castigauit, morti  
non tradidit. Cap. XII
- Quod peccantes tradantur plerumque a deo atque ab eius ecclesia in potestatem dia-  
boli, in afflictionem carnis ut spiritus saluetur. De custodia quoque oculorum ser-  
uanda & uelamine mulierum. Atque exemplo Ioseph colloquia pudica esse ser-  
uanda. Cap. XIII
- De exhortatione ad castimoniam puritatem, atque fomentum luxuriae refecationem.  
Quod satan quoque autor sit debilitatis, in cuius potestatem per excommunicationis  
censuram plerique dantur ad tempus, ut spiritus saluetur. Cap. XIII

De ecclesie farina: & fermentum peccatorum quemadmodum expurgetur, fermentumq; hæreticorum quomodo in ecclesie farina abscondatur. De pascha quoque nostro Christo immolato peccatoribus, quos inuidus à tanta gratia exclusit Nouatianus. Cap. xv

De misericordia domini Iesu. Et quemadmodum hi qui eius clementiam non imitantur, spiritus ipsius non sint. Et quod misericordia facta pœnitentibus in præfenti, testimonium sit remunerationis futuræ. Cap. xvi

De indulgentia & pietate fienda emēdatis, atq; seueritate erga pertinaces. Et qui sint qui circumueniantur à sathana. Et quod per interitum carnis non intellexerit Apostolus eius consumptionem: sed castigationem atq; uitiorum repressionem. Cap. xvii

## DIVI AMBROSII EPI- SCOPI MEDIOLANENSIS

DE POENITENTIA LIBER I.  
Contra Nouatianos.

De commendatione moderationis erga peccatores seruandæ ab his qui illorum morbos curare debent, per exempla, scripturam atq; rationē, cum acriter reprehensione eorum qui dura pro mitibus sequenda opinantur: & cum ipsi quærant misericordiam domini, alijs eam denegant, cuiusmodi sunt doctores Nouatianorum. Cap. I



Luc. 15  
Eccles. 7

Matth. 11

Job. 15  
Psalm. 50

I uirtutum finis ille est maximus, qui plurimorum spectat pro-  
ctum, moderatio prope omnium pulcherrima est: quæ ne ipsos qui  
dem quos damnat offendit, & quos damnauerit, dignos solet face-  
re absolutione. Deniq; sola est, quæ domini quesitam sanguine Ec-  
clesiam propagauerit, imitatrix beneficij cœlestis, et redemptionis  
uniuersorum salubri fine temperans, quem ferre possint aures ho-  
minum, mentes non refugere, non pauere animi. Etenim qui stu-  
det humanæ infirmitatis emendare uitia, ipsam infirmitatem suis  
debet sustinere, & quodammodo pensare humeris, non abijcere. Nam pastor ille Euan-  
gelicus lassam ouem uexisse legitur, non abiecisse. Et Salomon ait: Noli iustus esse nimi-  
um. Debet enim iustitiam temperare moderatio. Nam quemadmodū se tibi curandum  
præbeat, quem fastidio dedas, qui contemptui se non compassioni medico suo putet fu-  
turum? Ideo dominus Iesus compassus nobis est, ut ad se uocaret, non deterreret. Mitis  
uenit, uenit humilis. Deniq; ait: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & e-  
go uos reficiā. Reficit ergo dominus Iesus, non excludit neq; abijcit: meritoq; tales disci-  
pulos elegit, qui dominicæ uoluntatis interpretes, plebem dei colligerent, non repudia-  
rent. Vnde liquet eos inter Christi discipulos non esse habendos, qui dura pro mitibus,  
superba pro humilibus sequēda opinantur: & cum ipsi quærant domini misericordiam,  
alijs eam denegant: ut sunt doctores Nouatianorum, qui mūdōs se appellant. Quid his  
superbius, cum scriptura dicat: quia nemo mundus à peccato, nec unius diei infans, Et  
Dauid clamat: A delicto meo munda me: Sanctiores isti quàm Dauid, de cuius nasci fa-  
milia Christus incarnationis elegit mysterio, cuius posteritas aula cœlestis est, utero uir-  
ginali suscipiens mundi redemptorem? Quid autem durius quàm ut indicant pœniten-  
tiam, quam non relaxent, cum utiq; ueniam negando, incētium auferant pœnitentia?  
Nemo enim potest bene agere pœnitentiam, nisi qui sperauerit indulgentiam. Sed ne-  
gant his oportere reddi communionem, qui præuaricatione lapsi sunt. Si unum tantum  
crimen exciperent sacrilegij, cui ueniam negarent: dure quidem, sed tamen diuinis tan-  
tum redargui uiderentur sententijs, assertionibus tamen suis conuenirent. Dominus e-  
nim crimen nullum excepit, qui peccata donauit omnia. At cum omnia peccata Stoico  
rum

rum quodam more paribus putent æstimanda mensuris, & æquè eum qui gallum (ut aiunt) gallinaceum, atq; illum qui patrem suffocauerit, in perpetuum asserant cœlestibus abdicandum mysterijs: quomodo unius criminis obijciunt reos, cum indignissimum esse non possint etiã ipsi negare, ut paucorum pœna ueniat ad multos?

De repulsione responsionum quibus Nouatianus errorem suum defendere conatur.

Cap. II

Ed aiunt se domino deferre reuerentiam, cui soli remittendorum criminum potestatem referunt. Imò nulli maiorem iniuriam faciunt, quàm qui eius uolunt mandata rescindere, commissum munus refundere. Nam cum ipse in Euangelio suo dixerit dominus Iesus: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum detinueritis, detenta erunt, quis est ergo qui magis honorat, utrum qui mandatis obtemperat, an qui resistit? Ecclesia in utroq; seruat obedientiam, ut peccatum & alliget & relaxet. Hæresis in altero immitis, in altero inobediens, uult ligare quod nõ resoluat, nõ uult soluere quod ligauit: in quo se sua damnat sententia. Dominus enim par ius & soluendi esse uoluit & ligandi, qui utrumq; pari cõditione permittit. Ergo qui soluendi ius non habet, nec ligandi habet. Sicut enim secundum dominicam sententiam, qui ligandi ius habet, & soluendi habet: ita istorum assertio seipsam strangulat, ut quia soluendi sibi ius negat, negare debeat & ligandi. Quomodo igitur potest alterum licere, alterum non licere? Si quibusdã datum utrumq; est licere, aut utrumq; non licere, certum est Ecclesie utrumq; licere, hæresi utrumq; nõ licere. Ius enim hoc solis permittitur Sacerdotibus est. Recte igitur hoc Ecclesia uindicat, quæ ueros Sacerdotes habet: hæresis uindicare non potest, quæ Sacerdotes ueros non habet. Non uindicans autem ipsa de se pronunciat, quod cum Sacerdotes non habeat, ius sibi uindicare nõ debeat sacerdotale. Ita in impudenti contumacia pudenter cernimus confessionem. Specta etiã illud, quoniam qui spiritum sanctum accipit, & soluendi peccati potestatem, & ligandi accipit. Sic enim scriptum est: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur: et quorum detinueritis, detenta erunt: ergo qui soluere non potest peccatum, non habet spiritum sanctum. Munus spiritus sancti est officium Sacerdotis, ius autem spiritus sancti in soluendis ligandisque criminibus est. Quomodo igitur munus eius uindicat, de cuius diffidunt iure & potestate? Quid quod insolentiores sunt? Nã cum ad misericordiam promittuntur quam ad seueritatem sit spiritus dei, quod ait se uelle, id nolunt: quod nolle, hoc agunt: cum uindicare iudicis sit, remittere misericordis. Tolerabilius igitur Nouatianæ remitteres quam ligares. Aliud enim quasi delinquendi parcus usurpares, aliud quasi erumnæ compassus ignosceres. Sed aiunt se exceptis grauioribus criminibus relaxare ueniam leuioribus. Non hoc quidem author uestri erroris Nouatianus, qui nemini poenitentiam dandam putauit: ea scilicet contemplatione, ut quod ipse non posset soluere, non ligaret, ne ligando sperari à se faceret solutionem. In eo igitur patrem uestrum propria damnatis sententia, qui distinctionem peccatorum facitis, quæ soluenda à uobis putetis, & quæ sine remedio esse arbitremini. Sed deus distinctionem nõ facit, qui misericordiam suam promissit omnibus, & relaxandi licentiam Sacerdotibus suis sine ulla exceptione concessit. Sed qui culpam exaggerauit, exaggeret etiã poenitentiam. Maiora enim crimina, maioribus abluuntur fletibus. Ita nec Nouatianus probatur, qui ueniam interclusit omnibus: nec uos imitatores eiusdẽ & condemnatores, qui ibi minuitis studia poenitentiae, ubi augeri oportet: quia grauiora peccata maioribus sustentanda fulcris docuit Christi misericordia. Quæ autem ista peruersitas est, ut uobis uindicaretis possibilis concessu, deo (ut ipsi dicitis) impossibilia referueris: hoc est sibi eligere causas ignoscendi, deo materiam relinquere feriendi. Et ubi est illud: Sit autem deus uerax, omnis autem homo mendax, sicut scriptum est: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris? Vt cognoscamus igitur deum misericordiam magis indulgentem esse quàm seueritatis tenacem: ipse ait: Misericordiam malo, quàm sacrificium. Quomodo igitur uestrum potest acceptum esse sacrificium deo, qui negatis misericordiam, cum ipse dicat nolle se mortem peccatoris, sed correctionem? Cuius interpretes Apostolus ait: Quia deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis. Non similitudine carnis ait, quia Christus ueritatem suscepit carnis humanæ. Non similitudinem,

Ioan. 26

Rom. 3  
Psalm. 50  
Osea. 6

Rom. 8  
2. Cor. 5

litudinem, neq; in similitudine peccati ait, quia peccatum non fecit, sed peccatū pro nobis factus est: sed uenit in similitudinem carnis peccati, hoc est, suscepit similitudinē carnis peccatricis. Ideo similitudinē, quia scriptum est: Et homo est, & quis agnoscit eum? Homo erat carne, secundum hominem qui agnosceretur, uirtute supra hominē, qui non agnosceretur: ita & hic carnem habebat nostrā, sed carnis huius uitia non habebat. Non enim sicut omnis homo est, ex uirili erat & foeminea permixtionē generatus, sed natus de spiritu sancto & uirgine immaculatū corpus susceperat, quod non solum nulla uitia maculauerant, sed nec generationis aut cōceptionis cōcretio iniuriosa fuscauerat. Nam omnes homines sub peccato nascimur, quorū ipse ortus in uitio est, sicut habes lectū dicente Dauid: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Ideo Pauli caro corpus mortis erat, sicut ipse ait: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Christi autem caro damnauit peccatum, quod nascendo non sensit, quod moriēdo crucifixit: ut in carne nostra esset iustificatio per gratiā, ubi erat ante colluuiō per culpam. Quid ergo dicemus ad hęc, nisi quod dixit Apostolus: Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat, Quis est qui condemnet? Christus qui mortuus est, imō qui & resurrexit, qui est in dextra dei, qui etiā interpellat pro nobis. Pro quibus ergo Christus interpellat, eos Nouatianus accusat: quos Christus ad salutem redimit, eos Nouatianus damnat ad mortem. Quibus Christus dicit: Tollite iugum meū super uos, et discite à me quia mitis sum, Nouatianus dicit, immitis sum: quibus Christus dicit: Inuenietis requiem animabus uestris, iugum enim meum suauē est, & onus meū leue est: his graue onus & durum imponit iugum Nouatianus. Quam propensus igitur ad misericordiā sit dominus Iesus, licet ista satis instruant, tamen ipse etiā te doceat, qui cum aduersus impressionem persecutionis instruere nos uellet, ait: Nolite timere eos qui occidūt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius eum timete, qui potest animam, & corpus mittere in gehennam. Et infra: Omnis ergo qui confessus me fuerit corā hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui est in cœlis. Qui autem negauerit me corā hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui est in cœlis. Vbi confitetur, pro omnibus confitetur, omnes complectitur: ubi negat, nō omnes negat. Sicut enim supra habetur: Omnis qui me confessus fuerit, confitebor & ego eum, hoc est, omnem: consequens erat ut infra quoq; sic diceret: Omnis autē qui negauerit me. Sed ne omnes negare uideretur, ita subiicit: qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum. Gratiam promittit omnibus, non omnibus minatur iniuriam. Quod est miserationis, exaggerat: quod ultionis, extenuat. Atq; ita scriptum est, non solum in eo libro, qui secundum Matthæum scribitur Euangelij domini Iesu, sed etiam in eo lectum est, quem secundum Lucam reperimus: ut scias non ociose id posuisse utrumq;.

De sententia scripturæ in superiore capitulo adductæ, & quemadmodum fieri possit, ut aliquis qui uictus supplicijs deum sermone negauerit, & corde adorerit, per pœnitentiā mereatur ueniam peccatorum. Cap. III

De Iximus quid scriptum sit, colligamus sententiam. Omnis, inquit, qui me confessus fuerit: id est, ex quacunq; uita, ex quocunq; statu, qui confessus me fuerit, habebit remuneratorem me confessionis suæ. Cum dicitur, Omnis, nullus à remuneratione qui fuerit confessus excluditur. Non similiter, omnis qui negauerit, negabitur. Potest enim fieri ut aliquis uictus supplicijs, sermone neget, & corde adoret. Nunquid eadem causa est eius qui sponte negat, & eius quem tormenta inclinauerint ad sacrilegium, non uoluntas? Quam indignum autem, cum apud homines ualeat certaminis gratia, ut apud deum non ualere asseratur? Nam sæpe in hoc athletarum seculari certamine etiam uictos quorum fuerint certamina probata, uulgus hominū cum uictoribus coronare cōsueuit, maxime quos uiderit, aut forte dolo aut fraude exclusos uictoria. Christus ergo athletas suos quos uiderit grauib; paulisper cessisse supplicijs, sine uenia patietur manere? Nunquid non habebit rationem laboris, qui etiam quos proiecit, non in æternū proiecit? Dicit enim Dauid: Nō in æternū proieciēt deus: Et contra hunc audiemus hæresim dicentē: Proiecit in æternū: Nec in finem, inquit, misericordiam

diam suam abscindet à generatione in generationē, aut obliuiscet misereri deus, clamat propheta: Et sunt qui diuinæ miserationis quædam inducant obliuia: Sed aiunt ideo se ista asserere, ne mutabilem deum facere uideantur, si his quibus fuerit iratus, ignoscat.

De dictorum in superiori capitulo multiplici probatione ex sacrarum scripturarum testimonijs.

Cap. IIII

Vid ergo: Repudiabimus diuina oracula, & opiniones istorum sequemur? Sed non deus alienis assertionibus, sed suis æstimandus est uocibus. Quod enim promptius edere possumus insigne eius misericordiæ, quam quod ip-

Osee. 11

se per prophetam Osee, quibus tanquam iratus minabatur, continuo tanquam reconciliatus indulget: Ait enim: Quid tibi faciã Efrã, aut quid faciã tibi Iuda? Et infra: Quomodo te constituã? Velut Adama efficiam te, & sicut Seboim. In ipsa indignatione uel patrio quodam affectu hæret, quomodo ad pœnam tradat errantem. Et si Iudæus meretur, deus tamen adhuc secum examinat. Sed et continuo qui dixerat: Sicut Adama faciã te, & sicut Seboim, quæ duæ urbes ex uicina Sodomorum parilis excidij traxere consortium: Conuersum est, inquit, cor meum in eo ipso, conturbata est pœnitentia mea. Non faciã secundum iracundiam furoris mei. Nonne apparet quod ideo nobis peccantibus indignetur dominus Iesus, ut indignationis suæ nos terrore cõuertat? Indi-

Esa. 30.

iuxta 70

Luc. 7

gnatio ergo eius nõ ultionis executio, sed magis absolutionis est operatio. Sic enim dixit: Si conuersus ingemueris, saluus eris. Expectat gemitus nostros, sed temporales, ut remittat perpetuos: expectat lachrymas nostras, ut profundat pietatē suam. Sic in Euan-

Thren. 3

gelio, uiduæ matris lachrymis compassus, filium eius resuscitauit. Expectat conuersionem nostram, ut reuertamur & ipsi ad gratiã: quæ, si nullus lapsus nobis irreperet, in nobis perseveraret. Sed quia peccatis nostris contrahimus offensam, indignatur ut humiliemur: humiliemur, ut digni simus magis miseratione quam pœna. Doceat te certe Hieremias, dicens: Quia non repellet in æternum dominus, quoniam cum humiliauerit, in-

Psalm 112

quit, miserebitur secundum multitudinem misericordiæ suæ. Quia non humiliauit toto corde suo, neq; repulit filios hominũ. Hoc certe in Threnis Hieremiæ legimus, et ex his uel cæteris quæ sequuntur aduertimus, quia ideo humiliat sub pedes suos omnes uinctos terræ, ut iudicium eius declinemus. Sed nec toto corde humiliat peccatorem usq; ad terram, qui etiam de terra suscitatur inopem, & de stercore erigit pauperem. Non enim ex toto corde humiliat, qui se ueniæ reseruat. Quod si non ex toto corde omnẽ humiliat peccatorem, quãto magis nõ ex toto corde humiliat eum, qui non ex toto corde peccauit?

Nam sicut dixit de Iudæis: Populus hic labijs me honorat, cor aut eorũ lõge est à me: for tasse & de aliquib. lapsis dicat: Isti labijs me negarũt, sed corde mecũ sunt. Vicit eos pœna, non auertit perfidia. Sine causa autẽ his aliqui ueniã negãt, quorũ fidẽ eo usq; cõse-

ctatus persecutor est, ut eam studeret expugnare tormētis. Negarũt semel, sed quotidie confitentur. Negarunt sermone, sed confitentẽ gemitibus, confitentẽ eiulatibus, confitentur fletibus, confitentur liberis non coactis uocibus. Cesserũt quidem ad tempus diaboli tẽtationi, sed etiã diabolus postea recessit ab his, quos sibi uindicare nõ potuit. Cessit ergo fletib. cessit pœnitentiã: quos inuaserat alienos, perdidit suos. Nonne ita istud est, ac si quis captiuũ uictæ urbis populum abducat: Captiuus abducitur, sed inuitus, qui in alienas terras necessitate contendat, intimo tamen non migret affectu: patriam secum animo uehat, quarat copiã quemadmodũ reuertatur. Quid ergo? Cum huiuscemodi reuertitur, num est aliquis qui persuadeat non recipiendũ, minore scilicet honore, sed studio propensiore, ne habeat in quo insultet aduersarius? Si armato ignoscis ei qui repugnare nõ potuit, nõ ignoscis ei, in quo sola pugnabat fides? Ipsius diaboli de huiusmodi lapsis si requiramus sententiã, nonne uidetur dicere: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me? Quomodo enim mecũ est, qui non recedit à Christo?

Luc. 15

Sine causa autem me colere uidentur, qui doctrinam Iesu custodiunt. Ego autem putabam quod mea docerent. Plus damnant, dum comperta deserunt. Certe Iesus in his amplius gloriatur, dũ recipit reuertentes. Exultant omnes angeli, quibus gaudiũ maius est in cœlo super uno peccatore pœnitentiã agente, quam in nonaginta & nouem iustis qui non indigẽt pœnitentiã. De me in cœlo, de me in terris triũphus sumit. nihil Christo perit, quando hi qui ad me cum fletu uenerũt, cum desiderio ad Ecclesiam reuertuntur:

Et ho-



Et horum exemplo etiam de meis periclitor, qui didicerint nihil hic esse, ubi homines presentibus prouocantur premijs, & plurimum illic, ubi gemitus, lachrymae, ieiunia, meis epulis praeferruntur.

De confutatione erroris Nouatianorum, qui spem ueniae excludunt, per exemplum de illo semiuuio relicto a latronibus, quem pius Samaritanus dominus Iesus misericordia motus curauit, & supra suum iumentum imposuit uulneratum, & a sacerdote atque leuita praetereuntibus, per quos Nouatiani intelliguntur, fuit neglectus.

- Cap. V
- Luc. 10 H Os ergo Nouatiani excluditis? Quid est enim aliud excludere, nisi spem ueniae denegare? Sed neque semiuuio illum derelictum a latronibus, Samaritanus praeteriit, sed uulnera eius oleo uinoque curauit: prius infundens oleum quo foueret, & supra iumentum suum imposuit uulneratum, in quo eius peccata uexit omnia, nec ouem pastor despexit errantem. Vos autem dicitis: Noli me tangere. uos dicitis uolentes iustificare uos ipsos: Non est proximus noster. superbiore quam legisperitus. Ille Christum tentare cupiebat. Ille enim dixit: Quis est meus proximus? Ille interrogat, uos negatis. Sicut Sacerdos ille descendens, & sicut Leuita praetereiens, quem curandum suscipere debuistis, nec recipientes hospitio, pro quo Christus duos numerauit denarios, cui te proximum fieri Christus iubet, ut facias in eum misericordiam. Ipse enim est proximus, quem non solum conformis natura coniunxerit, sed etiam misericordia copulauerit. Ab eo te alienum superbia facis, extollens te frustra inflatus mente carnis tuae, & non tenens caput. Si enim caput teneres, aduerteres non tibi eum deserendum pro quo Christus mortuus est. Si caput teneres, aduerteres corpus omne compaginando potius quam soluendo, in incrementum dei per copulam charitatis, & redemptionem crescere peccatoris. Cum igitur fructum omnem aufertis poenitentiae, quid aliud dicitis, nisi hoc: Nemo de uulneratis nostrum ingrediatur hospitium, nemo sanetur in nostra Ecclesia? Apud nos non curantur aegroti, sani sumus, medicum non habemus necessarium, quia ipse ait: Non opus est sanis medicus, sed his qui male habent.
- Luc. 14 E Rgo domine Iesu ad Ecclesiam tuam totus adueni, quonia Nouatianus excusat. Nouatianus dicit: Iuga bouum emi, qui iugum Christi suaue non suscipit, & onus graue collo imponit suo, quod portare non queat. Nouatianus seruos tuos a quibus inuitabatur tenuit, & contumelia affectos occidit, quos iterati baptismatis labe inquinauit. Mitte ergo ad exitus uiarum, & collige bonos & malos: & debiles, & caecos, & claudos introduce in Ecclesiam tuam. Iube impleatur domus tua, introduce omnes ad coenam tuam: quia quem tu uocaueris, dignum facies si sequatur. Ille sane reijcitur, qui non habuerit uestem nuptialem, hoc est, amictum charitatis, uel amenitatis gratiae. Mitte, inquam, ad uniuersos, non excusat Ecclesia tua a coena tua. Excuset Nouatianus: non dicit familia tua, sana sum, medicum non requiro: sed dicit, Sana me domine, & sanabor: salua me, & saluabor. Denique Ecclesiae tuae species est in illa, quae accersit retro, & tetigit simbriam uestimenti tui, dicens intra se: Quia si tetigero uestimentum eius, salua ero. Haec ergo Ecclesia confitetur uulnera sua, haec curari cupit. Et tu quidem domine, omnes cupis, sed non omnes curari uolunt. Non uult Nouatianus, qui se putat esse sanum. Tu domine aegrum te esse dicis, & in minimo nostram sentis infirmitatem, dicens: Aeger eram, & uisitastis me. Nouatianus illum minimum uisitare nescit, in quo tu desideras uisitari. Dicis Petro excusanti, ne ei pedes lauares: Nisi lauero tibi pedes, non habebis partem mecum. Quod ergo isti possunt consortium tecum habere, qui clauis regni non suscipiunt, negantes quod dimittere peccata debeant? Quod quidem recte de se fatentur, non habent enim Petri hereditatem, qui Petri fidem non habent, quam impia diuisione discerpunt. Sed hoc improbe, quod etiam in Ecclesia donari peccata negant posse, cum Petro dictum sit: Tibi dabo clauis regni caelorum, & quaecumque ligaueris super terram, erunt ligatae & in caelo: & quaecumque solueris super terram, erunt soluta & in caelis, cum & ipse uas electionis dominicae dicat: Si cui autem quid donastis, & ego.
- Colof. 2
- Matth. 9
- Luc. 14  
Matth. 11
- Hierem. 17  
Matth. 9
- Ioan. 13
- Matth. 16
2. Corin. 2

ego. Nam & ego quod donavi, propter uos in persona Christi. Cur igitur Paulū legunt, si eum tam impie arbitrantur errasse, ut ius sibi uindicaret domini sui? Sed uindicauit acceptum nōn usurpauit indebitum.

De multiplici potestate data discipulis à Christo, cum reprehensione Nouatianorum qui remissionem in baptismo concedunt, sed poenitentię lauacrum negant, cum nihil intersit inter utrumq; sacramentum. Cap. VII

Vt dominus plurimū posse discipulos suos, uult à seruis suis ea fieri in nomine suo, quę faciebat ipse positus in terris. Deniq; ait: Et maiora his facietis.

Dedit ut mortuos suscitarent. Et cum ipse Saulo reddere posset usum uidentis, eum tamen ad Ananiam discipulum suum misit: ut eius benedictione Saulo refundentur oculi, quos amiserat. Petrum quoq; secum in mari iussit ambulare, & quia titubauit, reprehendit illico, eo quod dona gratiarum fidei paucillitate minuisset. Dedit etiam discipulis ut lux mundi essent per gratiā, qui erat ipse lux mundi. Et quia descensurus esset à cœlo, & in cœlum ascensurus, Heliam ad cœlum leuauit, inde eum terris placito redditurus tempore. Baptizaturus quoq; in spiritu sancto & igni, per Ioannem baptis-  
 matis sacramenta pręmisit. Omnia deniq; donauit discipulis suis, de quibus ait: In nomine meo dæmonia eiiciēt, linguis loquentur nouis, serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: supra ægros manus imponent, & bene habebunt. Omnia ergo dedit: sed nulla in his hominis potestas est, ubi diuini muneris gratia uiget. Cur ergo manus imponitis, & benedictionis opus creditis, si quis forte reualuerit ægrotus? Cur pręsumitis aliquos à colluione diaboli per uos mundari posse? Cur baptizatis, si per hominem peccata dimitti non licet? In baptismo utiq; remissio peccatorum omnium est. Quid interest, utrum per poenitentiam, an per lauacrum hoc ius sibi datum Sacerdotes uindicient? Vnum in utroq; mysterium est. Sed dices quia in lauacro operatur mysteriorum gratia. Quid in poenitentia? Nōne dei nomen operatur? Quid ergo? Vbi uultis uindicatis uobis dei gratiam? ubi uultis repudiatis? Sed hoc insolentis arrogantia, non sancti timoris est: ut fastidio uobis sint qui uolunt agere poenitentiam. Perpeti uide licet flentium lachrymas non potestis. Non ferunt oculi uestri uilia uestimentorum, illuuiem sordidatorum, superbo oculo, & tumido corde delicati mei, arroganti uoce dicentes singuli: Noli me tangere, quia mundus sum. Dixit quidem dominus ad Mariam Magdalenam: Noli me tangere: sed non dixit, quia mundus sum, qui mundus erat. tu autem Nouatiane mūdum te dicere, qui & si operibus mundus esses, hoc solo uerbo fieres immundus: Esaias dicit: O miser ego, & punctus corde: quia cum sim homo, & immunda labia habeā, in medio quoq; populī immunda labia habentis habitem: & tu dicis mundus sum, cum mundus non sit, ut scriptum est, nec unius diei infans? Dauid dicit: Et à delicto meo munda me: quem utiq; misericordem sape dominī iustificauit gratia. tu mundus, cum tam iniustus sit, ut non miserearis, ut festucam in oculo fratris tui uideas, trabem autem quę in oculo tuo est, non consideres? Immundus enim apud deum omnis iniquus. Quid autem iniustius, quā ut uelis tibi dimitti peccata tua, cū roganti ipse non putes remittenda? Quid iniustius, quā ut te iustifices, in quo damnas alterū, cum grauiora committas? Deniq; remissionem celebraturus peccatorum nostrorum dominus Iesus dicenti sibi Ioanni: Ego à te debeo baptizari, & tu uenis ad me? respondit: Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Et dominus quidē uenit ad peccatorem, cum peccatum ipse nō haberet: & baptizari uoluit, cui mundari necesse nō erat: Vos quis ferat, qui putatis uobis opus non esse mundari per poenitentiam: quia mundatos uos dicitis per gratiam: quasi iam peccare uobis impossibile sit.

De falso intellectu scripturę, quo Nouatianus errorem suum probare contendit, quem author hic efficaciter reprobat fultus scripturę sacre testimonijs. Cap. VIII

Ed dices: Scriptum est: Si peccauerit homo in hominem, orabunt pro eo ad dominum: si autē in dominum peccauerit homo, quis orabit pro eo? Primum, 1. Reg. 2

ut supra iam dixi, tunc te ista paterer obijcere, si solis prauaricatoribus nō relaxares poenitentiam. Tamen quid scrupuli ista adferet quæstio? Nō enim scriptum est: Nullus orabit pro eo, sed quis orabit? hoc est, quis ille sit, qui in tali causa orare possit, queritur, nō excluditur. Deniq; habes in Psal. decimo quarto: Domine quis habitabit in

- tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Non enim nullus, sed probatus habitabit. Nec hoc dicit quod nemo requiescat, sed requiescat electus: ut scias hoc esse uerum, quod non multo post in Psalmo xxiiij. ait: Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? id est, non quicumque de uulgo nec plebeia uilitatis aliquis, sed uitae egregiae singularisque meriti. Et ut scias quia cum dicitur, quis, non intelligitur nullus, sed aliquis significatur, cum dixisset: Quis ascendet in montem domini? subiecit: Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in uanum animam suam. Et alibi:
- Ose. 14* Quis sapiens & intelliget haec? Nunquid dicit, quia nullus intelliget? Et in Euangelio:  
*Luc. 12* Quis fidelis dispensator & prudens, quem constituet dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram? Et ut comprehendas quia de eo dixit, qui utique est, non de eo qui non est, subiunxit: Beatus ille seruus, quem cum uenerit dominus inuenit sic facientem. Et illud ita opinor dictum: Deus quis similis tibi? non utique nullus: quia imago patris filius est. Similiter igitur accipiendum: Quis orabit pro eo? hoc est, singularis uitae aliquis debet orare pro eo qui peccauit in dominum: quia quo maior culpa, eo maiora sunt quaerenda suffragia. Non enim quicumque de uulgo pro Iudaeorum populo, sed Moyses rogauit, quando uituli caput fidei immemores adorauerunt. Nunquid errauit Moyses? At certe quia non errauit quod rogauit & meruit, & impetrauit. Quid enim talis affectus non impetraret, quando se obiecit pro populo dicens: Et nunc si dimittis illis peccatum, dimitte: sin autem, dele me de libro uitae? Vides quia non tanquam deliciosus intercessor, & fastidij plenus sibi consulat, ne offensionem contrahat: quod Nouatianus metuere se dicit: sed magis omnium memor, sui immemor, offendere non timebat ipse, ut plebem ab offensionis periculo exueret, & liberaret. Merito ergo scriptum est: quis orabit pro eo, hoc est, talis qualis Moyses qui se offerat pro peccantibus: talis qualis Hieremias, cui cum esset dictum a domino deo nostro: noli orare pro populo isto: tamen orauit, & uentiam promeruit. Denique intercessione prophetica, & obsecratione tanti uatis inflexus dominus dicit ad Hierusalem: quoniae ea quoque poenitentiam pro delictis egerat dices: Domine omnipotens deus Israel, anima in angustijs spiritus anxius clamat ad te: Audi domine & miserere. Et iubet luctus uestimenta deponi, & abijci gemitus poenitentiae. Sic enim scriptum est in fine libri: Exue te Hierusalem stola luctus, & uexationis tuae, & indue te decorem eius, quae a deo tibi data est gloriae in aeternum
- Baruch. 3* Qualiter intelligenda sint uerba Ioannis in Canonica sua dicentis: Est peccatum ad mortem, non de illo dico ut oret quis: cum sanctus Ioannes non ignorauerit Moysen atque Hieremiam atque Stephanum pro salute aliorum orasse atque exauditos fuisse. Cap. IX
- 1. Ioan. 5* Ales igitur precatores in delictis maximis sunt requirendi. Nam si quicumque de populo oret, non exaudiuntur. Vnde nec illa quaestio uestra quicquam poterit adferre ponderis, quam sumitis de Epistola Ioannis dicentis: Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabit illi uitam deus: quia non peccat ad mortem. Est peccatum ad mortem, non de illo dico ut oret. Non enim ad Moysen & Hieremiam loquebatur: sed ad populum, qui suorum peccatorum alium precatore deberet exhibere, cui satis est si pro leuioribus delictis deum precetur, grauiorum ueniam iustorum orationibus referendam putet. Nam quomodo Ioannes diceret non orandum pro delicto grauiore, qui legisset Moysen rogasse, & impetrasse, ubi erat prauaricatio uoluntaria, qui sciret etiam Hieremiam rogasse? Quomodo Ioannes diceret non orandum pro peccato quod esset ad mortem, qui ipse in Apocalypsi scripsit mandatam angelo ecclesiae Pergami: Habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balach mittere scandalum contra filios Israel, manducare immolata, & fornicari: ita & tu habes tenentes doctrinam Nicolaitarum, similiter age poenitentiam, alioquin uenio tibi? Vides quod deus qui poenitentiam exigit, ueniam polliceatur? Denique & ibi dicit: Qui habet aures, audiat, quid spiritus dicat ecclesiis: Vincetis dabo manducare manna. Nonne ipse Ioannes cognouerat Stephanum pro persecutoribus suis, qui Christi nomen audire non poterant, deprecatum, cum de ipsis a quibus lapidabatur, diceret: Domine, ne statuas illis hoc peccatum: cuius precationis effectum in Apostolo uidemus. Paulus enim qui lapidantium Stephanum uestimenta seruabat, non multo postea per gratiam Christi factus est Apostolus, qui fuerat ante persecutor.
- De eo

De eo quod nullus fidē habens exclusus sit à ueniā. Quod hi quoq; qui post poenitentia coronam martyrii meruerunt, maius etiā donum fidei perceperunt. De forma quoq; poenitentis in semiuiuo à latronibus relicto conuenienter expressa.

Cap. X

Rgo quia de Ioannis generali Epistola sermo est, ipsius Ioannis in Euangelio scripta interrogemus, utrum cum uestra interpretatione cōueniant. Scribit enim dixisse dominum: Quia sic dilexit deus hūc mundum, ut filiū suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in ipso, non pereat: sed habeat uitam æternam. Si quem ergo lapsum reuocare cupias: ut credat, an ut non credat hortaris? Vtiq; ut credat. Sed qui credit, iuxta domini sententiam habebit uitam æternam. Quomodo ergo prohiberis orare pro eo, cui æterna uita debetur: cum diuinæ sit gratiæ fides, sicut Apostolus in diuisionibus gratiarum docet, quia alijs datur in eodem spiritu fides: Et discipuli domino dicant: Adauge nobis fidem. Qui ergo fidem habet, habet uitam: qui uitam habet, non est exclusus à ueniā. Omnis, inquit, qui credit in eum, non pereat. Cum omnis dicitur, nullus excluditur, nullus excipitur. Non enim excipit eum qui lapsus est, si tamen postea bene credat. Plurimos comperimus se reformasse post lapsum, & pro nomine dei passos. Num possumus his martyrum consortia negare, quibus dominus Iesus nō negauit? Audemus igitur dicere non esse his uitam redditam, quibus Christus coronam reddidit: Sicut ergo post lapsum plerisque, si patiantur, corona redditur: ita si credant, & fides redditur. Quæ fides dei donum est, sicut habes scriptum: Quia à deo uobis datum est, non solum ut credatis in eum, sed etiam ut pro illo patiamini. Nunquid is qui dei donum habet, potest non habere indulgentiam? Non una autem, sed duplex gratia est, ut omnis qui credit, & patiat pro domino Iesu. Habet igitur qui credit suam gratiam: habet autem alteram si fides eius passionibus coronetur. Neq; enim priusquam pateretur Petrus, sine gratia fuit: sed ubi passus est, acquisiuit alteram. Et plerique qui non habuerunt gratiam ut pro Iesu paterentur, habuerunt tamen gratiam, ut in Iesum crederent. Ideo dicit: Vt omnis qui credit in eum non pereat. Omnis, inquit, hoc est, ex quocunq; statu, ex quocunq; lapsu, si credat, perire non timeat. Potest enim fieri ut aliquem de Hierusalem descendente in Hiericho, hoc est, de martyrii certamine relapsum, in istius uitæ cupiditate seculari q; gratiam, uulneratum à latronibus, hoc est, à persecutoribus, & semiuiuum relicto, Euangelicus ille Samaritanus inueniat, qui nostrarum custos animarum est, (Samaritanus enim custos dicitur,) & non prætereat eum, sed curet & sanet. fortasse ideo non præterit eum: quia aliquid in eo uitale agnoscit, unde possit uitam resumere. Nōne uobis uidetur ille qui lapsus est, semiuiuus esse, si uitale aliquid fides spirat? Nam qui penitus deum ex suo corde abiicit, ille mortuus est. qui ergo non penitus abiicit, sed per impressionem tormentorum ad tempus negauit, semiuiuus est. Aut si mortuus est, cur ei dicitis agendam poenitentiam, qui iam curari non potest? Si semiuiuus est, infunde uinum & oleum, non uinum sine oleo: sed quod & foueat & remordeat. Tolle eum in iumentum tuum, trade stabulario, duo æra ad eius curam impende, esto ei proximus. Proximus autem esse non potes, nisi facias misericordiam. Nemo enim potest dici proximus, nisi qui curauerit, non occiderit. Si autem uis dici proximus dicit tibi Christus: Vade & tu fac similiter.

Ioann. 3

1. Corin. 2  
Luc. 17

Ioann. 3

Philip. 1

Ioann. 3

Luc. 10

Luc. 10

De alijs quibusdam scripturis quibus eliditur error Nouatiani ueniā post lapsum negantis, cum dominus Iesus uenerit in mundum non uocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam.

Cap. XI

Ioann. 3

Liud simile consideremus. Qui credit in filium, habet uitam æternam: qui autem non credit filio, non uidebit uitā, sed ira dei manet super eum. Quod manet utiq; iam cœpit, & ex delicto aliquo cœpit: quia ante nō credidit. Vbi ergo quis credit, ira dei discedit, uita autem accedit. Credere ergo in Christum, lucrum uitæ est. Qui enim credit in eum non iudicatur. Sed referunt hoc loco, quoniam is qui credit in Christum, custodire debeat sermonem eius. Sic enim aiunt scriptum dicente domino: Ego lux in hunc mundum ueni, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat: & si quis audierit sermonē meum, & custodierit eum, ego non iudico eum. Ille non iudicat, & tu iudicas: Ille dicit, ut qui credit in me, in tenebris non maneat: hoc est, & si fuerit in te-

Ioann. 12

- rit in tenebris, non permaneat in eis, errorem emendet, culpam corrigat, custodiat mandata mea. Dixi enim: Nolo mortem peccatoris, sed correctionem. Dixi supra, *Exech. 33* Quoniam qui in me credit, non iudicatur: & hoc custodio. Non enim ueni ut iudicem mundum: sed ut saluetur mundus per me. Libenter ignosco, prompte indulgeo, misericordiam malo quam sacrificium: quia per sacrificium, iustus commendatur, per misericordiam peccator redimitur. Non ueni uocare iustos, sed peccatores. In lege sacrificium in Euangelio misericordia est: lex per Moysen data est, per me gratia. Quid hoc euidentius? Denique & subter ait: Qui spernit me, & non accipit uerba mea habet qui iudicet eum. Num tibi uideatur accipere uerba Christi, qui se non correxerit? Profectio non uidetur. Qui ergo corrigit se, accipit uerbum eius. Hoc est enim uerbum eius, ut se uniusquisque reuocet a culpa. Aut excludas igitur necesse est hanc eius sententiam: aut si negare non potes, acquiescas. Oportet eum quoque mandata custodire dominica: qui peccare desiit, delictis renunciet. Non ergo de eo debes interpretari dictum, qui semper custodierit. Si enim hoc sensisset, addidisset, semper. Non addendo autem de eo pronunciauit, qui quod audiuit, custodierit. Audiuit autem, ut corrigeret errorem. Custodiuit igitur, quod audiuit.
- Quemadmodum testimonijs ipsius Dauid atque sancti Pauli reprobetur falsitas Nouatiani: quia castigat deus omnem filium quem recipit, & quem castigat, morti non tradit.
- Vam uero durum sit ut ad poenam uocetur perpetuam, qui uel postea custodit domini mandata, ipse te doceat qui etiam non custodientibus mandata sua ueniam non negauit, sicut habes in psalmi corpore: Si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint, uisitabo in uirga iniquitates eorum, & in flagellis delicta eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eis. Omnibus igitur promittit misericordiam. Sed ne sine iudicio hanc esse misericordiam putes, est discretio inter eos qui perpetuam detulerint obedientiam mandatis coelestibus, & inter eos qui aliquando uel errore uel necessitate lapsi sunt. Et ne nostro circumscribi te arguam mento putes, Christi iudicium accipe. Etenim ait: Si sciens seruus uoluntatem domini, & non fecit, uapulabit multis: si autem nesciuit, uapulabit paucis. Vterque igitur si credat, recipitur: quia castigat omnem filium Deus quem recipit: & quem castigat, morti utique non tradit, quia scriptum est: Castigans castigauit me dominus, & morti non tradidit me. Denique Paulus docet non deserendos eos qui peccatum ad mortem fecerint: sed potius lachrymarum panibus, & potu coercendos flebili, ita tamen ut ipsa moderata esset tristitia. Hoc enim significat: Potum dabis eis in lachrymis in mensura. ut ipsa moestitia mensuram habeat, ne forte abundantiore tristitia absorbeatur, qui agit poenitentiam, sicut scripsit ad Corinthios: Quid uultis: in uirga ueniam ad uos, an in charitate spirituque mansuetudinis? Sed nec uirga grauis est, quoniam legerat: Tu quidem percuties eum uirga, animam autem eius a morte liberabis. Quid esset in uirga uenire, docet inuectio fornicationis, accusatio incesti, reprehensio tumoris, quod inflati essent, quos magis lugere oporteret: postremo condemnatio rei, ut tolleretur a consortio communionis, & traderetur aduersario, non ad interitum animae, sed carnis. Sicut enim dominus in animam sancti Job potestatem non dedit, sed in carnem eius permisit licentiam: ita & hic traditur sanctorum in interitum carnis, ut serpens terram eius lingeret, animam non noceret. Moriatur ergo caro nostra cupiditatibus, sit captiua, sit subdita, nec legi mentis nostrae repugnet, sed bona seruituti subiecta moriatur, sicut in Paulo, qui castigabat corpus suum, ut seruituti redigeret, quo probabilior fieret predicatio, si lex carnis eius cum lege mentis congrueret & conueniret. Interit enim caro, cum sapientia eius transit in spiritum, ut iam non quae carnis sunt sapiat, sed quae sunt spiritus. Utinam uideam infirmari carnem meam, utinam non trahar captiuus in legem peccati, utinam non in carne uiuam, sed in fide Christi. Et ideo maior in infirmitate corporis gratia, quam in salute. Denique & Paulum quem multum dilexit, noluit liberare ab infirmitate carnis, cui petenti ut discederet a se infirmitas, respondit: Sufficit tibi gratia mea. nam uirtus in infirmitate perficitur. Et Paulus plus sibi in infirmitatibus placet, dicens: Cum infirmior, tunc potens sum. Consummatur enim carnis in infirmitatibus, animae fortitudo.

Quod peccantes tradantur plerumque à deo, atque ab eius ecclesia in potestatem diaboli, in afflictionem carnis ut spiritus saluetur. De custodia quoque oculorum seruanda, & uelamine mulierum, atque exemplo Ioseph colloquia pudica esse seruanda.

Cap. XIII

**E**Xplanauimus Pauli sententiam, nunc uerba ipsa consideremus, qua ratione dixerit, quod tradiderit eum Satanae in interitum carnis, quia tentator noster diabolus est. Nam debilitates membris singulis inferre, & aegritudines toto solet mouere corpori. Denique percussit sanctum Iob ulcere malo à pedibus usque ad caput: quia in potestatem acceperat interitum carnis eius, dicente deo: Ecce trado tibi eum, tantummodo animam eius custodi. Hoc ipsè uerbis Apostolus transtulit, dicens: quod tradiderit huiusmodi hominem satanae in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. Magna potestas, magna gratia, quae imperat diabolo, ut se ipse destruat. Se enim destruit, cum hominem quem tentando supplantare studet, ex infirmo fortiolem efficit: quia dum carnem debilitat, mentem eius corroborat. Aegritudo enim carnis, peccatum repellit: luxuria autem carnis culpam adolet. Illuditur ergo diabolus, ut se ipse morsu suo uulneret, & contra se armet, quem debilitandum putauit. Sic & sanctum Iob magis armauit postea quam uulnerauit, qui totum corpus diris perfusus ulceribus, diaboli quidem morsum pertulit, sed uenena non sensit. Et ideo bene ei dictum est: Adduces draconem in hamo, ludes eum sicut auem, ligabis eum sicut passerem puero, impones super eum manum. Vides quemadmodum à Paulo illudatur, ut in cauernam eius sicut puer ille propheticus manum mittat, & nihil serpens noceat ei, de latebris eruat eum, de ueneno eius faciat spiritale antidotum: ut quod uenenum est, medicamentum fiat: uenenum ad interitum carnis, medicamentum ad salutem spiritus. Quod enim nocet corpori, iuuat spiritum. Manducet ergo terram meam serpens, dentem carni infigat, conterat corpus, dicat dominus & de me, trado tibi eum, tantummodo animam eius custodi. Quanta uis Christi, ut custodiã hominis imperet etiam ipsi diabolo, qui semper uult nocere. Dominum ergo Iesum nobis propitiemus. Imperante Christo & diabolus ipse sit praedae suae custos: Vel inuitus mandatis obsecundat caelestibus, & quamuis inuitus, tamen mansuetus obsequitur imperijs. Sed quid ego commendo obsequium eius: Sit ille semper malus, ut sit bonus deus semper, qui malitiam eius nobis in gratiam conuertit. Vult nocere ille, sed non potest, si Christus obsistat. Carnem ulcerat, sed custodit animam. Terram deuorat, sed reseruat spiritum. Denique scriptum est: Tunc lupi & agni simul pascentur, leo & bos pascuntur, serpens autem terram ut panem: & non nocebunt, neque uastabunt in monte sancto meo, dicit dominus. Damna enim serpentis haec est sententia: Erit tibi terra cibus. Quae terra? Ea utique de qua dictum est: Terra es, & in terram ibis. Hanc terram serpens manducat, si propitius est nobis dominus Iesus, ut non compatiatur anima carnis debilitati, non accendatur uapore corporis, & calore membrorum. Bonum est nu- bere magis quam uri. Est enim flamma quae interna urit. Vnde hunc ignem non alligamus in sinu mentis, & recessu pectoris, nec interioris nostri uirum exuuias, & forense hoc nostrae animae uestimentum, uelamenque carnale, edax libidinis flamma consumat, sed transeamus per ignem. Et si quis incidit amoris incendium, transiliat, & non alliget adulterinam cupiditatem uinculis cogitationum, nullos sibi nodos assiduae nexu meditationis astringat, non intendat sapius in formam mulieris meretricis, nec adolescentula ad uultum iuuenis oculos leuet. Et si fortuito aspexit, & capta est, quanto magis capietur si curiosa aspexerit: Vel consuetudo nos doceat. Ideo uelamine obnubit caput suum mulier, ut etiam in publico tuta uerecundia sit, non facile uultus eius in adolescentis oculos occurrat, nuptiali uelamine tecta sit, ne uel fortuitis occuribus pateat ad uulnus uel alienum, uel suum: sed utrumque suum uulnus est. Quod si tegmine caput uelat, ne temere aut uideatur aut uideat (dum enim caput uelatur, uultus absconditur) quanto magis uelare se debet pudoris tegmine, ut etiam in publico habeat suum ipsa secretum: Verum esto incidit oculus, sed non intendat affectus. Non enim uidisse crimen est: sed cauendum ne origo sit criminis. Vidit carnalis oculus, sed premat cordis oculos mentis uerecundia. Habemus moralem & indulgentem dominum. Dixit quidem propheta: Nolo intendas in formam mulieris fornicariae: sed tamen dominus dixit: Qui uiderit mulierem

1. Corin. 5

Iob. 2

Esa. 65

Gen. 3

1. Corin. 7

Prouer. 5

Matth. 5

ad concupiscendum eam, iam adulterauit eam in corde suo. Non dixit: Siquis uiderit, adulterauit: sed si quis ad concupiscendum uiderit, non aspectum obligauit, sed affectum quasiuit. Bonus tamen pudor qui ipsos corporis oculos sic premere consueuit, ut saepe non uideamus etiam quod uidemus. Etenim specie aspicere uidemur quicquid occurrerit: sed si non misceatur animi intentio, hic quoque secundum carnis officium noster aspectus uanescit: ita plus uidemus animo quam corpore. Et si uiderit caro ignem, non alligemus in sinu: hoc est, in secreto mentis, animique arcano. Non implicemus ignem hunc ossibus, non ipsi nobis nodos inijciamus, non misceamus sermonem aliquem cum huiusmodi, unde exaestu et ignis. Adulterinus sermo iuuenulae, nodus adolescentium est: uerba adolescentis uincula sunt amoris. Vidit hunc ignem Ioseph, quando eum adulterij cupidam mulier allocuta est: uoluit eum capere sermone, misit laqueos labiorum suorum, sed pudicum uirum ligare non potuit. Solutum enim uincula mulieris uox pudoris, sermo grauitatis, habena cautela, fidei custodia, castimoniae disciplina. Capere igitur eum retibus suis impudica non potuit, misit manum, & apprehendit uestem eius, ut nodum stringeret. Verba petulantis mulieris, cupiditatum retia sunt, manus eius amoris nodus est. Sed nec retibus capi potuit mens pudica, nec nodo: excussa uestis, solutus est nodus: et ideo quia non alligauit ignem in sinu mentis suae, non combussit corpus suum.

De exhortatione ad castimoniam puritatem atque fomentum luxuriae refecationem. Quod sathan quoque author sit debilitatis, in cuius potestatem per excommunicationis censuram plerique dantur ad tempus, ut spiritus saluetur.

Cap. XIII

Ides ergo, quoniam animus noster culpa est author: Itaque innocens caro, sed plerumque peccati ministra. Ergo non te uincat formae concupiscentia. Multa retia tenduntur a diabolo, multi laquei. Oculus meretricis, laqueus amatoris est. Ipsi nobis oculi nostri retia sunt, & ideo scriptum est: Neque capiaris oculis tuis. Ipsi nobis ergo tendimus retia, quibus inuoluimur & implicamur. Ipsi nobis uincula nequimus sicut legimus: quia uinculis peccatorum suorum unusquisque constringitur. Et ideo transeamus ignem adolescentiae, ardoremque iuuenilis aetatis, transeamus aquam, non remaneamus in aqua, ne flumina nos profunda concludant. Transeamus magis, ut & nos dicamus: Torrentem pertransiuit anima nostra. Qui enim transit saluus est. Denique dominus sic ait: Si transeas per aquam tecum sum, flumina te non concludent. Et propheta dicit: Vidi impium superexaltatum ultra cedros Libani: & transiui, & ecce non erat. Transiularia, & cecidisse aspicias altitudines impiorum. Moyses quoque transiens secularia flumina, uidit uisum magnum, & ait: Transiens uidebo hoc uisum. Si enim fuisset in corporis uitibus & seculi istius lubricis uoluptatibus, tanta non uidisset mysteria. Transeamus ergo & nos ignem hunc libidinis, quem timens Paulus, sed nobis timens, qui castigando corpus suum fecerat ut iam non timeret sibi, dicit nobis: Fugite fornicationem. Fugiamus ergo tanquam sequentem, quae non post nos, sed in nobis sequitur. Nosmetipsos ergo uideamus diligenter, ne dum illam fugimus nobiscum eam portemus. Volumus enim plerumque fugere, sed si nos penitus excutimus animo, tollimus eam magis quam relinquimus. Transiliamus ergo eam ne nobis dicatur: Ambulate in igne flammae uestrae quam accendistis: quoniam sicut ille qui alligat ignem in sinu, uestimenta comburet: sic qui ambulat per ignem, pedes comburat necesse est, quoniam scriptum est: Ambulabit quis super carbones ignis, pedes autem non comburet. Grauis ignis est, & ideo non demus illi alimentum luxuriae. Pascitur libido conuiujs, nutritur delicijs, uino accenditur ebrietate flamma. Grauiora his sunt fomenta uerborum, quae uino quodam Sodomitanae uitis mentem inebriant. Caueamus tamen & huius abundantiam uini. Vbi enim caro, ebriatur, mens titubat, animus uacillat, cor fluctuat. Ideo ad utrumque utile preceptum est quo monetur Timotheus: Uino modico utere, propter frequentes tuas infirmitates. Cum calet corpus, trahit uaporem: cum alget morbi frigore caro, refrigerat animam tuam: cum dolet corpus tuum, tristis est mens tua: sed tristitia tua in gaudium ueniet. Noli ergo timere si manducetur caro tua, anima tua non deuoratur. Ideo Dauid non timere se dicit, quia carnem eius non animam inimici edebant, sicut legimus: Dum appropinquant super me nocentes, ut edant carnes meas: Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.

Ruinam

Ruinam igitur solam facit sibi serpens, ideo serpenti traditur, qui à serpente elisus est: ut quem deiecit, hunc erigat: & fiat ruina serpentis, hominis resurrectio. Satanam autē corporalis huius contritionis & carnalis authorem debilitatis scriptura ostendit, Paulo dicente: Datus est mihi stimulus carnis meae angelus satanae, ut me collaphizet, ut non extollar. Sic enim curare Paulus didicit, quemadmodum ipse sanatus est. Bonus itaq; doctor dum promittit alterum de duobus, utrumq; donauit. Venit in uirga, quia à communione sacra conuictum remouit. Et bene dicitur tradi satanae, qui separatur à Christi corpore. Venit etiam in charitate spirituq; mansuetudinis: uel quia sic tradidit ut spiritum eius saluum faceret: uel quia eum quem antè sequestrauerat, postea sacramentis reddidit. Nam & sequestrari oportet grauiter lapsum, ne modicum fermentum totam massam corrumpat. Expurgandum est uetus fermentum, uel in singulis uetus homo, hoc est exterior homo cum actibus suis, uel in populo inueteratus peccatis uitijsq; concretus. Bene dixit, expurgandum non proijciendum. Quod enim expurgatur, non totum iudicatur inutile. Ideo enim purgatur, ut utile ab inutili separetur. Quod autem proijcitur, nihil utile habere creditur.

2. Corin. 10

1. Corin. 5

Colof. 3

De ecclesiae farina & fermentum peccatorum quemadmodum expurgetur, fermentumq; haereticorum quomodo in ecclesiae farina abscondatur. De pascha quoq; nostro Christo immolato pro peccatoribus, quos inuidus, à tanta gratia exclusit Nouatianus.

Cap. xv

Am tum igitur Apostolus reddendum sacramentis iudicauit coelestibus, si purgari se ipse uellet. Et bene ait: Expurgate. Velut enim operibus quibusdam totius populi purgatur, & plebis lachrymis abluatur, qui orationibus & fletibus plebis redimitur à peccato, & in homine mundatur interiore. Donauit enim Christus Ecclesiae suae, ut unum per omnes redimeret, quae domini Iesu meruit aduentum, ut per unum omnes redimerentur. Hic sensus Pauli est, quae uerba obscuriore faciunt. Consideremus ipsum Apostoli sermonem: Expurgate, inquit, uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Siue quod tota Ecclesia suscipiat onus peccatoris, cui compatendum & fletu, & oratione, & dolore est: & quasi fermento eius se totam conspergat, ut per uniuersos ea quae superflua sunt in aliquo poenitentia agente, uiriter misericordiae aut compassionis uelut collatiua quadam admixtione purgentur: Siue ut illa mulier euangelica docet, quae typum praetendit Ecclesiae, eo quod fermentum abscondit in farina sua donec fermentetur totum, ut mundum omne sumatur. Docuit me dominus in Euangelio quid sit fermentum, dicens: Non intelligitis, quia non de pane dixi. Attendite à fermento Pharisaeorum & Sadducaeorum: Tunc, inquit, intellexerunt, quia non dixit à panibus, sed à doctrina Pharisaeorum & Sadducaeorum attenderent sibi. Hoc ergo fermentum hoc est doctrinam Pharisaeorum & disputationem Sadducaeorum abscondit Ecclesia in farina sua, cum literam legis duriorē spirituali interpretatione molliuit, & uelut mola quadam suae disputationis infregit, proferens uelut de folliculis literarum mysteriorum interna secreta, & resurrectionis fidem astruens, qua dei misericordia praedicatur, qua reparari uita creditur mortuorum. Non absurda autē uidetur ad hunc locum assumptio comparationis huius. Siquidem regnum coelorum est peccatoris redemptio, & ideo farina Ecclesiae conspergamur omnes boni & mali, ut simus omnes in noua conspersione. Quis autem non uereretur, ne fermenti uitiosioris admixtio massam decoloraret: Ideo dixit: Vltis noua conspersio, sicut estis azymi: hoc est, tales conspersio uos reddat, qualis erat innocentiae uestrae pura synceritas. Ita si misereamur, non fuscatur peccato alieno, sed redemptionem eius acquirimus nostrae gratiae, ut qualis erat puritas, perseveret. Et ideo addidit: Etenim pascha nostrum immolatus est Christus: hoc est, passio domini omnibus profuit, & peccatoribus donauit redemptionem, quos flagitij poenituit admissi. Itaq; eupulemur bonum cibum poenitentiam gerentes, lati redemptione. Nullus enim cibus est beuolentia & pietate dulcior, epulis nostris atq; laetitiae nulla de peccatore seruato inuidia admisceatur, ne seipse à domo patris quemadmodum expositus in Euangelio inuidus ille frater excludat, qui fratrem receptum doluit, quem in perpetuum gaudebat exclusum. Cuius uos similes esse Nouatiani non potestis negare, qui ideo (ut dicitis) in Ecclesiam non conuenitis, quia per poenitentiam tributa spes fuerat his qui lapsi sunt reuertendi. Sed hoc

1. Corin. 5

Luc. 13

Matth. 16

Luc. 15



prætentum est specie, cæterum episcopatus amissi dolore succensus Nouatianus schi-  
 sma composuit. Sed non intelligitis quia de uobis quoque prophetauit Apostolus & uo-  
 bis dicit: Et uos inflati estis, & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio uestrum  
 1. Corin. 5 qui hoc opus fecit: Vtique tunc penitus tollitur, cum aboletur peccatum eius. Non enim  
 excludendum ab Ecclesia dicit Apostolus, qui suadet esse purgandum.

De misericordia domini Iesu. Et quemadmodum ij qui eius clementiam non  
 imitantur, spiritus ipsius non sint. Et quod misericordia facta poenitentibus in  
 præsentem, testimonium sit remunerationis future. Cap. xvi

Ubi igitur Apostolus peccatum remiserit, qua uos autoritate dimittendum  
 c negatis? Quis reuerentior Christi: Nouatianus, an Paulus? Sed nouerat Pau-  
 lus dominum misericordem, nouerat dominum Iesum seueritate magis disci-  
 pulorum offensum, quam misericordia. Denique Iacobum & Ioannem, dicentes quod di-  
 gnem de cælo peterent, qui consumeret eos qui dominum recipere nolebant, confuta-  
 uit Iesus, dicens: Nescitis cuius spiritus estis, filius enim hominis non uenit animas homi-  
 num perdere, sed saluas facere. Et illis quidem dixit: Nescitis cuius spiritus estis, qui ip-  
 sius erant spiritus: uobis autem dicit: Non estis spiritus mei, qui meam clementiam non  
 tenetis, qui meam refutatis misericordiam, qui excluditis poenitentiam, quam ego per  
 Apostolos meos predicari uolui in nomine meo. Frustra enim dicitis uos predicare poe-  
 nitentiam, qui tollitis fructum poenitentiae. Homines enim ad aliquod studium aut pre-  
 miums aut fructibus incitantur. Omne autem studiũ torpescit dilatione. Et ideo dominus  
 Matth. 19 ut presentium fructu cumularetur deuotio discipulorum, dixit, quoniam qui dimisisset  
 omnia sua, & deum secutus esset, septies tantum reciperet & hic, & in futurum. Prius hic  
 promissit, ut fastidia dilationis auferret: addidit & in futurum, ut hic disceres credere in  
 futurum quoque soluenda tibi premia. Remuneratio igitur presentium, testimonium fu-  
 turorum est. Si quis igitur occulta crimina habens, propter Christum tamen studiose poe-  
 nitentiam egerit: quomodo isthic recipit, si ei communio non refunditur? Volo ueniam  
 reus speret, petat eam lachrymis, petat gemitibus, petat populi totius fletibus: ut igno-  
 scatur & obsecret: & cum secundo & tertio fuerit dilata eius communio, credat remissi-  
 us se supplicasse, fletus augeat miserabilior, postea reuertat, teneat pedes brachijs, oscu-  
 letur osculis, lauret fletibus, nec dimittat, ut de ipso dicat dominus Iesus: Remissa sunt pec-  
 cata eius multa, quoniam dilexit multum. Cognoui quosdam in poenitentia sulcasse uul-  
 tum lachrymis, exarasse continuis fletibus genas, strauisse corpus suum calcandum om-  
 nibus, ieiuno ore semper & pallido mortis speciem spiranti in corpore prætulisse.

Quibus indulgentia, quibus seueritas exhibenda. Cap. xvii

Vid expectamus ut mortui mereantur ueniam, qui mortem sibi intulerunt  
 cum uiuerent: Satis est, inquit, ei qui talis est, obiurgatio hæc quæ fit à pluri-  
 bus: ita ut econtrario magis donetis & cõsolemini, ne forte abundantiore tri-  
 stitia absorbeatur. Si satis ad cõdemnationem est obiurgatio quæ fit à pluribus, satis est  
 quoque ad remissionem peccati obsecratio quæ fit à pluribus. Moralís magister, et nostre  
 fragilitatis conscius, & pietatis diuinæ interpres uult donari peccatum, uult consolatio-  
 nem adhiberi, ne tristitia poenitentem tædio longæ dilationis absorbeat. Ideo ergo do-  
 nauit Apostolus, nec solum donauit, sed etiam cõfirmari in eum charitatem uoluit. Qui  
 charus est, non habet duritiam, sed mansuetudinem. Nec solum donauit ipse, sed uoluit  
 etiam omnes donare, & se propter alios donasse dixit, ne multi propter unum diutius  
 contristarentur. Si cui, inquit, quid donastis, & ego. nam & ego propter uos in persona  
 Christi, ut non circumueniamur à satana. Nec enim uersutias eius ignoramus. Recte po-  
 test serpentem cauere, qui eius potest uersutias non ignorare, quæ multæ ad nocen-  
 dum sunt. uult enim semper nocere, semper circumuenire, ut mortem inferat. Sed debe-  
 mus cauere ne remedium nostrum fiat eius triumphus. Circumuenimur enim ab eo, si  
 per nimiam tristitiam pereat qui potest liberari per indulgentiam. Et ut sciremus quia de  
 baptizato dicit, addidit: Scripsi uobis in epistola, ne commisceamini fornicarijs, non uti  
 que fornicarijs huius mundi. Et infra subiunxit: Nunc autem scripsi uobis, non commi-  
 sceri, si quis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens. Quos simul iun-  
 xit ad poenam, simul uoluit etiam ad ueniam pertinere. Si quis autem talis est, inquit, cum  
 hoc

hoc nec cibum sumas. Quam seuerus pertinacibus, quam indulgens rogantibus? Aduersum illos Christi armatur iniuria, his Christi inuocatio suffragatur. At ne quis forte eomoueatur, quia scriptum est: Tradi huiusmodi hominem satanae in interitum carnis, & dicat: Quomodo potuit ad ueniam pertinere, cuius omnis interierit caro, cum manifestum sit in utroque redemptum hominem, in utroque saluari, neque animam sine carne, neque carnem sine anima, cum sibi sint gestorum operum consortijs copulatae, sine consortio uel poenae esse uel praemij? Is sibi responsum hoc habeat, quod interitus non consummatam absumptionem carnis significet, sed castigationem. Sicut enim mortuus peccato, deo uiuit: ita illecebra carnis interit, & cupiditatibus suis moritur caro, ut castitati ceterisque bonis operibus reuiuiscat. Et quod aptius exemplum quam de matre sumamus? Namque ipsa de qua assumpti sumus terra, intermisso exercitio cultus uidetur desertae, & aut uinetis quibus confitus est ager, aut oleis moritur, succum tamen proprium uelut quandam sui animam non amittit. Denique a repetita cultione, & creditis seminibus quibus habilis aestimatur, feracior assurgit fructibus. Non ergo alienum si etiam nostra caro interire sic dicitur, ut repressa magis quam absumpta credatur.

F I N I S.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE POENITENTIA, LIBER SECVNDVS.

Quod poenitentia non solum sollicitè, sed & maturè sit agenda.

Cap. I



**I**Tsi non pauca quae ad cohortationem poenitentiae proficiant, scripta sint libro superiore, tamen cum adijci possint complura, ne uelut semefas uerborum nostrorum epulas reliquisse uideamur, inceptum persiquamur conuiuium. Agenda est enim poenitentia non solum sollicitè, sed etiam maturè: ne forte Euangelicus ille pater familias qui arborem ficum plantauit in uinea sua, ueniat, & querens fructum in ea, si non inuenerit, dicat cultori uineae: Succide illam. ut quid etiam terram occupat? Et nisi cultor uineae interueniat, dicens: Domine remitte illam & hoc anno, usque dum fodiam circa illam, & mittam cophinum stercoris, excidatur ficulnea. Stercoremus ergo et nos agrum hunc quem possidemus, & imitemur laboriosos agricolas, quos non pudet simo pingui satiare terram, & immundo cinere agrum aspergere, ut fructus uberiores colligant. Quemadmodum stercoremus, docet Apostolus, dicens: Et aestimo stercora, ut Christum lucrifaciam. qui per infamiam & bonam famam meruit Christo placere. Legerat enim quod Abraham dum se stercus & cinerem fatetur, summa humilitate inuenit dei gratiam. Legerat quod Job in stercore sedens, omnia quae amiserat recuperauit. Legerat prophetantem Dauid quod deus de terra suscitauit inopem, & de stercore erigit pauperem. Et nos ergo non erubescamus fateri domino peccata nostra. Pudor est ut unusquisque crimina sua prodat. Sed ille pudor agrum suum arat, spinas tollit perpetuas, sentes amputat, fructus adolet quos intermortuos esse credebas. Sequere illum qui bene arando agrum suum fructus quasiuit aeternos. Maledicimur, inquit, & benedicimus: persecutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus: tanquam purgamenta huius mundi facti sumus. Si & tu sic araueris, seminabis spiritalia. Ara, ut peccatum auferas, fructum adquiras. Ille arauit, ut persecutoris in se eradicaret affectum.

Luc. 13

Philip. 3

Gen. 18

Iob. 42

Psalm. 112

I. Corin. 4

Quid plus potuit nobis conferre Christus ad studium correctionis, quam ut conuerteret, & daret nobis ex persecutore doctorem?

Dere-

De redargutorum hereticorum obnisi, auctoritatem Apostolicę sententię suo errori suffragari iactantiu: & defensionis illius repulsione, ex dictis Apostoli, qui sibi contrarius esse non potuit.

Cap. II

**C** Vm igitur tam evidenti & ipsius Apostoli & scriptorum eius exemplo redarguantur, tamē adhuc obniti uolunt, & auctoritatē aiunt Apostolicę sibi suffragari sententię, allegantes scriptum ad Hebręos: Impossibile est enim hos qui semel illuminati sunt, & gustauerunt donum cęleste, & participes facti sunt spiritus sancti, & bonum gustauerunt dei uerbum, uirtutesq; futuri seculi: lapsos iterum renouari in pœnitentiã, rursus crucifigentes filium dei, & ostentatione triumphantes.

**Hebr. 6** Nunquid Paulus aduersus factum suum prædicare potuit? Donauit Corinthio peccatum per pœnitentiã: quomodo hic potuit sententiã suam ipse reprehendere? Ergo quia non potuit quod ædificauerat destruere, non contrarium dixisse eum, sed diuersum aduertimus. Quod enim contrariū est, seipsum impugnat: quod diuersum est, distincta solet habere rationem. Ita autem contrarium non est, ut alterum suffragetur alteri. Etenim quia de remittenda prædicauit pœnitentiã, debuit & de his qui iterandum putant baptismum, non silere: & prius sollicitudinem nobis auferri oportuit, sciremus etiam post baptismum, si qui peccarēt, donari eis posse peccatum, ne spe uenię destitutos iterandi baptismatis opinio uana peruerteret. Deinde iterandum non esse baptismum, rationabili disputatione suadendum fuit. De baptismo autē dictum uerba ipsa declarant, quibus significauit impossibile esse lapsos renouari in pœnitentiã. Per lauacrum enim renouamur, per quod nascimur, sicut ipse Paulus dicit: Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quemadmodum surrexit Christus ex mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitę ambulemus. Et alibi: Renouamini spiritu mētis uestrę, & induite nouum hominē qui secundum deum creatus est. Et alibi: Renouabit̃ sicut aquile iuuentus tua, Quod etiã aquila cum fuerit mortua, ex suis reliquijs renascat̃, sic per baptismatis sacramentum cum fuerimus peccato mortui, nascimur deo, ac reformamur.

**Rom. 6** unum ergo baptismum docet, sicut alibi: Vna fides, unū, inquit, baptismum. Illud quoq; evidens, quod in eo qui baptizatur, crucifigitur filius dei: quia non potuit caro nostra abolere peccatum, nisi crucifixa esset in Christo Iesu. Deniq; scriptum est: Quicumq; baptizati sumus in Christo Iesu, in mortem ipsius baptizati sumus. Et infra: Si enim complati sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus: sciētes quia uetus homo noster simul confixus est cruci. Et ad Colossenses ait: Consepulti ei in baptismo, in quo & consurrexistis. Quod ideo scriptum est, ut credamus quia ipse crucifigitur in nobis, ut per illum peccata nostra mundentur, ut ipse chirographum nostrum affigat cruci, qui solus potest donare delicta. Ipse in nobis principatus & potestates triumphat: quoniam de ipso scriptum est: Principatus & potestates ostētauit, triumphans eos in semetipso. Ergo quod ait in hac epistola quę scribitur ad Hebręos: Impossibile esse lapsos renouari in pœnitentiã, ac rursus crucifigentes filium dei, & ostentatione triumphantes: eo spectat, ut de baptismo dictum credamus, in quo crucifigimus filium dei in nobis, ut per illum nobis mundus crucifigatur: quia quadam triumphamus specie, dum similitudinem mortis eius assumimus, qui principatus & potestates in sua cruce ostētauit ac triumphauit, ut in mortis eius similitudine, nos quoq; de principatibus, quorū iugum deponimus, triumphemus. Semel autem crucifixus est Christus, semel peccato mortuus, & ideo unum non plura baptismata. Quid quod & supra doctrinam baptismorum premitit: Et quia multa erant baptismata in lege, merito reprehendit illos qui perfecta dimittant, & principia uerbi requirāt. Docet nos scire oportere destructa esse uniuersa legis baptismata, unum baptismum esse in Ecclesia. Hortatur autem nos ut relinquentes initium uerbi, ad perfectum tendamus. Et hoc faciemus, inquit, si quidem permiserit deus. Non potest enim sine favore dei aliquis esse perfectus. Possem quidem etiam illud dicere ei, qui hoc de pœnitentiã dictum putat, quia quę impossibilia sunt homini, possibilisunt apud deum: & potens est deus quando uult donare nobis peccata, etiam quę putamus non posse concedi. Et ideo quod nobis impossibile impetratum uidetur, deo donare possibile est. Nam & impossibile uidebatur ut peccatum ablueret aqua. Denique Naaman Syrus lepram suam mundari per aquam posse non credidit. Sed quod impossibile erat,

erat, fecit deus esse possibile, qui tantā nobis donauit gratiā. Similiter impossibile uidebatur per poenitentiam peccata dimitti. Cōcessit hoc Christus Apostolis suis, quod ab Apostolis ad sacerdotum officia transmissum est. Factū est igitur possibile, quod impossibile uidebatur. Sed tamen de baptismo dictum, ne quis iteraret, uera ratio persuadet.

Quod Apostolus non uenerit contra euidētem doctrinam Christi, qui de peccatore poenitentiam agente comparationē posuit filij prodigi, & quemadmodum ex hoc ad spem ueniā per poenitentiam prouocemur. Cap. III

**N** Eq̄ enim Apostolus contra euidētem Christi doctrinā ueniret, qui de peccatore poenitentiam agente comparationem posuit, eo quod peregre profectus acceptam à patre omnem substantiam deuorauerit uiuendo luxuriose, Luc. 15

& postea panem patris desiderauit cum uesceretur siliquis, & meruit stolam, annulum, calceamentum, immolationem quoq; uituli, quæ speciē habet passionis dominicæ, per quam cœleste sacramētum nobis donatur. Bene dicitur quia peregre profectus est qui erat à sacris altaribus separatus. hoc est enim ab Hierusalem illa quæ in cœlo est, ciuico quodam & domestico sanctorum separari domicilio. Vnde & Apostolus ait: Ergo iam non estis aduenæ atq; peregrini, sed ciues sanctorum, & domestici dei. Et consumpsit, inquit, substantiam suam. Merito consumpsit eam, cuius fides in operibus claudicabat. Ephesi. 2

Fides enim eorum quæ sperantur substantia est, rerum argumentum non apparentium. Et bona substantia fides in qua spei est nostræ patrimonium. Nec mirum si fame peribat, Hebr. 11

qui diuino alimento egebat, cuius desiderio compulsus: Surgā, inquit, & ibo ad patrem meum & dicam illi: Pater peccaui in cœlum, & coram te. Nonne aduertistis id euidenter iam nobis expositum, quod emerendi gratia sacramenti ad precandum impellimur: Luc. 15

& hoc auferre uultis propter quod agitur poenitentia? Tolle gubernatori perueniendī spem, & in medijs fluctibus incertus errabit. Tolle luctatori coronam, lentus iacebit in stadio. Tolle piscatori capiendī efficaciam, desinet iactare retia. Quomodo ergo potest qui famem patitur animæ suæ, studiosius deum precari, si sacram desperet alimoniam? Peccaui, inquit, in cœlum, & coram te. Fatetur utiq; peccatum ad mortem, ne quem uos agentem cuiuslibet criminis poenitentiam iure excludi putaretis, quando is, qui in cœlum peccauit, uel in regnum cœleste, uel in animam suam, quod est peccatum ad mortem, & peccauit coram deo, cui soli dicitur: Tibi soli peccaui, & malū coram te feci: tam cito ueniam meretur, ut uenienti & adhuc longe posito occurrat pater, osculum tribuat, quod insigne est sacre pacis: stolam proferri iubeat, quæ uestis est nuptialis, quam si quis non habuerit, à cōuiuio nuptiali excluditur, det annulum in manum eius, quod est fidei pignus, & sancti spiritus signaculum. Calceamenta deferri præcipiat. Celebratur enim pascha domini, epulaturus agnum, tectum debet aduersus omnes incurfus bestiarum spiritalium, morsusq; serpentis habere uestigium. Vitulum præcipiat occidi: quia pascha nostrum immolatus est Christus. Etenim quotienscunq; sanguinem domini sumimus, mortem domini annunciamus. Sicut ergo semel pro omnibus immolatus est, ita quotiescunq; peccata donantur, corporis eius sacramentum sumimus: ut per sanguinem eius fiat peccatorum remissio. Ergo euidentissime domini prædicatione mandatum est etiam grauissimi criminis reis, si ex toto corde & manifesta confessione peccati poenitentiam gerant, sacramenti cœlestis refundendam gratiam. Vnde nihil uobis ad excusationem resedisse certum est. Psalm. 50

De spiritus blasphemia quæ non remittetur hic, neq; in futuro: & quomodo intelligatur illud de hæreticis atque schismaticis, qui ecclesiam separant, quibus indulgentia negatur, quandiu tanti criminis merita non deposuerint. Math. 22

**P** Erlatum est tamen ad nos, etiam illud uos obijcere solere, quod dicatis scriptum esse: Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemia non remittetur hominibus: et Quicumq; dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei, qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Quo exēplo omnis assertio uestra destruitur & absoluitur. Scriptum est enim: Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus. Cur igitur non remittitis? Cur ligatis uincula, quæ non soluitis? Cur nodos necitis, 1. Corin. 5

**Cap. IIII**

**P** Erlatum est tamen ad nos, etiam illud uos obijcere solere, quod dicatis scriptum esse: Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemia non remittetur hominibus: et Quicumq; dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei, qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Quo exēplo omnis assertio uestra destruitur & absoluitur. Scriptum est enim: Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus. Cur igitur non remittitis? Cur ligatis uincula, quæ non soluitis? Cur nodos necitis, Math. 12

**Cap. IIII**

**P** Erlatum est tamen ad nos, etiam illud uos obijcere solere, quod dicatis scriptum esse: Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemia non remittetur hominibus: et Quicumq; dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei, qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Quo exēplo omnis assertio uestra destruitur & absoluitur. Scriptum est enim: Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus. Cur igitur non remittitis? Cur ligatis uincula, quæ non soluitis? Cur nodos necitis,

neccitis, quos nō relaxatis? Remittite cæteris, & agite de ijs quos peccantes in spiritum sanctum euangelica autoritate in perpetuum adstringi putatis. Et tamen quos adstringat consideremus, repetentes superiora lectionis ipsius, ut euidentius cōprehendamus.

**Luce. 11** Dicebāt Iudæi: Hic nō eijcit dæmonia nisi in Beelzebub principe dæmoniorū. Respondit Iesus: Omne regnum diuisum contra se destruetur, et omnis ciuitas uel domus diuisa contra se, non stabit. Si enim Satanas Satanam eijcit, aduersum se diuisus est, quomodo ergo stabit regnū eius? Quod si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij uestri in quo eijciunt? De ijs utiq; expressum uidemus, qui dominū Iesum in Beelzebub eijcere dæmonia loquebātur, quibus sic respōdit dominus, quod Satanae hereditas in ijs esset qui Satanae compararent saluatorē omnīū, & in regno diaboli constituerent gratiam Christi. Et ut cognosceremus quia de hac dixit blasphemia, adiunxit: Progenies uiperarū, quomodo potestis bona loqui, cū sitis mali? Hos ergo qui hæc loquuntur, negat ad ueniā pertinere. Deniq; Petrus Simonī, qui magicæ artis cōsuetudine deprauatus putasset quod gratiam Christi per impositionem manus, atq; infusionē spiritus sancti compararet pecunia, ait: Non est tibi pars neq; fors in hac fide: quia cor tuum nō est rectū apud deum. Pœnitentiā itaq; age ab hac nequitia tua, & precare dominū, si fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In obligatione enim iniquitatis, & amaritudine fellis uideo te esse.

**Acto. 8** Vides quod hunc magicæ uanitate blasphemantem in spiritum sanctum, apostolica autoritate condemnet, & eo magis quia puram conscientiam fidei non habebat: & tamen non interclusit ei spem ueniæ, quem inuitauit ad pœnitentiā? Responsum est igitur a domino blasphemiae Phariseorum, & ideo his potestatis suæ gratiam negat, quæ in remissionem peccatorum est, qui cœlestem eius potestatem diabolico fultam suffragio uindicarent. Eos quoq; asserit diabolico uti spiritu, qui separarent Ecclesiam dei: ut omnium temporum hæreticos & schismaticos comprehēderet, quibus indulgentiam negat. quod omne peccatū circa singulos est, hoc in uniuersos. Soli enim sunt qui uolūt soluere Christi gratiam, qui Ecclesiae membra discerpūt, propter quam passus est dominus Iesus, spiritusq; sanctus datus est nobis. Deniq; ut sciatis quia de disperforibus dicit, sic habemus scriptum: Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Et ut sciremus de his dictum, statim subiunxit: Ideo dico uobis, omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autē blasphemie non remittetur hominibus. Cū dicit, Ideo dico uobis: nōne euidenter hoc præ cæteris à nobis intelligi uoluit? Meritoq; adiunxit: Arbor bona bonos fructus facit, mala autem arbor malos fructus facit. Congregatio enim mala bonum facere fructum non potest. Arbor itaque congregatio est, fructus boni arboris, filij Ecclesiae sunt. Et ideo reuertimini ad Ecclesiam, si qui uos separastis impiè: Omnibus enim conuersis pollicetur ueniā, quia scriptum est: Omnis quicumq; inuocauerit nomen domini, saluus erit. Deniq; etiam Iudæorum populus qui dicebat de domino Iesu: Dæmonium habet: qui dicebat: In Beezebub eijcit dæmonia: qui crucifixit dominum Iesum, Petri prædicatione uocatur ad baptismum, ut scele-

ris tanti merita deponat.  
De infructuosa pœnitentia Iudæ, qui non coram deo, sed coram Iudæis pœnituit, quodq; pœnitentia debeat esse sincera, non dolosa. Et quomodo intelligenda sint uerba Apostoli Petri, quibus Nouatiani errorem suum defendunt.

De differenti quoq; accessu ad baptismum atq; pœnitentiā. Cap. v

Ed quid mirum, si salutem negatis alijs, qui uestram recusatis? licet illi nihil deferant, qui à uobis pœnitentiā petunt. Arbitror enim quod etiam Iudas potuisset tanta dei miseratione non excludi à ueniā, si pœnitentiā non apud Iudæos, sed apud Christum egisset. Peccaui, inquit, quod tradiderim sanguinem iustum. Responderunt: Quid ad nos? Tu uideris. Quæ uox alia uestra est, cū etiam minoris peccati reus uobis factum proprium confitetur? Quid respondetis aliud nisi hoc, Quid ad nos? tu uideris. Hūc sermonem laqueus sequitur: eo feralior pœna, quo culpa est minor. Sed si isti non conuertuntur, uel uos reuertimini, qui lapsu uario de innocentia fideiq; præcelso fastigio decidistis. Bonum dominum habemus, qui uelit donare omnibus, qui te per prophetam uocauit, dicens: Ego sum, ego sum qui deleo iniquitates tuas, & memor non ero, tu autem memor esto, & iudicemur. Referunt tamē quæstionem de uerbo

de uerbo Apostoli Petri: quia dixit: Si forte, & putant non confirmasse Petrum ut agenti poenitentiam peccatum remitteret. Sed consideret de quo loquatur: hoc est, de Simone, qui non ex fide crederet: sed dolum cogitaret. Denique & dominus dicenti ei, cuius non plenam sinceritatem uideret, Sequar te, ait: Vulpes foueas habet. Quem ergo dominus ante baptismum prohibuit sequi, quoniam fraudulentum uidebat: miraris si post baptismum prauaricantem non absoluit Apostolus, quem in obligatione iniquitatis manere pronunciat: Sed hoc illis responsum sit. Ego autem nec Petrum dubitasse credo nec dico, nec uerbi unius preiudicio tantam causam strangulanda arbitror. Nam si putant dubitasse Petrum, numquid & deus dubitauit qui ait ad Hieremiam prophetam: Sta in atrio domus domini, & responsum dabis omni Iudae, ijs qui ueniunt adorare in domo domini, omnia uerba quae constitui tibi respondere illis: noli auferre uerbum, forsitan audient, & auertent: Dicant ergo & dominum ignorasse quid esset futurum. Sed non ignorantia eo uerbo exprimitur: sed in scripturis diuinis frequens huiusmodi consuetudo aduertitur, eo quod simplex sit elocutio. Siquidem & ad Ezechiel dicit dominus: Fili hominis mittam ego te ad domum Israel, ad eos qui me exacerbauerunt, ipsi & patres eorum usque in hodiernum diem, & dices ad eos: Haec dicit dominus, si forte audient & terrebuntur. Nesciebat ergo eos posse aut non posse conuerti: Non ergo semper dubitantis ista est elocutio. Denique ipsi sapientes seculi, qui omnem gloriam statuunt in expressione uerborum, quod Latine forte dicimus, Græce τάχα non ubique pro dubitatione posuerunt. Aiunt itaque dixisse primum suorum poetarum τάχα χίρα ἴσομαι, quod est, cito uidua ero. Et alibi: τάχα γὰρ οὐκ ἔσται ταυτέσσι ἀχαιοὶ πάντες ἐφορμηθείης. Non enim dubitaret omnibus simul insurgentibus, unum facile ab uniuersis posse prosterni. Sed nos nostris magis quam alienis utamur. Denique habes in Euangelio, quia ipse filius de patre ait, cum misisset seruos ad uineam suam, & occisi essent, dixisse patrem: Mittam filium meum dilectissimum, forsitan ipsum uerebuntur. Et alibi ex sua persona filius ait: Neque me scitis, neque patrem meum. Si enim me sciretis, & patrem meum forsitan sciretis. Si ergo his uerbis usus est Petrus, quibus dominus usus est sine prauiudicio sententiae suae: cur non accipiamus & Petrum his usum sermonibus sine suae fidei prauiudicio? Neque enim poterat dubitare de Christi munere, qui sibi soluendorum peccatorum dederat potestatem, praesertim cum uersutis haereticorum locum non deberet relinquere, qui ideo uolunt spem hominum destituere, ut iterandi baptismatis apud desperantes facilius inducant persuasionem. Sed Apostoli hoc habentes, secundum Christi magisterium poenitentiam docuerunt, spondederunt ueniam, culpam relaxauerunt: sicut & docuit Dauid, dicens: Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata: Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum. Vtrumque enim beatum dixit: & cuius iniquitas remittitur per lauacrum, & cuius peccatum tegitur operibus bonis. Qui enim agit poenitentiam, non solum diluere lachrymis debet peccatum suum: sed etiam emendationibus factis operire & tegere delicta superiora, ut non ei imputetur peccatum. Ergo tegamus lapsus nostros posterioribus factis, mundemus fletibus, ut audiat nos dominus deus noster ingemiscens, sicut audiuit lachrymantem Effrem, quemadmodum scriptum est, dicente deo: Audiens audiui Effrem lachrymantem. Et ipsa uerba Effrem lamentantis expressit dicens: Castigasti me, & castigatus sum, sicut uitulus non sum edoctus. Vitulus enim ludit, & praesepem deserit, & ideo Effrem sicut uitulus non est edoctus longe positus a praesepi, quia praesepem domini deseruit, & Hieroboam secutus, uitulos adorauit, quod prophetia futurum per Aaron indicauerat, sic lapsurum populum Iudeorum. Ideoque agens poenitentiam dicit: Couerte me, & conuertar: quia tu dominus meus: quia in nouissimo captiuitatis meae poenitentiam egi, & postquam cognoui, ingemui super dies confusionis, & subiectus sum tibi, quia accepi opprobrium & demonstraui te.

De instructione atque exhortatione ad lamenta poenitentiae ex diuersis sacrae scripturae sententijs atque exemplis. Cap. VI

A Duertimus quomodo agenda sit poenitentia, quibus sermonibus, quibus fletibus: ut peccati dies confusionis appellet. Confusio est enim quando Christus negatur. Et ideo subiiciamus nos deo, ut non subditi simus peccato, & delictorum nostrorum memoriam recensentes tanquam opprobrium erubescamus, non uelut quandam gloriam praedicemus, sicut quidam expugnata pudicitia, oppressa iustitia

- gloriantur: & tanta fiat conuersio, ut qui deum non agnoscebamus, ipsi eum iam alijs de  
*Hier. 31* monstremus: Motus autem dominus tali conuersione nostra respondeat: A iuuentute  
 mea es tu filius dilectus mihi Effrem, ut puer in delicijs, quoniam eo quod sermones mei  
 in ipso sunt, memoria memor ero eius, propterea festinaui super illum, misericordia mi-  
 sererebor eius, dixit dominus. Quam autem misericordiam nobis polliceatur, infra ostendit di-  
 cens: Inebriaui oem animam sitientem, & omnem animam esurientem satiaui. Ideo exurrexi,  
 & uidi: & somnus meus mihi dulcis est. Aduertimus quod poenitentibus dominus sacra-  
 menta promittat sua, & ideo oes conuertamur ad dominum. Si isti non conuertuntur, uel uos  
 reuertimini qui lapsu uario de innocetie fideiq; precelso fastigio decidistis. Bonum domi-  
*Esa. 43* num habemus, qui uelit donare omnibus, qui te per prophetam uocauit, dicens: Ego sum,  
 ego sum qui deleo iniquitates tuas, & memor non ero: tu autem memor esto, ut iudicemur.  
 Ego, inquit, memor non ero, tu autem memor esto, hoc est, non reuoco illa: quaecumque delicta  
 donauit tibi, uelut quadam obliuione resecta sint, tu autem memor esto. Ego, inquit, memor non  
 ero propter gratiam, tu memor esto propter correctionem: memor esto, ut scias donatum esse  
 peccatum, ne gloriaris quasi innocens, ne te iustificando plus ingraueris. sed si uis iustifica-  
 ri, fatere delictum tuum. Soluit enim criminum nexus, uerecunda confessio peccatorum.  
 Vides quid a te exigat deus tuus, ut memor sis eius quam accepisti gratiam: non gloriaris qua-  
 si non acceperis. Vides qua remissionis pollicitatione te prouocet ad confitendum. Vide  
 ne reluctando mandatis celestibus in deuotionem Iudeorum incidas, quibus dicit dominus  
*Lu. 7* Iesus: Cantauimus uobis, & non saltastis: lamentauimus, & non plorastis. Vilius sermo, sed  
 non uile mysterium. Et ideo cauendum ne quis uulgari quadam sermonis huius deceptus in-  
 terpretatione, putet nobis saltationis lubricae histrionicos motus, & scenae deliramenta  
*2. Reg. 6* saltauit David ante arcam domini. Totum enim decet, quicquid defertur religioni, ut nul-  
 lum obsequium quod proficiat ad cultum & obseruantiam Christi, erubescamus. Non er-  
 go illa deliciarum comes, atque luxuriae praedicae saltatio: sed qua unusquisque corpus attol-  
 lat impigrum, nec humi pigra iacere membra, uel tardis sinat torpere uestigijs. Saltabat  
 spiritualiter Paulus cum se pro nobis extenderet, & posteriora obliuiscens, priora appetens,  
*Philip. 3* contenderet ad brauium Christi. Tu quoque cum ad baptismum uenis, manus eleuare, pe-  
 des quibus ad aeterna conscendas, uelociores habere moneris. Haec saltatio fidei socia,  
 gratiae comes. Hoc est ergo mysterium: Cantauimus uobis, noui utique canticum testamen-  
 ti, & non saltastis: hoc est, non eleuastis animum ad spiritalem gratiam. Lamentauimus, &  
 non plorastis: hoc est, non egistis poenitentiam. Et ideo derelictus est Iudaeorum popu-  
 lus, quia nec egit poenitentiam, & gratiam refutauit. Per Ioannem poenitentia, per Chri-  
 stum gratia. Istam quasi dominus donat, illam quasi seruus annunciat. Vtrunque igitur Ec-  
 clesia custodit: ut & consequatur gratiam, & non abiciat poenitentiam. Gratia enim mu-  
 nus largientis est, poenitentia delinquentis remedium. Sciuit Hieremias magnum reme-  
*Thren. 1* dium esse poenitentiae, quam in Threnis suis suscepit pro Hierusalem, & ipsam inducit  
 agentem Hierusalem, dicens: Plorans plorauit in nocte, & lachrymae eius in maxillis ei-  
 us, nec est qui consoletur ab omnibus qui diligunt eam. Viae Sion lugent. Et adiecit: In  
 his ergo fleo, oculi mei caligauerunt a fletu, quia elongauit a me qui me consolabatur.  
 Aduertimus quod hunc malorum suorum acerbissimum cumulum arbitrabatur, quia  
 deerat qui consolaretur moerentem. Quomodo ergo uos ipsam consolationem aufer-  
 tis, qui spem relaxandae negatis poenitentiae? Sed audiant qui agunt poenitentiam, quo  
 modo agere debeant: quo studio, quo affectu, qua mentis intentione, qua intimatorum con-  
 cussione uiscerum, qua cordis conuersione. Vide, inquit, domine, quia tribulor, uenter  
 meus turbatus est a fletu meo, conuersum est cor meum in me. Cognouisti intentionem  
 animi, fidem mentis cognosce, & habitum corporis. Sederunt, inquit, in terra, tacuerunt  
*Ibid. 2* seniores filiae Sion, & imposuerunt terram super caput suum, praecinxerunt se cilicio, de-  
 duxerunt in terram principes, uirgines Hierusalem defecerunt in lachrymis, oculi mei  
*tone 3* caligauerunt. Turbatus est uenter meus, effusa est in terra gloria mea. Sic fleuit & Nini-  
 ue populus, & denunciatum excidium ciuitatis euasit. Tanta est enim poenitentiae medi-  
 cina, ut mutare uideatur suam deus sententiam. In te est igitur ut euadas: uult rogarum domi-  
 nus, uult de se sperari, uult sibi supplicari. Homo es, & uis rogarum ut ignoscas: & putas  
 deum

deum tibi non roganti ignoscere: Ipse dominus Hierusalem fleuit, ut quia ipsa flere no-  
lebat, domini lachrymis ad ueniã pertingeret. Ipse nos flere uult, ut euadere possimus si  
cut habes scriptum in Euangelio: Filia Hierusalem nolite me flere, sed uos ipsas flere. Fle  
uit Dauid, & meruit ut mortem populi pereuntis diuina remoueret misericordia, quan- Luc. 23  
do tribus sibi propositis optionibus, eam tamen in qua maiorem domini miserationem 2. Reg. 24  
experiretur elegit. Quid erubescis tu peccata tua flere, cum deus etiam prophetas iusse-  
rit flere pro populis? Deniq; & Ezechiel iussus est flere Hierusalem, & accepit librum Ezech. 2  
in cuius capite scripta erant, lamentatio, & melos, & uæ: duo tristia, & unum delectabi-  
le: quoniam ille saluus erit in futurum, qui in hoc seculo plus fleuerit. Cor enim sapientũ Eccl. 7  
in domo luctus, & cor stultorum in domo epularum. Et ipse dominus ait: Beati qui nũc Luc. 6  
fletis, quia ridebitis.

De Lazaro suscitato, & fletu sororum eius. De lachrymatione quoq; Iesu, ubi  
spiritalis resurrectio peccatorum innuitur. De inuidia quoq; Iudeorũ qui La-  
zarum interficere cogitabãt, quorum duritiã Nouatiani successores sunt, qui  
per poenitentiam suscitatos interficere uolunt. Cap. VII

Leamus igitur ad tempus, ut exultemus in æternum. Timeamus dominum,  
præueniamus eum confitendo peccata nostra: Corrigamus lapsus nostros,  
emēdemus errorem, ne & de nobis dicatur: Heu me anima, quia perijt timor  
tuus à terra: & qui corrigat, in hominibus non est. Quid uereris apud bonũ dominũ tuas Esa. 43  
iniquitates fateri? Dic, inquit, iniquitates tuas, ut iustificeris. Adhuc reo culpa, iustifica-  
tionis præmia proponuntur. Ille enim iustificatur, qui proprium crimen sponte agnoue- Prou. 18  
rit. Deniq; iustus in exordio sermonis accusator est sui. Nouit omnia dominus, sed expe-  
ctat uocem tuam: non ut puniat, sed ut ignoscat: non uult ut insultet tibi diabolus, & ce-  
lantem peccata tua arguat. Præueni accusatorem tuum. si te ipse accusaueris, accusatorẽ Luc. 10  
nullum timebis: si te detuleris ipse, & si mortuus fueris reuiuifces. Veniet ad monumen-  
tum Christus, & si uiderit flere pro te Martham boni foemina ministri, flere Mariam Ioan. 11  
quæ attentè audiebat uerbum dei, sicut sancta Ecclesia quæ optimam partem sibi ele-  
git: mouebitur misericordia, cum uiderit in tuo obitu lachrymas plurimorum, & dicet:  
Vbi posuistis eum: hoc est, in quo rerum statu est, in quo poenitentium ordine? Videam Ioan. 11  
quẽ fletis, ut lachrymis suis ipse me moueat. Videam si iam peccato ei cuius ueniã posci-  
tur, defunctus est. Dicit plebs: Veni, & uide. Quid est, ueni? Hoc est, ueniat peccatorũ  
remissio, ueniat defunctorum uita, mortuorum resurrectio, ueniat & in hunc peccatorẽ  
regnum tuum. Veniet itaq; & leuari lapidem iubebit, quem ceruicibus peccatoris lap-  
sus imposuit. Potuit remouere lapidem imperio sermonis (lubenti enim Christo etiam  
insensibilis solet natura obedire) poterat tacita uĩ operationis occultæ transferre saxum  
sepulchri, in cuius passione remotis lapidibus plurima defunctorum sepulchra patue-  
runt: sed hominibus iussit ut remouerent lapidem: In ueritate quidem, ut increduli cre-  
derent quod uidebant, & aspicerent resurgentem mortuum, in typo autem, quod nobis  
donaret ut leuaremus delictorum onera, moles quasdã reorum. Nostrũ est onera remo-  
uere, illius est suscitare, illius educere de sepulchris exutos uinculis. Videns itaq; graue  
onus peccatoris illachrymat dominus Iesus. solam enim flere non patitur Ecclesiam. Cõ-  
patitur dilectæ suæ, & dicit defuncto: Veni foras: hoc est, Quid iaces in tenebris consciẽ  
tiæ, & delictorum tuorum sordibus, quodam reorum carcere? Exi foras, delictum pro- Rom. 10  
priũ prode, ut iustificeris. Ore confessio fit ad salutem. Si confessus fuerit à Christo uo-  
catus, claustra rumpentur. & omnia soluentur uincula, etiam si corruptelæ corporeæ fo-  
tor grauis sit. Quatriduum enim habebat ille cuius foetebat in tumulto caro. cuius autem Psal. 15  
caro nõ uidit corruptionem, triduo fuit in sepulchro. Carnis enim uitia nesciuit, quæ ex  
quatuor constat elementorũ substantijs. Quantuslibet ergo mortui foetor sit, aboletur  
omnis, ubi sacrũ redoleuerit unguẽtum: & surgit defunctus, & soluere iubetur eius uin-  
cula, quæ adhuc in peccato sunt: tollere uelamen de facie eius, quod ueritatẽ gratiæ quã  
acceperat, obũbrabat. Sed quia ueniã donatus est, reuelare faciẽ, aperire uultũ iubetur.  
Non habet enim quod erubescat, cui peccatũ remissum est. In tanta uerò domini gratia,  
tantoq; diuini muneris miraculo, cum oporteret uniuersos letari, comouebant impij, et Ioan. 12  
aduersus Christum concilium congregabant: Lazarum quoque interficere uolebant.



Non ne merito eorum successores uos fore cognoscitis, quorum duritiæ hæredes estis: Nam & uos indignamini, & cōtra Ecclesiam congregatis concilium: quia uidetis mortuos in Ecclesia reuiuiscere, & peccatorum indulta ueniā resuscitari. Itaq; quod in uobis est, per inuidiam rursus uultis interficere suscitatos. Sed Iesus nō reuocat beneficia, imò cumulo suæ liberalitatis amplificat. Reuisit sollicitè suscitātū, & celebratē resurrectionis gratia lætus ad cœnam uenit, quam ei sua præparauit Ecclesia, in qua ille qui fuerat mortuus, unus inter discumbentes cum Christo inuenitur. Tunc mirantur omnes qui uident puro utiq; obtutu mentis, qui inuidere non norunt. Tales enim Ecclesia filios habet. Mirantur (ut dixi) quomodo ille qui iacebat in tumulto heri & nudius tertius, unus sit de discumbentibus cum domino Iesu. Ipsa Maria mittit unguentum in pedes domini Iesu. Ideo forte in pedes, quia unus de infimis ereptus est morti. Omnes enim corpus Christi sumus, sed alij forte superiora membra sunt. Os erat Christi Apostolus qui dicebat: Experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus? Os eius prophetæ per quos loquebatur futura. Vtinam & ego pes eius esse merear, & mittat in me Maria unguentum suum preciosum, & ungat, & peccata extergat.

De spiritalibus unguentis, atq; inibi author quædam modeste de seipso subiicit.

Cap. VIII

Quod igitur de Lazaro legimus, in uno quoq; debemus conuerso peccatore credere, qui licet fœtorem habeat, tamen fidei preciosæ emendatur unguento. Tantum enim gratiæ fides habet, ut ubi ante diem fœtebat mortuus, illic bono odore tota repleatur domus. Fœtebat Corinthia domus quando scriptum est de ea: *1. Cor. 5* Auditur inter uos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter Gentes. Fœtor enim *2. Cor. 2* erat, quia modicum fermentum totam massam corruerat. Cœpit bene olere cum dicitur: Si cui quid donastis, & ego. Nam & ego quod donauit, propter uos in persona Christi. Itaq; liberato peccatore factū est in ea gaudiū magnū, & redoluit domus tota suauitate gratiæ. Vnde bene conscius quod omnes apostolicæ remissionis perfudisset unguento, ait: Christi bonus odor sumus deo in his qui salui fiunt. Huius igitur effusione unguenti lætantur omnes, solus Iudas contradicit. Ergo & nunc qui præuaricator est, contradicit: reprehēdit qui proditor, sed à Christo ipse reprehēdit, qui dominicę remediū mortis ignorat, & tamē mysterium sepulturæ non intelligit. Ideo enim & passus & mortuus est dominus, ut nos redimeret à morte. Hoc excellentissimum indicat precium suæ mortis, quo peccator absoluitur, & in nouam assumitur gratiam, ut ueniant & mirentur oēs quomodo cum Christo recūbat, & laudantes deum dicant: Manducemus & epulemur, quia hic mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Si quis autem infidelis obiecerit, quare cū publicanis & peccatoribus manducet, respōdetur ei: Non opus est sanis medicus, sed his qui malè habent. Ostende igitur medico uulnus tuum, ut sanari possis: & si non monstraueris, nouit: sed à te expetit audire uocem tuam. Absterge lachrymis cicas trices tuas. Sic peccatum mulier illa in Euangelio fœtoremq; sui erroris absterlit, sic culpam diluit, dum Iesu pedes lachrymis lauit. Vtinam mihi quoq; pedum tuorum lutum Iesu referues, quos dum in me deambulas, inquinasti. Vtinam sordes uestigiorū tuorum detergendas mihi offeras, quas ego actu meo tuis affixi gressibus. Sed unde mihi aqua uiua, qua pedes tuos possim lauare? Si aquam non habeo, habeo lachrymas, quibus dū pedes tuos lauro, utinam me ipsum diluam. Vnde mihi ut de me dicas: Remissa sunt eius peccata multa, quoniam dilexit multū: Plus debuisse me fateor, & plus dimissum mihi, qui de forensium strepitu iurgiorū, & à publicæ terrore administrationis, ad sacerdotiū uocatus sum: & ideo uereor ne ingratus inueniar, si minus diligā, cui plus dimissum est. Sed non oēs mulierem istam æquare possunt, quæ etiam Simoni, qui prædium domino dabat, merito prælata est, quæ omnibus qui uolunt ueniā promereri, magisteriū prestitit, osculando pedes Christi, lachrymis lauando, tergendo crinibus, unguendo unguento. In osculo insigne charitatis est, & ideo dicit dominus Iesus: Osculetur me ab osculo oris sui. Capilli quid significant, nisi ut noueris inclinata omni infularum dignitate secularium obsecrandam indulgentiam, ut ad terram flens te ipse prosternas: ut humi iacens moueas misericordiā: Vnguento quoq; bonę conuersationis exprimitur odor. Rex nō pe erat Dauid, & dicebat: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis strati meum

meum rigabo. Et ideo tantam gratiam meruit, ut ex eius familia Virgo eligeretur quæ nobis partu proprio Christum ederet. Ideo & ista in Evangelio prædicatur mulier. Tamen si hanc æquare non possumus, scit dominus Iesus & infirmis subuenire, ubi non est quæ possit parare conuiuium, quæ deferre unguentum, fontem aquæ uitæ secum portare. Venit ipse ad sepulchrū. Vtinam ergo ad hoc monumentum meum digneris accedere domine Iesu, tuis me lachrymis laues, quoniam durioribus oculis nō habeo tantas lachrymas, ut possim mea lauare delicta. Si illachrymaueris pro me, saluus ero: si dignus fuero lachrymis tuis, fœtorem abstergo delictorum omnium. Si fuero dignus ut paulisper illachrymes, uocabis me de monumento huius corporis, & dices, Exi foras: ut non intra corporis huius angustias inclusa teneantur cogitationes meæ, sed egrediantur ad Christum, in lumine uersentur, ut non cogitem opera tenebrarum, sed opera lucis. Qui enim peccatum cogitat, intra suam conscientiam studet se ipse includere. Voca ergo foras seruum tuum. Quamuis ligatus uinculis peccatorum meorum uinctos habeam pedes, innexas manus, & cogitationibus & operibus mortuis iam sepultus, te uocante liber egrediar, & inueniar unus de discumbentibus in conuiuio tuo, & domus tua precioso replebitur unguento, si quæ redimere dignatus es, custodieris. Dicitur enim: Ecce ille nō in Ecclesiæ nutritus sinu, non edomitus à puero, sed raptus à tribunalibus, abductus uanitibus seculi huius, à præconis uoce ad Psalmistæ astuefactus canticum, in sacerdotio manet non uirtute sua, sed Christi gratia, & inter cōuiuas mensæ coelestis recumbit. Serua domine munus tuum, custodi donum quod contulisti etiam refugienti. Ego sciebam quòd nō eram dignus uocari Episcopus, quoniam dederam me seculo huic: sed gratia tua sum quod sum, & sum quidem minimus omnium Episcoporum, & infimus merito. Tamen quia & ego laborem aliquem pro sancta Ecclesia tua suscepi, hunc fructum tue re, ne quem perditum uocasti ad sacerdotium, eum sacerdotem perire patiaris: ac primū ut condolere norim peccantibus affectu intimo. Hæc enim summa uirtus, quia scriptū est: Et non gaudebis super filijs Iuda in die perditionis eorum, & ne magna loquaris in die tribulationis eorum. sed quotiescunq; peccatum alicuius lapsi exponitur, cōpatiar: nec superbe increpē, sed lugeam & defleam: ut dum alium fleo, me ipsum defleā dicens: Iustificata est magis Thamar, quam ego. Fortasse adolescentula lapsa sit, occasionibus quæ delictorum tomites sunt, decepta ac præcipitata sit: peccamus & seniores. Repugnat in nobis lex huius carnis legi mentis nostræ, & captiuos nos trahit in peccatum, ut faciamus quod nolumus. Illi de atate suppetit excusatio, mihi iam nulla. Illa enim debet discere, nos docere. Ergo iustificata est magis Thamar, quam ego. Incusamus alicuius auaritia, recordemur si nihil ipsi auarè fecimus: & si fecimus, quoniam radix est malorum avaritia, & tanquam sub terra occulte in nostro serpit corpore: dicamus singuli, iustificata est magis Thamar, quam ego. Si commoti fuerimus in quenquam grauiter, leuiorem causam laicus habet quam Episcopus: eo quod commotus egerit aliquid, retractemus nobiscum, & dicamus: iustificatus est magis iste qui commotionis arguitur, quam ego. Hæc enim si dicamus, ipsi nobis cauemus, ne dicat nobis dominus Iesus, aut quisquā de discipulis eius: Festucam in oculo fratris tui uides, trabem autem quæ in oculo tuo est, non uides: Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc uidebis eijcere festucam de oculo fratris tui. Nō ergo erubescamus dicere grauiorem nostram culpam esse, quam eius quem arguendum putamus, quia dixit hoc Iudas qui arguebat Thamar, & re cordatus suam ipse culpam ait: Iustificata est magis Thamar, quā ego. In quo & altitudo mysterij est, & morale præceptum, & ideo culpæ eius deputatum non est, quia ipse se accusauit prius quam ab alijs accusaretur. Non ergo gaudeamus super alicuius peccato, sed magis lugeamus: quia scriptum est: Noli supergaudere mihi inimica mea quia cecidi, sed resurgam: quoniam si sedero in tenebris, dominus illuminabit me. Iram domini sustinebo, quia peccaui ei, donec iustificet causam meam, & faciat iudicium meum, & e-ducet me ad lumen, & uidebo iustitiam eius, & uidebit inimica mea, & cooperietur conculcationem sicut lutum in uia. Nec immerito, quoniam qui lapsu alieno gaudet, diaboli gaudet uictoria. Et ideo doleamus magis cum audimus perisse hominem, pro quo Christus mortuus est, qui nec in messe stipulam negligit. Atq; utinam hanc stipulam in

*Michea 7* messe, hoc est inanem auenam fructus mei non abijciat, sed colligat, sicut ait: *Heu me,* quia factus sum sicut qui colligit stipulam in messe, & racemum in uindemia. ut uel primitiua manducet in me gratia sua, etsi posteriora non approbem. Ergo & agendam poenitentiam, & tribuendam ueniam credere nos conuenit, ut ueniam tamen tanquam ex fide speremus, non tanquam ex debito. Aliud est enim mereri, aliud praesumere. Tanquam ex syngrapha fides impetrat. Praesumptio autem arrogantis est propior quam roganti. Prius solue debitum, ut quod speraueris, impetrare merearis. Solue boni affectum debitoris, ut usuram non facias: sed fidei tuae censu contracti nominis foenus euacues. Plura soluendi habet subsidia, qui deo, quam is qui homini debet. Homo pecuniam pro pecunia reposcit, quae non semper debitori praesto est: deus affectum exigit, qui in tua potestate est. Nemo pauper est qui deo debet, nisi qui seipsum pauperem fecerit. Et si non habet quae uadat, habet quae soluat. Oratio, lachrymae, ieiunia, debitoris boni census est, multoque

*Act. 5*  
*Luc. 21*

uberiusque si quis ex precibus fundorum pecuniam sine fide deferat. Denique pauper erat Ananias cum uedito agro pecuniam deferret ad Apostolos, unde nec soluere se potuit, sed implicauit. Diues illa uidua quae duo aera minuta in gazophylacium misit, de qua dictum est: Haec uidua paupercula plus omnibus misit. Non enim pecuniam deus, sed fidem quaerit.

De eleemosyna qua intentione fieri debeat. De falsa quoque & infructuosa poenitentia multiplicibus modis.

Cap. IX

**N**equae ego abnuo liberalitatibus in pauperes factis posse minui peccatum, sed si fides commendet expensas. Quid enim prodest collatio patrimonij sine gratia charitatis? Sunt qui ad factantiam solam decorem largitatis affectent,

*Matt. 6*

ut eo se probatos uulgo uelint, quod sibi nihil reliquerint: sed dum praesentis seculi mercedem requirunt, non recondunt in futurum: & quia hic perceperunt mercedem suam, illic sperare non possunt. Sunt qui opes suas tumultuario mentis impulsu, non iudicio perpetuo, ubi Ecclesiae contulerunt, postea reuocandas putarunt: quibus nec prima merces rata est, nec secunda: quia nec prima iudicium habuit, & secunda habuit sacrilegium. Sunt quos poenituerit opes suas diuisisse pauperibus: sed eos qui poenitentiam agunt, hoc solum poenitere non debet, ne ipsius poenitentiae agant poenitentiam. Nam plerique tuturi supplicij metu, peccatorum suorum conscientiam poenitentiam petunt: & cum acceperint, publicae supplicationis reuocantur pudore. Hi uidentur malorum poenituisse, poenitentiam agere bonorum. Nonnulli ideo poscunt poenitentiam, ut statim sibi reddi communionem uelint. hi non tam se soluere cupiunt, quam sacerdotem ligare. Suam enim conscientiam non exuunt, sacerdotis induunt. Praeceptum est: Nolite sanctum dare canibus, neque miseritis margaritas uestras ante porcos: hoc est, immundis impuritatibus sacrae communionis non impertienda consortia. Itaque uideas eos in ueste incedere, quos lugere & gemere oportebat, quia uestem illam oblationis & gratiae sordidarunt: foeminas autem margaritis onerare aures, curuare ceruices, quas bene Christo, non auro inclinarent: quae seipsas flere debebant, quod margaritam quae de caelo est, perdiderunt. Sunt etiam qui arbitrentur hoc esse poenitentiam, si abstineant a sacramentis caelestibus. Hi sauiiores in se iudices sunt, qui poenam praescribunt sibi, declinant remedium, quos uel poenam suam conueniebat dolere, quia caelesti fraudarentur gratia. Alij proposita spe agenda poenitentiae licentiam sibi delinquendi propagatam putant, cum poenitentia remedium peccati sit, non peccandi incentiuum. Vulneri enim medicamentum necessarium est, non uulnus medicamento: quia propter uulnus medicamentum quaeritur, non propter medicamentum uulnus desideratur. Infirma deinde spes quae committitur temporis, cum omne tempus incertum sit, non omni spes temporis sit superstes.

*Matt. 7*

Quod poenitentia sit facienda cum humilitate & oratione atque fletu, quorum necessitas exemplis scripturae probatur. De poenitentia quoque publica in ecclesia non iteranda, & de renunciatione sui ipsius, atque pristinae uitae, atque crucis dominicae baulatione poenitentibus opportunis.

Cap. X

**N**on quisquam ferat ut erubescas deum rogare, qui non erubescis rogare hominem: & pudeat te deo supplicare quem non lates, cum te non pudeat peccata tua homini quae lateas confiteri. An testes precatationis & conscientiosos refugis, cum si homini satisfaciendum sit, multos necesse est ambias, obsecres ut dignentur interuenire,

ad

ad genua te ipse prosternas, osculeris uestigia, filios offeras culpæ adhuc ignaros, pater-  
 nae etiam ueniæ precatores: Hoc ergo in Ecclesia facere fastidis, ut deo supplices, ut pa-  
 trocinium tibi ad deum obsecrandum sanctæ plebis requiras, ubi nihil est quod pudori  
 esse debeat, nisi non fateri, cum omnes simus peccatores, ubi ille laudabilior qui humi-  
 lior: ille iustior, qui sibi abiectior: Fleat pro te mater Ecclesia, & culpâ tuam lachrymis  
 lauet, uideat te Christus mœrentem, ut dicat: Beati tristes, quia gaudebitis. Amat, ut pro  
 uno multi rogent. Deniq; in Euangelio motus uiduæ lachrymis, quia plurimi pro ea fle-  
 bant, filium eius resuscitauit. Ideo citius exaudiuit Iesus Petrum ut Dorcas resurgeret,  
 quia pauperes mortem mulieris ingemiscebant. Ideo ipsi Petro statim dimisit, quia ama-  
 rissime fleuit. Et tu si amarissime fleas, Christus ad te respiciet, culpa discedet. Vnus dolo-  
 ris ablegat luxuriam criminis, erroris delicias. Ita dum dolemus admissa, admittenda ex-  
 cludimus, & sit quedam de cōdemnatione culpæ, disciplina innocentiæ. Nil ergo te reuo-  
 cet à pœnitentia, hæc tibi communis cum sanctis est: utinamq; imitanda talis, qualis san-  
 ctorum deploratio. David māducabat sicut panem cinerem, & potum suum lachrymis  
 temperabat. Ideo nunc amplius gaudet, qui amplius fleuit. Per exitus aquarū descende-  
 runt, inquit, oculi mei. Ioannes multum plorauit, & reuelata sibi dicit Christi mysteria.  
 At uero illa mulier quæ cū esset in peccatis, & deberet flere, gaudebat, & ueste purpurea  
 atq; cocinea operiebatur, & auro se multo & preciosis lapidibus ornabat, æterni fletus  
 luger ærumnam. Merito reprehenduntur qui sepius agendam pœnitentiam putāt, quia  
 luxuriantur in Christo. Nam si uere agerent pœnitentiam, iterandam postea non puta-  
 rent: quia sicut unum baptisma, ita una pœnitentia, quæ tamen publice agitur. Nā quoti-  
 dianus nos debet pœnitere peccati: sed hæc delictorum leuiorū, illa grauiorum. Facilius  
 autem inueni qui innocentiam seruauerint, quam qui congrue egerint pœnitentiam. An  
 quisquam illam pœnitentiam putat, ubi acquirēde ambitio dignitatis, ubi uini effusio,  
 ubi ipsius copulæ coniugalis usus? Renunciādum seculo est, somno ipsi minus indulgē-  
 dum quam natura postulat, interpellandus est gemitibus, interrumpendus est suspirijs,  
 sequestrandus orationibus, uiuendum ita, ut uitali huic moriamur usui, seipsum sibi ho-  
 mo abneget, & totus mutetur: sicut quendam adolescentē fabulæ ferūt post amores me-  
 retricios peregre profectum, & abolito amore regressum postea ueteri occurrisse dile-  
 ctæ, quæ ubi non interpellatā mirata putauerit nō recognitam, rursus occurrēs dixerit:  
 Ego sum: responderit ille: Sed ego nō sum ego. Vnde bene dominus ait: Qui uult post  
 me uenire, abneget semetipsum sibi, & tollat crucē suā, & sequatur me. Etenim qui mor-  
 tui & sepulti Christo sunt, non debent iterum uelut uiuentes de hoc mundo decernere.  
 Ne tetigeritis, inquit, nec attaminaueritis, quæ sunt omnia ad corruptelam ipso usu, eo  
 quod ipse huius uitæ usus corruptela sit integritatis.

Luc. 6

Luc. 7

Act. 9

Psal. 101

Matt. 16

De non differendo pœnitentiam. Et de grauitate pœnæ conscientie preterito-  
 rum peccatorum memoris, & qua ratione seipsam abscondere non possit. De  
 motibus quoq; sensitiuis menti repugnantibus quomodo ad petram Christum  
 elidi debeant.

## Cap. XI

Ona ergo pœnitentia: quæ si nō esset, oēs ad senectutē differrēt ablutiōis gra-  
 tiā. Quibus satis respōsi sit, quia melius est ut habeā quod farciā, quam nō ha-  
 beā quo uestiar. Sed sicut semel assuta redintegranē, ita frequenter suta soluū-  
 tur. Eos aut qui pœnitentiā differunt, satis ipse dñs admonuit dicens: Pœnitentiā agite,  
 appropinquauit enim regnū cœlorum. Nescimus qua hora fur ueniat, nescimus an pro-  
 xima nocte à nobis reposcat anima. Adam post culpā statim de paradiso deus eiecit, nō  
 distulit, sed statim separauit à delicijs, ut ageret pœnitentiā, statim tunicā uestiuit pellice-  
 am, nō sericā. Quid enim quod differas? An ut plura peccata cōmitras? Ergo quia deus  
 bonus est, ideo tu malus, & diuitias bonitatis eius & paciētiae contēnis? Sed bonitas dñi  
 magis ad pœnitentiā te debet adducere. Ideo ad oēs sanctus Dauid dicit: Venite adore-  
 mus, & procidamus ante eū, & ploremus ante dñm nostrū qui fecit nos. De peccatore  
 aut sine pœnitentia mortuo, quia nihil aliud superest nisi grauius mœrere, nisi flere, ha-  
 bes plorantē ipsum & dicētē: Filius meus Abessalon, filius meus Abessalō. Qui enim pe-  
 nitus est mortuus, sine ulla exceptiōe deslet. De his qui exules atq; peregrini limitū pa-  
 ternorū, quos lex Moyli sancta prescripsit, mūdānis implicabant erroribus, audis canē-  
 tem:

Matt. 3

Gen. 3

Rom. 2

Psal. 94

3. Reg. 19

tem: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dū recordaremur Sion. Inducit enim lapsorū gemitus & in ipso presentū & rerum labentiū adhuc positos statu debere respicere, eorū uidelicet exēplo qui propter peccati precīū deducti erāt in captiuitatis æumnā. Nihil est autem quod tam summo dolori sit, quā si unusquisq; positus sub captiuitate peccati recordetur unde lapsus sit, atq; unde deciderit, eo quod ad corporea atque terrena ab illa speciosa ac pulchra diuinæ cognitionis intentione deflexerit. Sic habes Adam abscondentem se ubi deum cognouit esse presentem, & quæsitum latere uoluisse, & uocatum à domino ea uoce quæ latentis morderet affectum, hoc est, Adam ubi es? hoc est, cur te abscondis? Cur lates? Cur fugis eum quem uidere desiderabas? Ita grauis culpa est conscientiæ, ut sine iudice ipsa se puniat, & uelare se cupiat, & tamen apud deum nuda sit. Et ideo nemo in peccato positus arrogare sibi debet auctoritatem aut usurpationem sacramentorum, quia scriptum est: Peccasti, quiesce. Quod in presenti psalmo Dauid dicit: In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Et infra: Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Si enim caro menti repugnat, nec subdita est animi gubernaculo, & mentis imperio, aliena est terra, quæ non domatur exercitio cultoris: & ideo non potest fructus charitatis, patientiæ ac pacis afferre. Melius est ergo tunc quiescere, cum exercere non queas opera pœnitentiæ, ne in ipsa pœnitentiā fiat quod postea indigeat pœnitentiā. Quæ si semel fuerit usurpata, nec iure celebrata: nec prioris fructum obtinet, & aufert usum posterioris. Sane & cum caro repugnat, mens ad dominum debet esse intenta: & si opera non sequuntur, fides non deserat, & si impugnant uel carnis illecebræ, uel potestates aduersariæ, maneat mens deo dedita. Tunc enim maxime urgemur, cum caro cedit: & sunt qui uehementer incumbant miseræ animæ, quærentes omne auferre præsidium. Vnde illud est: Exinanite exinanite usq; ad fundamentum in ea. Quam miseratus Dauid ait: Filia Babylonis misera. Misera utiq; quia Babylonis filia est, quæ dei filia esse desiuit. Cui tamen medicum inuitat dicens: Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram, hoc est, qui infirmas & lubricas cogitationes elidat ad Christum: qui omnes irrationabiles motus sui reuerentia & disceptatione comminuat: ut si adulterino quis amore raptatur, excludat ignem, copulamq; meretricis, & se studio suo abdicet, ut Christum acquirat. Didicimus ergo & agendam pœnitentiā, & eo agendam tempore quo culpæ deferuescat luxuria, & in captiuitate peccati positos, reuerentiores nos, non usurpatores esse debere. Nam si Moyse propius accedere gestienti, ut cognitionem mysterij cœlestis hauriret, dicitur: Solue calceamentum pedum tuorum: quanto magis nos animæ nostræ pedes exuere uinculis corporalibus, & gressus omnes mundi istius nexu debemus absolueret.

OPERV M AMBROSII PRIMI TOMI FINIS.